**Annales typographici ab artis inventae origine ad annum MD [-MDLVII. -Appendix ... ad annum MDCLXIV] / Operâ Mich. Maittaire, A.M.**

**Contributors**

Maittaire, Michael, 1667-1747.

**Publication/Creation**

Hagæ-Comitvm, etc. : I. Vaillant, etc., 1719-1741.

**Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/f7rsb7bf

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

wellcome collection

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

35016/C/1

pp335-6 original setting (cancellandum)
cancellans between pp394 and 395 (Ddd 2)
Last (blank) leaf Ddd 4 wanting (cf copy 2)

74740

# ANNALES TYPOGRAPHICI

AB ANNO M.D.

AD

ANNUM M.D. XXXVI.

*CONTINUATI.*

Operâ

MICH. MAITTAIRE A. M.

*TOMI SECUNDI*

PARS PRIOR.



*HAGÆ-COMITUM,*

Apud { FRATRES VAILLANT, ET NICOLAUM PREVOST.

M. D. CCXXII.

WELLCOME HISTORICAL MEDICAL LIBRARY

ILLUSTRISSIMO PRINCIPI

# GULIELMO CAVENDISH

## DUCI DEVONIÆ *&c.*

NOBILISSIMI PERISCELIDIS

## ORDINIS EQUITI

S. D.

MICHAEL MAITTAIRE.

INter illa mutua, quibus maximè conſtat humana ſocietas, officia nullum ſanctius eſſe arbitror aut ſolennius, nullum probo ingenuóque viro magìs colendum, quàm juſtam beneficiorum acceptorum recordationem. Ut igitur tuum, ILLUSTRISSIME PRINCEPS, nomen huic ſecundo Annalium Typographicorum Volumini præfigerem, me impulit, non vana & avidior meis Opuſculis famam aucupandi ambitio; ſed gratum publicè, quantùm debiles meos conatus operâ tuâ promoveris, recognoſcendi deſiderium. Mecum non tantùm, quicquid Librorum rariorum tua lectiſſima continet Bibliotheca,

ſed tuum etiam de rebus litterariis judicium, ſæpe communicâſti. In Librariis haud aliter atque in aliis opibus ſe res habet: accumulare, cupiunt plerique, & multis contingit; uti & impertire, tibi cum perpaucis datur. Accedit ad hæc ſuaviſſimus converſandi, & quod rectius noveris, ultro impertiendi modus; candidus adeò & familiaris, adeò ab omni faſtu alienus, ut in tam excelſo dignitatis gradu paucos inveniamus in colloquiis habendis tam faciles, pauciores in minutiis antiquitatis eruditæ discutiendis tam diligentes & paratos. Cùm in ſummo rerum faſtigio natus genium habeas tantæ amplitudini parem; nihil te indignum putas, quod virum decet litteratum: primúmque non ſolùm inter proceres ſed & doctos locum meruiſti. In te generis nobilitas & omnium rerum honeſtarum doctrina ita feliciter conſpirant, ut, utra alteram magìs ornet, dubitetur: te autem & honores ita geris, ut nemo non agnoscat animum his longè ſuperiorem.

Illa

Illa ſanè eſt nobilitas, quæ, quicquid pervulgato naturæ ordine devolutum à majoribus acceperit, ſibi aſſerit non avito ſed ſuo jure & haud vulgari meritorum viâ; ſtemmatáque ſuæ non tam domûs antiquæ decoramenta quàm virtutis ſingularis præmia vendicat. Tuam igitur fortunam laudamus, eruditionem miramur, virtutem amamus. Opibus mores non tradidiſſe, his illíſque litteras ſociâſſe, ſummi viri eſt: cujus exemplum majoribus prælucet, & patriæ prodeſt; cujus utilitas nullis temporum vicibus excluditur.

Verùm Epiſtolæ hujus non eſt, in tuas, Nobilissime Dux, laudes longiùs exſpatiari; ſed mihi meóque Opuſculo te Patronum orare. Nulli certè Operi aptior quæſitus eſt Patronus. De Librorum antiquitate agitur. Eccui hæc familiariùs innotuit? Quis in illis conquerendis diligentior, in dignoſcendis ſagacior, in legendis attentior? Diſſeritur de Viris ſuo ævo celeberrimis; qui omni doctrinâ &

virtute ornatiſſimi, familiis ampliſſimis nati, loco & honoribus inſignes, cùm rebus publicis tractandis, tum litteris promovendìs incubuerunt. Cujus nomen tantis nominibus præfigam? Cujus fidei tot clientes honeſtiſſimos committam; niviri, iisdem disciplinis & moribus instructi; qui nobilitate generis & luminibus litterarum facem illis præferat; qui acri judicio cum ſummâ humanitate conjuncto præditus illorum meritum ſciat expendere, ſuæ authoritatis potentiâ queat protegere? Minores haud decuit tibi clientes obtuliſſe; & ipſi minorem indignarentur patronum.

Hactenus alienam egi cauſam: mea nunc agenda eſt. Illi celebres viri, quorum Hiſtoriam in his Annalibus ſcribere aggreſſus ſum, quibus utinam obtigiſſet Scriptor, qualem paravi Patronum! nullus dubito, quin gratiam facilè per ſe & me tacente impetrent. Illis abunde eſt meritorum, & cauſa potior: mihi minimum, & cauſa multo infirmior. Mihi

igitur

igitur quò infirmiores ſunt vires, eò firmius comparandum eſt præſidium: nec mirum itaque, ſi ad te non modò cognitorem harum rerum peritiſſimum, ſed etiam benevolum omnium, quæ & materiam ipſam ſatìs arduam & Scriptorem ſatìs imbecillum impediunt, difficultatum æſtimatorem æquiſſimúmque judicem confugiam.

Fas mihi ſit, *Vir ortu, loco & titulis prænobilis, animo & meritis nobilior*, illam, quæ olim (nam juvat meminiſſe) in nobilisſimo adoleſcente emicuit, indolem, nil niſi magnum tunc promittentem; nunc in principe viro adultam, promiſſis ingentibus ſatisfacientem, plenâque luce effulgentem, contemplari. Fas ſit, ſalvâ, quæ tuæ dignitati debetur, reverentiâ, tibi in mentem revocare commune quondam in eàdem Scholâ ſub eodem Præceptore contubernium. Fas ſit, magno quantumvìs interjecto ſpatio, illam, quæ inter collactaneos eſſe ſolet, cognationem commemorare: &, per almam nutri-

nutricem, quæ nos educavit, Scholam; per & optimi, qui nos inſtituit, Præceptoris memoriam, fidem tuam implorare. Liceat, quem condiſcipulum aliquando vocare mihi ſummo honori fuit, eundem Patronum omni, quo par eſt, obſequio & obſervantiâ colere.

Vale, PRÆSTANTISSIME PRINCEPS, te DEUS OPT. MAX. bonis omnibus cumulet; diúque ſospitem præſtet, egregium tuæ Patriæ Columen & Ornamentum.

*Londini.* Calend. *Novemb.* 1721.

# LECTORI S.

SEntio equidem, amice Lector, nihil eſſe iniquius, quàm ex primâ facie quicquam æſtimare. Res longè aliter dat ſeſe antè ac pòſt quàm inceperis: nemo, quantum onus ſit, & quid humeri valeant, ſatìs intelligit, donec his illud incumbat. In conſtruendis ædibus, ſumptus perſæpe & negotium ſummam rationum, quæ à principio fuerant inſtitutæ, excedunt. Omnia ex intervallo brevi majora, ex longo minora cernuntur. Ego ſanè, cùm primùm hanc typographicam telam contexere meditarer, ſpatium non annuo longius eidem percurrendæ præſtitueram. Ubi exorſus ſum & paulò progreſſus, opus indies ſuccrescere percepi; & prævideo, *currente rotâ*, *cùm urceum inſtituerim*, *amphoram exituram*. Materiem totam intrà unius Libri limites concluſum iri ſperaveram; & vix limen egreſſus Volumen implevi, alterum edo; nec iter mihi multò plus dimidio peractum eſt. Quò plura innotescunt, eò plura deprehendo à me ignorata; quò ulteriùs moveo pedem, eò latior patet campus: Et inter metendum, ſub falce miror ipſam feraciùs & altiùs adcrescere ſegetem.

Ubique ferè gentium citò frequentari cœpit Typographiæ ſtudium; & ubicunque omnis litterarum non penitus exulabat notitia, Ars illa ipſiúsque cultores fautorésque hospitium invenerunt & adjumentum. Tot & tam varia ex diverſis paſſim prælis Opera prodibant chalcographica, ut eorum numerus iniri non poſſit; & ſi poſſet, tædiíne plus neſcio an voluptatis crearet legentibus; emptorésque ditaret magìs an gravaret. Ea erat plurimorum illis temporibus Typographorum eruditio, ut ſua non ſolùm edendis doctorum Virorum Operibus commodarent præla, ſed ab iisdem etiam in familiaritatem conſuetudinémque reciperentur. Effecit iſta animorum inter utrosque ſtudiorúmque amica conjunctio, ut, dum illorum Hiſtoriam perſequor, horum etiam ex magnâ parte Vitam cogar deſcribere. Frequentes, quas ad ſe invicem de litterariis rebus dabant, Litteræ ſæpe ſunt admiscendæ;

dæ; mutuúmque iſtud commercium his *Annalibus* multam & miſcellaneam rerum, quas in tantam molem excreſcere potuiſſe minimè putaveram, & ſine Operis ipſius detrimento omittere nequiveram farraginem intulit. In tam multiplici varietate (cùm enim in nullo uno Scriptore omnia hujuſmodi collecta occurrerent, diſtracta ex variis varia corrogare neceſſe habui) difficillimum eſt certum ordinem exactámque methodi (quam *Annalium* ſcriptura poſtulat) rationem ſervare. Multorum, qui eâdem ætate floruerunt, Typographorum, illuſtriorum præcipuè, Vitas non ſimul conſtruere, & *eâdem* (ut ajunt) *fideliâ duos parietes dealbare*, ſed ſingulos ſeorſim tradere commodius duxi, ne res magìs confundere viderer, quàm tractare. Hinc crebrò evenit, ut, dum unius Typographi Vita me tenet occupatiorem, longiùs provehar; & alter illi coætaneus nec minùs clarus me poſtea revocet, & jubeat iter confectum remetiri; cúmque cogar ſequi, quò trahunt ſinguli retrahúntque, ſæpius interrumpatur *Annalium* filum, nec poſſit æquabili ſemper temporis tractu procedere.

In Librorum Catalogis, quos his *Annalium Typographicorum* Voluminibus inſero, nolo, Lector, expectes perfectum omnium, qui ubique ab omnibus excuſi prodierunt, Codicum Indicem. Huic, ſanè neſcio, quis ſufficiat operi; in quo abſolvendo Scriptorem (ſi, quod vix credo, reperiri poſſit, cui cunctas & publicas & privatas Bibliothecas in toto terrarum orbe diſperſas attentiſſimè evolvere licuiſſet) tempus, charta, patientia deficerent. Ego ſanè meam inſcitiam lubentiſſimè hìc agnoſco. Novi eruditis cauſam fore conquerendi, multas imò & præcipuas notabiléſque à me Editiones fuiſſe prætermiſſas. Sed hanc materiam exhauriendi, vix (ut dixi modò) ullarum; pro dignitate aliquatenus ornandi, non mearum eſt virium. Neceſſariam harum rerum cognitionem mihi non permiſit ignobilis meæ vitæ obſcuritas, nulla in exteris (quod ſemper percupivi, & adhuc percupio) Regionibus peregrinandi occaſio; & non ſatìs liber & frequens Bibliothecarum inſigniorum aditus: quâ de cauſâ eò majorem

habeo

habeo gratiam iis, qui mihi illam libertatem benigniùs indulſerunt.

Quoniam enim librariæ ſupellectilis, maximè ſi & rarior fuerit & copioſior, uſum non privatum duntaxat (quaſi aliarum viliorum plerarúmque mercium monopolium) ſed publicum eſſe oportet; Bibliothecarii munus explere haud ſanè quilibet poterit. In eo nimia eſſe nequit eruditio; deſiderari non debet univerſa penè in omni genere Librorum peritia; aſſidua & ferè unica in curandâ, cui præeſt, Bibliothecâ attentio; ſumma in philobiblis excipiendis comitas ſermonísque affabilitas; pronum cum illis, quicquid noverit, communicandi, quósque Libros exquiſitiores ſciverit, commonſtrandi deſiderium. Huic perfamiliaris ſit uſus Linguarum eruditarum; antiquarum & recentium: quò faciliùs cum viris ex omni gente doctis & præſentibus & abſentibus poſſit verſari. Latinè præſertim calleat cùm ſcribere tum loqui: Quod quicunque neſcierit, quicquid aliàs jactet & ſibi arroget, fruſtra Litterati nomen ambiet. Quò enim multifaria lectio, & Authorum pervolutorum notitia, niſi indè limatior acquiratur ſtylus? Nequicquam cibis quantumvìs lautis veſcimur, niſi hinc melior fiat valetudo. Omnis à Bibliothecario abſit ſuperbia, faſtus, & frontis asperitas. Meminerit is Muſas Gratiis eſſe affines; ſéque gazis híſce litterariis præponi, non utì *Heſperidum* Hortis Draconem, qui adeuntes limine ſummoveat, vultûque ſeveriore arceat; ſed qui & inſpiciendi avidos admittat, & modeſtiores invitet. Hunc totum poſſideat Bibliotheca, nec ab hâc abſtrahat quodvis aliud negotium: Hunc ornet (ut paucis omnia complectar) conjuncta cum ſummâ humanitate & ſuavitate morum, exercitata multo uſu & conſummata ſtudiorum omnium liberalium doctrina.

Me neutiquam puto à meo propoſito abiiſſe, qui Bibliothecarium deſcripſerim; hujusmodi enim viris potiores nanciſci adminiſtros & adjutores Typographia non poteſt. Illius ſanè Artis negotium ſi vellemus rectè adminiſtrari, nec (utì nunc dierum in locis compluribus peſſima invaluit conſuetu-

do) perfunctoriè tranſigi, huic tractando manus admovere Correctores oporteret, in quibus non minor, quàm quæ requiritur in Bibliothecariis, eluceret doctrina. Sic olim Correctorem egit JOANNES ANDREAS Episcopus *Alerienſis* Apoſtolicæ Bibliothecæ Secretarius. Sed neceſſariis, neque quidem exiguis, ſumptibus ideóque patrocinio magno & regio opus eſt, quale aliquando ſuscipere ſoliti ſunt viri Principes & Litterati. Res itaque anguſta, rarúmque patrocinium effecit, ut apud nos plerumque languescat Typographia, &, ob Scriptorum utilium penuriam, aut nugis aut peſtilentibus Libellis emancipetur.

Rem præterea rei librariæ amatoribus perquam gratam & utilem facerent inſignium Bibliothecarum Præfecti, ſi earum Catalogos emitti curarent. Illis hoc non modò haud indignum ſed & valde neceſſarium incumbit negotium, ut theſauri, quibus ſervandis præponuntur, orbem non omnino lateant litteratum; ut ab iis, quorum jus penès paucos ſitum eſt, ad omnes, quoad queat, uberrimus redundet fructus. Fateor ingentem paſſim in manibus verſari omnigenorum Catalogorum copiam: quoniam verò in plerisque perfecta & integra non habetur ſingulorum Librorum notitia, ex iis vix unus aut alter curioſorum votis ſatisfecit. In Catalogo conſcribendo (quod quidem non ita facile) Codicem unumquemque (quantum fieri poteſt) ſic repræſentari opus eſt & circumſtantiis requiſitis definiri, ut Lectori ſub ipſis oculis ſiſti coràm videatur. Quisquis autem hujusmodi Operis ſatagerit, ei non tantùm multum tædii & laboris devorandum, pertinax adhibenda induſtria, ſed minimè vulgaris conferenda ad hoc propoſitum in evolvendis Libris iíſque (quotquot huc ſpectant) omnibus examinandis exercitatio. Fruſtra id aggrediuntur, qui titulo tenus duntaxat ſapiunt; quoniam ſingulas in aliquibus paginas, ut quid complectantur (quod non ſemper ex impreſſo titulo patebit) ſcias, attentè percurriſſe intererit. Variæ contexendorum Catalogorum methodi ad tres commodè reduci poſſunt; 1. juxta annorum ſeriem: 2. juxta rerum in Scientias Artésque diſtributarum rationem:

3. juxta

3. juxta Authorum nomina alphabeticè diſpoſita. Illam in meis *Annalibus*, utpote eorum inſtituto magìs convenientem malui: harum verò alterutram plerique Bibliothecarii ſecuti ſunt.

Ad Catalogum rite conſtruendum, præter ordinem certum quendam, qui in Codicum diſpoſitione ſervandus eſt, requiruntur alia compluria.

Unicuique Libro adſcribendus eſt is Titulus, ex quo dilucidè & compendiariò liqueat, de quo, quâ Linguâ, quo Authore, Interprete, Recognitore, & (ſi addita ſit) quotâ Editione, ibidem agatur. Nunquam oportet negligi, quâ impreſſionis formâ (fol.° 4.^{to} 8.° 12.° &c.) quo characteris genere (*Romano*, *Italico*, *Gothico*, &c.) quo Typographo, aut Bibliopolâ, quo tempore, in quâ Urbe, prodierit. Multi occurrunt, imò ex inſignioribus, Catalogi, qui, quòd ex his nonnulla omiſerint, fiunt eò minùs utiles; Lectoríque ſcrupulum ſæpe injiciunt, qui non, niſi ex Librorum inſpectione, poſſit eximi. Novi equidem me, licèt labori minimè pepercerim, fuiſſe in pluribus nimis indiligentem; & Characteris genus (quod dolet) malè à me prætermiſſum. At utinam illud unum eſſet, in quo à me fuiſſet erratum!

Typographis quibusdam celebribus fuit haud infrequens conſuetudo Librorum in ſuis Officinis excuſorum venaliúmque Catalogos divulgare; quorum plurimos (inventu quippe raros) his *Annalibus* inſeram. In illis autem plerisque Impreſſionis annus, quem ſcire nunc maximè intereſt, ſiletur; pretium verò, cujus notitiâ ullo absque damno potuimus carere, ſingulis adnectitur. Iſtos enim ſuæ Officinæ Indices imprimendi non alia iis erat cauſa, quàm ut empturientibus, librariæ merces quales eſſent, & quanti proſtarent, innotesceret; ſuísque tantùm inpræſentiarum contemporaneis, nullâ interim poſterorum habitâ ratione, conſulebant. Illos tamen nolui à meis deſiderari Lectoribus, quibus, quid à tam illuſtribus Typographis excuſum fuerit, nôſſe (licet celentur tempus) non omnino ingratum fore arbitror.

Hujusmodi Librorum Indices nulli mihi ante annum 1500.

in primævis Typographiæ temporibus occurrerunt præter illum, quem Epiſcopus *Alerienſis* ſupplici ad Xyst. IIII. (*) Epiſtolæ *Germanorum* Typographorum nomine ſubjecit. Ibi nullus Libris ſingulis adnotatur Impreſſionis annus ; niſi quòd certum ſit omnes ante 1472. quo data eſt Epiſtola, prodiiſſe. Exemplarium, quæ ex ſingulis excuſa ſunt, numerus (ut quantos ſumptus fecerant , indè conjiciens Pontifex ad levandam ipſorum penuriam fieret proclivior) adnotatus eſt. Nobis certè Exemplarium (ſi numerum adjungere poſterioribus Typographis libuiſſet) utilior foret quàm pretii notitia, quoniam ex Exemplarium aut copià aut paucitate conjectare licuit, quinam Libri aliis rariores & majoris æſtimandi eſſent. In (**) nonnullis Indicibus (quod quidem ad deprehendendos Librorum defectus valde conducit) chartæ numerantur.

Antequam hanc Præfationem (longiorem ſanè quàm volui, ſed res alia aliam trahit) claudam, eſt non nihil , quod à me omiſſum nolim. Mihi (neque id injurià) gratulor , meíſque Lectoribus ingentes habeo gratias, primum meorum *Annalium* Volumen, licèt erratis plurimis oneratum, non tamen malè acceptum fuiſſe. Gaudeo etiam Bibliopolis fratribus, *Paulo* & *Iſaaco* Vaillant, viris mei amantiſſimis & mihi meritò chariſſimis (quorum damno ab iſto meo Opuſculo impenſè metuebam) rem non infeliciter ceſſiſſe. Alterum hoc, quod præ manibus habes, Volumen non priùs audebam prælo committere , quàm de prioris jam penè (ut audio) diſtracti fortunà ſollicitus eſſe deſiiſſem. Non autem ſum meorum debilium conatuum æſtimator adeò cæcus ac prætumidus, ut non intelligam, eas lucubrationes non ob meriti , quod ſibi arrogent, quicquam, ſed materiæ, quam tractant, gratià unicè placuiſſe. Ea enim nunc ferè univerſa convaluit Librorum *ante-quingenorum* opinio , ut præ illis reliqui omnes contemnantur. Ex quo antiquariæ illæ Editionum merces requiri ubique & *Soſiis merere æra* cœperunt, tanta *tranſit mare* huc ad nos advecta eorum ſeges; adeo nullus vel intimus non penetratur angulus , nullæ non perreptantur tabernæ,

(*) *Annal. Typogr.* Vol. I. p. 48. 49. 50.
(**) Vide Gesner. *Pandect.*

bernæ, plateæ, gymnaſia, latebræ; tot in lucem protrahuntur hactenus incognita Volumina, pleraque vermiculorum dentes paſſa, carioſa, interlinearibus gloſſis obliterata, ſolâ vetuſtate ſpectabilia; tot, inquam, quotidie confluunt, ut absque pretio eſſet, (quòd cùm & ratione & fide majus, nec modum, nec fines certos nôrit, emptores non niſi marſupiis bene nummatis onuſtos admittit) metuendi foret cauſa, ne rurſus evileſcerent, & ad antiquum pretium recidentes ad pauperiorum etiam Scholaſticorum forulos pervenirent. Non autem id ago, ut antiquitatem impotens oblatrem, méque opinioni receptæ, magiſtelli inſtar ineptientis, opponam; ac honorem vetuſtatis authoritati debitum elevem. Contendo nihilominus, his, ut & aliis rebus, pretii plus nimio ſtatui poſſe; ideóque id intrà quosdam limites eſſe coërcendum, nec arbitrio quorundam, qui nil aliud quàm lucrum ſpectant, Bibliopolarum permittendum. Inter Editiones quadringenas, varius eſt dignitatis delectus, neque omnes in eodem loco ſunt habendæ; in primo, quæ propiùs abſunt ab Artis inventæ temporibus; & ex his, quæ ex ipſis Manuſcriptis expreſſæ Manuſcriptorum vice fungi queunt. Inter primarios Typographos, aliæ alios commendant dotes. FAUSTUM & SCHOEFFERUM veneramur, quòd reliquis præiverint. SWEYNHEIM & PANNARTZ & HAN & *Spirenſes* fratres ſuis Libris authoritatem addunt, quòd ad ipſorum plerumque Autographorum fidem ſint conformati. NICOLAUM JENSON, licèt ſuas Editiones non ſemper ex Manuſcriptis, ſed aliquando ex Codicibus priùs apud *Romanos* illos impreſſis effingeret, ob characterum elegantiam, quâ cæteros omnes facilè ſuperat, ſuſpicimus. Typorum nitor ſolidæ laudis multum amittit, niſi adſit corrigendi cura, quæ ſub Typographiæ primordiis erat maximè neceſſaria, quòd Artifices nondum Artis magiſtratum adepti ad errata committenda proniores eſſent. In aliquibus primævis Libris Lectorem non raró offendit mendorum copia, in plerisque neglecta interpungendi ratio. Principes ergo verè mihi videntur Editiones ab Officinis profectæ, quibus Correctorum & Recognitorum non deerat diligen-

ligentia, eo tempore elucubratæ, quo Ars critica, cujus auxilium in erroribus eliminandis verâque Manuſcriptorum lectione eliciendâ præcipuum ſpectatur, penès doctos erat & modeſtos, necdum ab iſtâ homuncionum gente exercebatur, quorum imperitia major ſit neſcio an audacia; qui crudas ſuas conjecturas quodam magiſtrali (ut ita dicam) triſtis ſupercilii faſtu, poſthabito omnium eruditorum judicio, in textum obtrudunt; veterúmque Authorum Opera tot vocum monſtris contaminant, ut, ſi revivixerint, ſeſe ipſi & ſua vix agnoscerent.

Laus ea, quæ Typographis primævis & eorum Libris tribuitur, non debet eò aſſurgere, ut nulla poſterioribus ſit reliqua. Nemo inter eruditos veterum ante 1500.$^{m}$ annum Editionum admiratione usque adeò inſaniet, ut multis, qui deinceps in variis *Europæ* partibus extiterunt, Typorúmque pompâ & correctionis ſtudio plerosque præeuntium vicerunt, famam deroget. Invenies, Lector, poſt 1500.$^{m}$ annum Typographos, quorum gratiâ hoc alterum *Annalium* Volumen non minùs, quàm prius, gratum fore ſpem mihi, nec dubiam, facio. Vale itaque, & erratis, quæ per ignorantiam aut indiligentiam à me profecta ſunt, pro tuâ, quam ſenſi hactenus, benevolentiâ perge porrò ignoscere.

HANC *de primâ Typographiæ inventione* Epiſtolam, quam meis ut ANNALIBUS inſeram rogatus, ex Autographo, ut mihi in manus oblatum eſt, fideliter exſcriptam, ad prælum transmiſi, in alium locum rejicere maluiſſem, ſi æquè liberum in aliena ac in mea Opera jus fuiſſet. Multa à me paſſim deinceps in rem Typographicam animadverſa ad APPENDICEM hiſce demum Voluminibus ſucceſſuram amandare ſtatui: nolui autem, quod ab alio ſcriptum meæ fidei mandatum eſt, procraſtinare. Hanc igitur Diſſertationem, licèt ad hujus ſecundi Voluminis inſtitutum minimè pertineat, ita tamen excudendam ſeorſim curavi, ut unà cum quolibet alio Volumine pro Lectoris arbitrio in quolibet loco compingi poſſit

# CONJECTURA VEROSIMILIS
## DE PRIMA
# TYPOGRAPHIÆ INVENTIONE.

Viro nobiliſſimo, tam antiquâ proſapiâ, quàm multiplici doctrinâ ſpectabili,

HUGONI WROTTESLEIO

Armigero, Hospitii *Lincolnienſis* Socio digniſſimo,

S. P. D.

JOHANNES TOLANDUS.

S*I minùs expectationi, tamen poſtulationi tuæ, quæ mihi pro imperio eſt, ſatis me hodie facturum ſpero. Locus itaque ad Artem Typographicam quoquo modò ſpectans, quem tibi dixi à me in* CICERONE *annotatum, ſic ſe habet in Capite viceſimo (ſicuti diſtinguunt recentiores) Libri ſecundi* de Natura Deorum; *ubi* BALBUS Stoïcus *contra* VELLEIUM Epicureum, *ſequentibus argumentatur verbis*: Hic ego non mirer eſſe quemquam, qui ſibi perſuadeat, corpora quædam ſolida atque individua vi & gravitate ferri; Mundúmque effici ornatiſſimum, & pulcherrimum, ex eorum concurſione fortuita? Hoc qui exiſtimet fieri potuiſſe, non intelligo cur non idem putet, ſi innumerabiles unius & viginti formæ literarum (vel aureæ, vel quales libet) aliquò conjiciantur; poſſe ex his in terram excuſſis *Annales*

* *

*nales*

*nales* Ennii, ut deinceps legi poſſint, effici: quod, neſcio, anne in uno quidem verſu poſſit tantùm valere fortuna. *Huic argumento neque veri hilum, neque ſolidi, ab* Epicureis *reponi poterit: Sed alia nunc res agitur.*

*Conferamus igitur hanc* Tullianam *pericopen cum uſitatâ Imprimendi ratione, rebus utrinque & verbis breviter expenſis. Typi illi, quibus Libri ab anno circiter* 1445. *excuduntur, metallici ſunt & fuſiles; ex mixtura nimirùm plumbi, ſtanni, & ferri vel æris, conſtantes. Vulgò vocantur* Formæ literarum, *ex hoc ipſo* Ciceronis *loco captatâ procul dubio nominis occaſione. Et quidni exinde (ſicut ego quidem ſuſpicor) res ipſa ſuggeri primùm potuiſſet vel* Joanni Guttembergio Argentoratenſi, *vel* Joanni Fausto Moguntino, *vel* Laurentio Costero Harlemenſi; *vel, ut uno verbo dicam, cuivis alii viro ſagaci, & experimentorum non incurioſo? Nam de primo Inventore nihil ego definio, nec litem iſtam meam facio. Sermo mihi tecum eſt de prima idea, quæ huic Inventori ſeſe obtulit, quamque è* Cicerone *hauſtam perquam probabile arbitror. Multò preſſiùs & clariùs ad rem Typographicam faciunt* innumerabiles *illæ omnium Alphabeti* literarum formæ *metallicæ*, quales aureæ *ſunt, vel adhuc cum* Cicerone *noſtro* quales libet (*quaſi ligneas inſuper innueret*) *quàm locus ullus, qui ex antiquioribus citari poſſit, alius.*

*Interea tamen, ſi non ab invicem ſeparatæ exhiberentur hæ* Ciceronianæ *formulæ metallicæ, more planè hodierno; ego cum nonnullis, inter quos* Osorius Luſitanus & Jovius Italus, *potiùs credidiſſem Typographiam per* Paulum Venetum, *aut alium quemlibet, acceptam à* Sinis: *quorum tamen Imprimendi ratio, ut ſanè antiquiſſima, ſic à noſtra tota aliena eſt. Diverſitas (inquam) hæc, & illæ* formæ literarum innumerabiles, *me aliò trahunt; adeo ut* Sinarum *patroni re ipſâ, quod validiſſimum eſt argumenti genus, confutari videantur. Si hujusmodi quidpiam ab iis acceperunt Gentes Occidentales, illud Chalcographia, non Typographia, fuit.*

*Ipſa denique locutio* imprimendi literas *apud* Tullium *occurrit, in Capite decimo tertio Libri primi* de Divinatione. *Sed minimè timendum eſt, cum celeberrimo* Petro Lescaloperio, *ne ex hujusmodi locis adoleſcentes ſibi perſuadeant, cognitam fuiſſe* (a) Romanis *Typographiam: cum indè ſolummodò concludendum ſit, uti egomet nunc concludo; nimirum, quod ſi hujus Inventi ſuggeſtio ab ullo antiquorum manaverit, ea* Ciceroni *imprimis tribuenda videatur.*

*Ceterùm, ne* Sinas *tam ſubitò dimittam, facilè potuiſſent in eorum Imprimendi modum incidere* Europæi, *ſi nullus unquam (quod de nullo mehercle*

(a) *In* Cicer. *de Nat. Deor. Lib.* II. *Sect.* 93.

(b) Ori-

*hercle conſtat)* *eum in* Europam *advexiſſet. Ex uſu quippe quotidiano idem aliquibus in mentem venire non res erat usque quaque inſuperabilis*, *neque tam ardua*: *nam ab omni retro tempore*, *poſt literas repertas*, ferro calorato (*ut cum* (*b*) Isidoro *ſic loquar*) notas pecoribus inurebant *eorum magiſtri*, *quod à* (*c*) Columella charactere ſignari *vocatur*; *quæ voces*, Notæ *ſcilicet*, Characteres, *&* Signa, *in ſermone Typographico jamdudum uſurpantur. Longo ante* Columellam *&* Isidorum *intervallo*, Virgiliani (*d*) *Paſtores*,

Continuóque Notas, & Nomina gentis, inurunt.

*Nomina verò*, *niſi per literas*, *ſignari non video qua ratione fieri poſſit. Arator*, *apud eundem* (*e*) Virgilium,

Aut pecori Signum, aut Numeros impreſſit acervis:

*Qui modus Imprimendi ex Anulis itidem ſignatoriis addiſci potuiſſet*; *quum*, *dicente* (*f*) Festo, ſignare ſignificet modò ſcribere, modò Anulo ſigna imprimere, modò pecora ſignis notare. *Sed*, *ut verum cum Scholaſticis barbarè dicam*, à poſſe ad eſſe non valet conſequentia; *cujus effati tot extant demonſtrationes*, *quot ſunt Inventiones novæ.*

*Verùm enimverò non omnino à Scopo noſtro alienus eſt locus quidam*, *in* Procopii Hiſtoria (*g*) Arcana, *inſignis certè ac memorabilis*; *quem hîc integrum*, *è* Græco *in* Latinum *ab* Alemanno *verſum*, *adducere libet.* Tempore deinde procedente (*inquit* Ανεκδοτων *Scriptor*) magnam is [Justinus] conſequitur potentiam, prætorianis militibus præfectus ab Anastasio Principe; qui, ubi fato conceſſit, eâ fretus Justinus præfectura capeſſivit Imperium, ſenex jam licet capularis: &, quod *Romanis* antehac non evenit, adeo literarum expers, &, quod ſcribitur, Analphabetus, ut cùm ſui ſoleat Nominis apices libellis indere Princeps, cùm quid imperat faciendum; ipſe neque imperare, neque compos eſſe poſſet rerum gerendarum, ſed Proclus, qui officio Quæſtoris fungebatur, eique aſſidebat, omnia faceret pro arbitrio. Verùm, ut aliquod Imperatoris manus extaret argumentum, à Magiſtratu, qui id muneris habet, excogitatum hoc eſt. Tabellæ ligneæ perpolitæ formam quatuor literarum, quæ legi Latinè poſſint, incidendam curant; eâque libello impoſitâ, calamus (*h*) colore imbutus, quo ſcribere mos eſt Imperatoribus, huic Principi tradebatur in manum: quam alii præhenſantes ducebant, circumagebántque calamum per quatuor illas literarum formas, nempe ſingu-

(*b*) *Origin. Lib* XX. *Cap. ult.*
(*c*) *De re Ruſtica*, *Lib.* XI. *Cap.* 12.
(*d*) *Georgic. Lib.* III. *vers.* 158.
(*e*) *Ibid. Lib.* I. *vers.* 263.
(*f*) *In voce* Signo.

(*g*) *Pag.* 23, *Edit.* Lugd.
(*h*) *Color iſte non Atramentum*, *ſed Purpuramentum fuit*; *ſive Encauſtum Imperatorium*, *ex Murice factum vel Cinnabari.*

gulas tabellæ inciſuras; atque ita demum, iis ab Imperatore literis reportatis, recedebant.

*Videas hic quatuor literarum formas (nempe IVST.) colore aliquomodò imbutas, vel regendo potiùs calamo idoneas: non impreſſas autem chartæ, neque chartam iis ſuperinductam aut ſuperimpoſitam. Quòd ſi & hoc factum fingas, hodiernam tamen Imprimendi ideam neque expreſſiſſet neque ſuggesſiſſet. Id liquidò præſtant, & ipſis quaſi oculis ſubjiciunt (ut ſatis indicavi ſuperiùs)* CICERONIS formæ literarum innumerabiles, metallicæ, fuſiles, mobiles; *quod conjicere me, non verò affirmare, ſemper quæſo memineris. At ne res per ſe clara nimiâ luce reddatur obſcura, verbum ſuper hoc argumento non addam amplius. Vale.*

# ANNALES TYPOGRAPHICI.

EX quo antiquiſſimum litterarum uſum humana primùm excogitavit ſolertia, nil ferè deinceps repertum puto, quod vitæ commerciis faciliùs exercendis rebúsque quibuslibet citiùs & certiùs expediendis magìs conducat, quàm artificioſa litteras in plura quotvis Exemplaria per mobiles metallicos characteres transmittendi ratio. Inventi utriusque originem exquirenti occurrunt pleraque dubia & incerta: neque ſanè mirum eſt de primo litterarum effingendarum Authore ambigi, quarum notitia Mundi ipſius primordiis aut coævа aut non multò poſterior habetur; cùm de primo imprimendarum Inventore (ſæculis nondum adhuc tribus elapſis) omnia fidem habeant adhuc ambiguam, nec ſint fixa ſatìs & explorata. Typographiæ ortum, quantum licuit per tenebras illius incunabulis offuſas & à nullis Scriptoribus (quorum alii dubitanter ſcribunt, alii litibus & conviтiis in alios intentandis indulgent, omnes aliquâ ex parte discrepant) penitus remotas, in primo horum *Annalium* Volumine disquirere magìs quàm definire conatus ſum. Ars ipſa ſub ſuis primordiis ſeſe omnium aſpectui ſubtrahere, ſuorúmque myſteriorum notitiam inter pauciſſimos eorum conſcios continere ſollicitè cupida, lucem penè refugiebat, nílque magìs cavebat, quàm neque emiſſarii in novi tentaminis ſuspicionem adducti Artificum primorum laudem & lucrum invaderent. Cura tamen illa omnis & diligens quantumvìs, quæ adhibebatur, cautio fruſtra fuit. Ars enim, quam Deus non paucorum ſed univerſi orbis litterati commodis naſci voluerat, non diu inter primos ipſius Magiſtros ſubſtitit concluſa. Arctos unius (quodcunque illud, de quo disceptatur, fuerit) Oppidi limites indignata, citò *Europam* pervaſit; ſéque à *Germanis Belgíſ*ve captivam teneri dolens, effracto quâſi carcere, cum *Italis*, *Britannis*, *Gallis*, ſua generoſè participavit beneficia: ſuámque, quæ Scientiis Artibúsque renascentibus alma affulgebat, lucem, minùs communem, quàm illam, quâ omnes fruimur, diurnam, noluit. Quot tum ſubitò ex antiquis optimæ notæ Scriptores ab inferis ad ſuperos revocati, face elatâ, ſpiſſam craſſæ ignorantiæ caliginem dimoverunt! Quot eruditæ vetuſtatis Opera; pulvere, quo ſquallebant cooperti, deterſo; ſcriniis, quibus abditi raris tantùm inſerviebant, locíſve aliis, ubi ignoti adibant pereundi diſcrimen, recluſis; mucidis & ſemeſis Membranarum manuſcriptarum involucris ligamentíſque excuſſis; publici jam juris facta, per chalcographicos typos litterariæ libertatis vindices & aſſertores, emicuerunt tandem è latebris educta, & in omnium ſtudioſorum ma-

nus venire geſtierunt ! Tantos porrò progreſſus à 1457.° (quo primo Librum temporis notâ ſignatum è prælo prodiiſſe accepi) anno, intrà ſpatium vix quadragenario majus, fecit Typographia, ut ante exactam 15$^{am}$ Centuriam Authores principes ex *Græcis* celebrioribus plurimos, ex *Latinis* omnes penè, & nonnullos ſæpius procuderit. Tot eâ in re labores illud ſæculum exhauſerat, ut videretur ſubſequentibus ferias indixiſſe, & nil ultrà reliquiſſe, niſi ut otio & partis fruerentur. Sed Ars illa vivida, & ignobile otium peroſa, reperiendi ſemper, in quo ſe usque utiliter exerceret, avida, ceſſare neſciebat, dum eſſent Libri, quos vel antea prolatos ſive emendandi ſeu augendi ſtudio ad iteratas præli curas vocaret, vel nunquam hactenus notos emitteret. Hanc itaque Editiones aut priscas repetendi aut novas edendi provinciam alacres ſusceperunt Typographi: inter quos pro virili manus impigras admoverunt FROBENIUS & ALDUS MANUTIUS; operi, quod jampridem occœperant, continuando minimè impares. De his agentem me intercepit, quem primo horum *Annalium* Volumini ſtatueram, finis. Commodum nunc duxi ſecundi hujus, quod aggredior, Voluminis initium ducere ab illis, quorum mentionem in primo illo inchoatam abrumpere coactus fui.

Reſumam itaque JOANNIS FROBENII jam antea in præcedenti Volumine commemorati mentionem, quam * ibi receperam me in hôc proſecuturum. FROBENIUS tanti ab ERASMO æſtimabatur, ut hic plerasque ſuas (a) lucubrationes illius prælo committeret. Nec minoris ſuâ intereſſe tunc putabant litterati, cui Typographo ſuorum laborum fœtus edendos commendarent, quàm Mercatores, cui collybiſtæ ſuos concrederent nummos. Inter ſtupenda hujus Theologi Opera, Novo Teſtamento *Græcè* cum *Latinâ* Verſione evulgato primas defero. Hæc Editio, cujus copiam ſibi fieri jampridem tantopere cupiebat (b) FROBENIUS, (c) quater ipſius

* Pag. 221.

(a) *Joan. Slechta* COSTELECIUS ERASMO in Epiſtol. datâ 1519. 10. Octob. *Omnes libros tuos, quoscunque ſcripſiſti, & Baſileæ Joanni* FROBENIO, *viro docto & in Arte chalcographicâ Dædaleo ingenio prædito, imprimendos dediſti, habeo.* —— Vid. Epiſtol. ERASM. (Edition. *Lugduno-Batav.* ann. 1706.) p. 502.

(b) RHENAN. in Epiſtolâ ad ERASMUM *Baſileâ* 17. *April.* 1515. datâ — *Petit* FROBENIUS *Novum abs te Teſtamentum habere, pro quo tantum ſe daturum pollicetur, quantum alius quisquam* — & 30. *April.* 1515. Vid. pag. 1537., 1538.

(c) Ann. 1516. 1519. 1522. (1) 1527. ERASMUS in Epiſtolis ſecundam ſuam N. TESTAMENTI Editionem videtur primæ longè prætuliſſe. Sic ad *Bilibald.* PIRCKHEIMER. 2. *Nov.* Ann. 1517. (pag. 268.) *Novum Teſtamentum quod pridem Baſileæ præcipitatum fuit veriùs quàm editum, retexo, ac recudo, & ita recudo, ut aliud opus ſit futurum. Abſolvetur, ut ſpero, intrà quatuor menſes.* Et ad BARBIR. 2.

1 De hâc poſtrêma Editione ERASMUS ad CARONDILETUM ſcribens *Baſil.* 1526. ---- FROBENIUS *rurſus orſus eſt Nov. Teſtamentum* ----- pag. 952.

ipſius prælo ſubjecta eſt ; (a) multíſque vigiliis ac ſudoribus ERASMO conſtitit (b). Caſtigandi munus obierunt (c) JOANNES OEcOLAMPADIUS, (d) NICOLAUS GERBE-

LIUS

2. Nov. 1517. *Novum Teſtamentum pulchre proceſſit , abſolvendum intrà tres menſes.* ERASM. in Apolog. 4. Editioni præfix. LAURENTIUS VALLA *ſeptem bonæ fidei Codices ſe ſecutum fuiſſe teſtatur. Nos in primâ recognitione quatuor Græcis adjuti ſumus, in ſecundâ quinque ; in tertiâ præter alia acceſſit Editio* Aſulana (*ſeu* Veneta 1518.); *in hâc quartâ præſtò fuit &* Hiſpanienſis (*ſeu* Complutenſis).

(a) *Jo.* FROBENIUS Lectori. (in ſecund. Edition. 1519.) *Quemadmodum hanc poſteriorem Editionem accuratiùs multò recognovit & copioſiùs locupletavit* CAMILLUS *ille rei litterariæ tam ſacræ quàm prophanæ* DES. ERASMUS Roterodamus *Compater noſter , ita de bonis atque adeò Chriſtianis omnibus & omni poſteritate meritus , ut ille quondam de* Romanis *& ſuo ſæculo tantùm ; ſic & nos operam dedimus , ut caſtigatior & nitidior in lucem prodiret , ac quantum ad nos etiam attinet , priorem longè vinceret. Sed enim fuit illi ſoli quicquid laboris erat , exhauriendum ; inſpiciendi veterum Interpretum Codices , Exemplaria Græca conferenda , annotanda multa , mutanda quædam , adjicienda plurima , videndum quid hic ſecutus , eccur ab aliis ille diſſentiret , ad ſingulas denique ſyllabas ferè ſubſiſtendum , & in minutiis hæſitandum. Qui labor tantum habet moleſtiæ , tantum tædii ,* &c. Editio 2. abſoluta fuerat anno 1519. menſe *Martio.* Eodem hoc anno 17. *Octob.* ad JOANNEM Epiſcopum *Roffenſem* ERASMUS *Lovanii* dedit Epiſtolam ( Vide ERASM. Epiſtol p. 511.) in quâ leguntur hæc. FROBENIUS *minatur ſe rurſus excuſurum typis Novum Teſtamentum* —— Hinc conjici poteſt , quàm vendibilis fuerit ſecunda illa Editio , cùm intrà ſemeſtre ſpatium Typographus tertiam meditaretur.

(b) Lege pag. 445. *Biblioth. Sacr.* R. P. *Jacobi* LE LONG , qui multus eſt & accuratus in quatuor his Novi Teſtamenti Editionibus deſcribendis.

(c) *Melchior.* ADAM. in *Vit. Theologor.* German. —— *Joannes* OEcOLAMPADIUS *ſub idem tempus* [*anno milleſimo quingenteſimo decimo ſexto , ætatis ſuæ trigeſimo quarto*] *ab* ERASMO , *cùm in Nov. Teſtam. Annotationes editurus* Baſileam *veniſſet , in partem laboris accitus fuit.* Lege & ZELTNER. de *Corrector. Typograph.* pag. 385. Anno 1516. *Melchior* ADAMUS, uti & ZELTNERUS , titulum Doctoris in OEcOLAMPADIUM fuiſſe collatum ſcribunt. In *Lamberti* HOLLONII Epiſtolâ ad ERASMUM ann. 1518. 5. *Decemb.* datâ, ſic legimus : *Joannes* OEcOLAMPADIUS *ſuperiore ſeptimanâ Theologiæ lauream meruit.* Vid. ERASM. Epiſtol. pag. 1689. De OEcOLAMPADIO lege etiam ERASMI *Apologiam* ad *Jacobum* STUNICAM in Præfatione , & Not. in LUC. Cap. 3.

(d) De ejus vitâ conſule ZELTNER. in *Corrector. Typograph.* pag. 232. Habemus [inter ERASM. Epiſtol. pag. 1539. 1541. 1542.] quatuor Epiſtolas à GERBELIO ad ERASMUM *Argentorato* 1515. 8. *Aug.* 31. *Aug.* 9. *Sept.* 11. *Sept.* miſſas. In ſecundâ Teſtamenti Novi mentionem facit. In quartâ quid conſilii ERASMO dederit , ipſius verbis deſcribere non ingratum videbitur. —— *Retulit mihi miniſter tuus nonnulla de Opere tuo in lucem producendo , quâ formâ , quibus typis , quo ordine excudendum putaveritis , ſcilicet ut columna columnæ reſpondeat , ſintque intermixta omnia Græca Latinis & rurſum Latina Græcis. Vereor plurimùm ,* ERASME *Doctiſſime , ne vobis quidem hæc figura tempore procedente non ſit placitura. — Erit hoc imprimis ingratum his , qui in Litteris Græcanicis nonnihil profecerunt , utpote qui Latinis ad id negotii nihil egeant : ſit præter hæc ea forma , ubi omnino Græca ſunt omnia, tum pulchrior , tum acceptior. Præterea ſi vel indoctis & rudibus laborem hunc deberi cenſes , & nonnihil accipient illi incommodi , ſi à dextrâ ſemper impendeat Latina tralatio; nam ille , qui parum doctus eſt , plùs oculos in id , quod novit , quod didicit , quod intelligit, conjicit , quàm in ea , quæ vel difficilia ſunt, vel prorſus incognita. Ad hoc omnino fieri videmus , ut ſeparata à Latinis Græca faciliùs percipiantur , & hæreant tenaciùs , videlicet in uno ſolo ingenio occupato. Nec admo-*

*dum*

LIUS & (a) SIGISMUNDUS GELENIUS. (b) Opus quoque adjuverunt AMORBACHII *Bruno* & *Baſilius*, ac JACOBUS NEPOS. Lucem primùm aſpexit anno 1516. nec (c) antea unquam Novum Teſtamentum *Græcè* publicatum fuerat. Operis hujus venuſtas quò prodiret magìs conſpicua; paginarum, quæ titulo & capitum exordiis deſtinabantur, marginem interiorem exteriorémque & oram tam inferam quàm ſuperam, majuſculas etiam initiales litteras (d) icunculis quibusdam, floſculis, variíſque hujusmodi figuris

*dum gravis eſt labor, ſiquis Latina Græcis conferre velit, vel tantillum vertere foliorum, cùm ſæpe accidat gratiorem eſſe collationem, quæ labore facta feliciùs obvenerit. Jam vero ſi * eâ formâ excudatur, quâ ab* ALDO GREGORIUS Nazianzenus, *quis uſpiam erit eruditorum profecturus in* Italiam, *in* Gallias, *in* Britanniam, *qui non ſecum ferat Nov. Teſtam. Græcè, vel ſi fieri poteſt, ſive comperiet idem ipſum Latinè in eodem Volumine, quod fieri nequit, ſi Codex prægnus fuerit, formáque anguſta. Neque etiam tantum afferret gratiæ, quantum unum quodque ſuo repoſitum loco, ſuâ refulgens dignitate, ſuâ majeſtate decorum. Quid autem erit illo magnificentius, quàm quòd eruditi non offendantur ineruditorum adminiculo; & ineruditi gaudeant, ſi adminiculo olim non ſit opus. Poſſem multa objicere: unum tamen diſpicio, quod tu poſſis obtrudere, ſcilicet ut faciliùs Latina Græcis conferantur; quod mihi melius probiúſque fieri poſſe videtur, ſi primùm Græca (atque ea ſeparatim) probè didicerit quiſpiam; tum enim ſecuriùs conferet, & intelliget clariùs. Verùm de his boni conſulas &c. Saluta meo nomine* Joannem FROBENIUM &c. Forma autem, quam ſuadebat GERBELIUS, ERASMO non placuit, qui maluit ſuum Teſtamentum in fol. Latinâ verſione Græco Textui in binis per ſingulas paginas columnis reſpondente excudi. Eâdem formâ *Complutenſe* Bibliorum Opus diſpoſitum eſt. Latina Græcis adjungi cœperant, à latere anno 1481. ſeorſim ſeriùs anno 1499. in PROCLI *Sphærâ* ex *Aldino* prælo editâ. FROBENIO in iis, quæ Græcè & Latinè impreſſit, Libris Latinam interpretationem è regione & in eodem conſpectu collocare fuit conſuetudo. Aliam rationem alii quidam tenuerunt Typographi; de quibus ſuo loco. Quinimò ipſe FROBENIUS, cùm *Theodori* GAZÆ Grammaticæ librum primum anno 1516. in 4^to. excuderet, Latinam ejusdem Verſionem initio, & deinceps ſeorſim Græcum Textum pro iis, qui jam aliquantulum profecerunt, adornavit.

(a) De quo ſic ERASMUS in Epiſtol. ad PETRUM *Cracovienſ.* Episcop. [pag. 1145.] —— Sigiſmundus GELENIUS *jam pridem in Officina* Frobenianâ *caſtigandi præfecturam gerit, vir citra omnem oſtentationem exquiſitè doctus, &, quod in eruditis quoque rarum eſt, emunctæ naris, exactique judicii* —— De eo etiam conſule ZELTNER. *Corrector. Typograph.*

(b) Sic FROBENIUS ad Lector. in 2. Edit. N. T. —— *Siquidem utrique* AMORBACHII, Bruno & Baſilius, *viri doctiſſimi & noſtri amantiſſimi bonâ fide nos adjuverunt. Id quod illis novum non eſt. Præterea* Jacobus NEPOS *utriusque litteraturæ non vulgariter peritus memorabilem in hôc Opere caſtigando diligentiam oſtendit.*

(c) Sic *Thomas* MORUS *Martino* DORPIO [Vide pag. 1910. ERASM. Epiſtol.] in Epiſtolâ *Brugis* 21. *Octob.* 1515. datâ. —— *Neque enim te vereri puto, ne in Annotationibus in Scripturas* ERASMUS *impreſſis utatur libris, quum neque ſcriptorum Codicum deſit copia, neque in eam rem impreſſis uti, etiam ſi velit, poſſit, cùm Novum Teſtamentum, in quod ejus deſudat labor, nunquam hactenus, quod ſciam, Græcè Chalcographorum typis excuſum ſit.* —— Novum enim Teſtamentum *Compluti* anno 1514. excuſum ante annum 1522. non publicatum eſt; quod obſervat *Jacobus* LE LONG in *Biblioth. Sacr.* p. 441.

(d) Non forſan multum à vero aberrabo, ſi conjiciam typographica hæc ornamen-

* Scilicet in 4^o. ſed de hoc Opere agetur, cùm ad ALDI mentionem perveniam.

ris condecoravit Frobenius; quod & in aliis plurimis & (a) ipſe, & (b) nonnulli illius ætatis Typographi celebres uſurpârunt. Frobenii ſymbolum typographicum fuit Columba erecto baculo binis Serpentibus circumflexis cincto inſidens, (c) aliquando cum litteris utrinque ſui nominis initialibus [IO. FRO.] & his lemmatibus;

(d) הֵיטִבָה יְהוָה לַטּוֹבִים וְלַיְשָׁרִים בְּלִבּוֹתָם

(e) Γίνεσθε φρόνιμοι ὡς οἱ ὄφεις, ἀκέραιοι ὡς αἱ περιστεραί.

(f) Prudens ſimplicitas, (g) amórque recti.

Antequam Novum Teſtamentum *Frobenianum* miſſum faciam, operæ pretium eſt notare Textum [I. Joh. C. V. 7. ὅτι τρεῖς εἰσιν οἱ μαρτυροῦντες ἐν τῷ οὐρανῷ, πατὴρ, λόγος, καὶ πνεῦμα· καὶ οὗτοι οἱ τρεῖς ἕν εἰσιν] in Edi-

menta delineata fuiſſe à magno illo Artifice *Joanne* Holbenio, qui *Encomium Moriæ* ab Erasmo 1514. typis *Frobenianis* vulgatum tribus & octoginta picturis calamo juxta Libelli verba in margine notatis illuſtraverat; [lege Epiſtol. *Caroli* Patini præfix. *Moriæ Encomio* 1676. *Baſileæ* recuſo:] cujus etiam manu pictum *Joannem* Frobenium vidi.

(a) Erasm. *Adag.* Chiliad. 1513. Rhodigin. *Lection.* 1518. *Vell.* Patercul. 1520. Erasm. Epiſtol. 1521. Tertullian. 1521. in *fol.* &c.

(b) *Argentinæ Joannes* Schottus in Lucian. *Dialog. Deor.* 1515. in 4to & *Matthias* Schurerius in Q. Curt. 1518. in *fol.* &c.

(c) Vide ad calcem *Theod.* Gaz. *Gramm.* Lib. I. 1516. & Erasm. Chiliad. 1518.

(d) Pſalm. cxxv. 4.

(e) Matth. x. 16.

(f) Martial. Lib x. Epigr. 47.

(g) Ibid. Epig. 48. Erasmus in *Adag.* [de Feſtination. præpoper.] hæc ſcripſit de Symbolo hôc *Frobeniano.* —— *Quod ſi Principes Ciſalpini proſequerentur honeſta ſtudia cum* Italis, Frobeniani *Serpentes non tantùm abeſſent ab opibus Delphini* Aldini. *Ille lentè feſtinans non minus auri ſibi peperit, quàm nominis, utroque dignus:* Frobenius, *dum baculum ſemper erectum gerit, non aliò ſpectans quàm ad publicam utilitatem, dum à Columbinâ ſimplicitate non recedit, dum Serpentium prudentiam magìs inſigniis ſuis quàm factis, famâ potiùs dives eſt quàm re.* Neſcio an Frobenius hoc Symbolum ſibi delegerit, alluſione aliquâ ad ſuum nomen factâ; nam ex Φρόβεν-ιος, per litterarum metatheſin & antiſtoichian μ pro β, facilis erit in vocem φρόνιμος deflexus. Notandum eſt enim, quod prior ſyllaba nominis *Frobeniani* per brevem vel longam pro libitu efferri ſoleret; uti ex Epigrammatibus in ipſum Epitaphiis ad calcem *Ciceronian.* Erasm. ann. 1530. conſtat. Adjiciam hic, quid ſcripſerit *Claud.* Minos in ſuo de Symbolis ſyntagmate ad Emblem. Alciat. —— Apud *Germanos*, *Baſileæ*, Frobenius, *Artis typographicæ apud ſuos* Roscius, *ſtemma Libris editis affixit erectum baculum* (1) *duabus arreptum manibus, in cujus apice avicula, & ex parte utrâque duo ſerpentes complicati,* (2) *ſed nullo addito vocali ſymbolo. Credibile eſt virum ſolertem his notis indicâſſe bene dicendi artem, quæ baculo innuitur, quaſi ſepiri ac colligari ſapientiâ, quæ apud veteres ſerpentis nomine ſignificaretur.* Commodior autem (uti ſuprà monui) ex lemmatibus, quæ *Claudius* Minos non viderat, elicitur interpretatio. Porrò

(1) Sic in *Vell.* Paterc. 1520. Tertullian. & Erasm. Epiſtol. 1521. & Rhenan. in Plin. 1526. Aliquando dextrâ ſolâ, uti in Rhodigin. *Lection.* 1518. aut lævâ ſolâ, ut in fronte *Theod.* Gaz. Lib. I. ann. 1516.

(2) Non igitur *Claudio* Minoi innotuerat Editio Erasmi Chiliad. *Frobeniana* 1518. ubi ſymbolis depictis adduntur etiam ſymbola vocalia, Hebraïcè, Græcè & Latinè modò citata.

(3) In

Editionibus primâ & ſecundâ abeſſe, in tertiâ & quartâ ex Codicis *Britannici* fide reponi. Textus ille omiſſus maximas ERASMO concivit turbas. Acerrimè in illum invehebantur (a) *Jacobus* STUNICA *Hiſpanus*; cui ERASMUS reſpondet (b) his verbis. —— *Verumtamen, ne quid diſſimulem, repertus eſt apud* Anglos *Græcus Codex unus, in quo habetur, quod in vulgatis deeſt. Scriptum eſt enim hunc ad modum :* ὅτι τρεῖς εἰσιν οἱ μαρτυροῦντες ἐν τῷ οὐρανῷ, πατὴρ, λόγος καὶ πνεῦμα· καὶ οὗτοι οἱ τρεῖς ἕν εἰσιν. Καὶ τρεῖς εἰσὶν μαρτυροῦντες ἐν τῇ γῇ, πνεῦμα, ὕδωρ καὶ αἷμα. εἰ τὴν μαρτυρίαν τῶν ἀνθρώπων *& cætera. Quanquam haud ſcio, an caſu factum ſit, ut hôc loco non repetatur, quod eſt in Græcis noſtris. Ex hôc igitur Codice* Britannico (c) *repoſuimus, quod in noſtris dicebatur deeſſe; ne cui ſit cauſa calumniandi. Quanquam & hunc ſuſpicor ad Latinorum Codices fuiſſe caſtigatum. Poſteaquam enim Græci concordiam inierunt cum Eccleſiâ Romanâ, ſtuduerunt & in hâc parte cum Græcis conſentire.*

Hìc locus eſt à propoſito non alienus inſerendi, quid R. P. (d) JACOBUS LE LONG de Manuſcriptis, quæ ROBERTUS STEPHANUS contuliſſe fertur, tradiderit. „ ROBERT ESTIENNE a ramaſſé varieté de Leçons, en comparant ſeize Exemplaires, entre leſquels il y en avoit huit de la Bibliotheque du Roi, ſavoir le 3 le 4. le 5. le 6. le 7. le 8. le 10. & le 15 Je donnerai ici en paſſant une notice exacte de ces 16. Exemplaires, afin que les Lecteurs ne tombent pas dans les mêmes fautes, que pluſieurs grands hommes ont commiſes. Ils ont cru, que tous ces Exemplaires contenoient chacun tout le Nouveau Teſtament; d'où ils ont conclu, que, parce que le 7. verſet du Chapitre 5. de la 1. Epitre de S. JEAN ne ſe trouvoit point dans ſept de ces Exemplaires marquez à la marge avec un Obele, il étoit dans les neuf autres; il n'y a cependant que le 1. & le 15. qui contiennent les Epitres Canoniques, & qui aïent ce Verſet. Ce premier

Porrò in (3) nonnullis FROBENII Editionibus aliud occurrit lemma ſcuto inſcriptum, viz. IO. FROB. TYPIS EXCVDEBAT. (4) ΜΩΜΗΣΕΤΑΙ ΤΙΣ ΘΑΣΣΟΝ Η ΜΙΜΗΣΕΤΑΙ : quo dicto æmulorum invidiam retundebat. Igitur in ſuâ *Cælii* RHODIGINI Editione ſuum ad Lectorem ſic claudit Epiſtolium; *Opto valeas, qui leges, livore poſito.* αὕτη γὰρ ἀντιπελάργωσις ἱκανή.

(a) Lege ejus Annotat. in ERASM. Tralat. N. Teſt.

(b) ERASM. *Apolog.* ad *Jacob.* STUNICAM.

(c) Hæc Apologia excuſa eſt *Lutet.* apud VIDOEUM 1522. quo anno prodiit tertia N. Teſt. ERASM. Editio.

(d) *Diſcours Hiſtorique ſur les Bibles Polyglottes*, à Paris. 1713. 8°. pag. 221.

(a) *Deux*

(3) In primâ paginâ RHODIG. *Lection.* 1518. & Nov. Teſt. 1519.

(4) Proverbialis ſenarius (quem BUDÆUS etiam ſuis *de Aſſe* libris præfixit) in *Diogeniani* Centuriis: & in PLIN. *Hiſtor.* lib. 35. cap. 9. APOLLODORUS *fecit* PENELOPEN, *adeoque ſibi placuit, ut verſum ſubſcriberet, celebrem ex eo, Inviſurum aliquem facilius quàm imitaturum.*

„ mier Exemplaire eſt l'Edition de XIMENES. Le 2. eſt un Manuſcrit d'*Italie* qui n'avoit que les quatre Evangiles & les Actes des Apôtres. Le 4. le 5. le 7. le 9. le 11. & le 13. ſont ſix Manuſcrits du Nouveau Teſtament qui n'ont point le Livre de l'Apocalypſe. Le 3. le 6. le 8. le 12. & le 14. n'ont que les quatre Evangiles. Le 10. & le 15. contiennent les Actes & les Epitres des Apôtres; mais le 15. a encore l'Apocalypſe : de ſorte qu'il y en a treize, où ſe trouvent les quatres Evangiles ; dix, où ſont les Actes des Apôtres & les Epîtres de S. PAUL, mais ce ne ſont pas les mêmes; neuf, où ROBERT ESTIENNE a trouvé les Epitres Canoniques, quoi qu'il ne ſe ſoit pas ſervi du 15. qu'il ne cite jamais ſur ces Epitres, & qu'il cite très-ſouvent dans l'Apocalypſe, & trois qui comprenoient ce dernier Livre.

His nuperrimis præſertim temporibus, cùm homunciones nequisſimi, nullis argumentis ſed ſolâ impunitate freti, quicquid ſacræ eſt authoritatis, pro libitu conculcare, & effræni licentiæ impiè ſubjugare auſi ſunt; glorioſa iſta Criticorum cohors totas huc quaſi facto agmine intendit vires, ut hunc textum, quo, licèt non unico, grande illud Trinitatis myſterium fulcîtur, Bibliis prorſus eraderet. Furentes & violentos eorum impetus ſolidâ argumentorum vi clariſſ. MARTINUS contudit in ſuis (a) *Criticis Diſſertationibus*, ad quas Lectorem remitto. Interim id nolui prætermittere, quòd in *Frobenianâ* ſecundâ Novi Teſtamenti emiſſione, à quâ abeſt Textus de trium Teſtium cœleſtium unitate in dubium à dubiæ fidei hominibus vocatus, excudi in ipſâ Evangeliorum fronte (b) *Symbolum Nicænum* Græce cum Chriſtianæ fidei diagrammate, picturâque tres SS. Perſonas exprimente. Hanc quidem, ſi quod ſentiam liberè fateri liceat, tantum abeſt, ut probem, ut nequaquam par eſſe putem id humanis, quod intueri poſſumus fidei ſolius oculis, pingi myſterium. Diagramma verò ipſum, ſicut picturæ ſubjacet, pio & orthodoxo Lectori fortè non diſplicebit.

ΟΠΟΙΑ

(a) *Deux Diſſertations Critiques, la premiere ſur le* 7. v. *du Chap.* V. *de la* I. *Epit. de* S. JEAN ; *la ſeconde, ſur le Paſſage de* JOSEPH *touchant* JESUS CHRIST. *à Utrecht*. 1717. 8°.

(b) Page 98. 99.

(a) Vide

## ΟΠΟΙΑ Η ΑΛΗΘΙΝΗ ΠΙΣΤΙΣ ΗΜΩΝ ΤΩΝ ΧΡΙΣΤΙΑΝΩΝ, ΗΓΟΥΝ Η ΘΕΟΤΗΣ.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| πατὴρ | - - | ὑὸς | - | πνεῦμα ἅγιον. |
| Θεὸς εἷς | - | | — | Πρόσωπα τρία. |
| Ο'υσία μία | | - | - | 'Υποςάσεις τρεῖς. |
| Φύσις μία | - | - | - | 'Ιδιότητες τρεῖς. |
| Μορφὴ μία | | - | - | Χαρακτῆρες τρεῖς. |
| Βασιλεία μία | | = | | 'Αρχαὶ τρεῖς. |
| Δόξα μία | | - | - | Λαμπρότητες τρεῖς. |
| Δύναμις μία | | - | | Κυριότητες τρεῖς. |
| Βέλησις μία | - | | - | 'Ενέργειαι τρεῖς. |
| Χάρις μία | | - | - | 'Επιγνώσεις τρεῖς. |
| Πίςις μία | - | | - | Ο'μολογίαι τρεῖς. |

Sic ERASMUS, dum hæc ſuæ Editioni inſerere voluit, Chriſtianam Trinitatis & Unitatis fidem, quam in Textum, Manuſcriptorum (a) quatuor vel quinque ſilentio inductus non admiſerat, extra Textum veritate Catholicâ coactus diſſimulare non potuit. Hactenus de *Frobenianâ* Teſtamenti Novi impreſſione, cujus Operis dignitas mihi diutius immorato veniam impetrabit. Ad reliqua nunc transeundum.

JOHANNES FROBENIUS cum (b) *Joanne Petro* LANGENDORF anno 1506. LYRÆ (c) *Gloſſam* emiſerat. Anno 1513. ERASMI *Chiliades* emiſit; ſed nullam adhuc cum earum Authore conflaverat familiaritatem. Ex Præfatione tamen, quam harum Editioni affixit, liquet, quanti illum fecerit.

En tibi, Lector, integram, ut Styli *Frobeniani* aliquod habeas ſpecimen, & ex ipſius verbis ejusdem induſtriam, ac modeſtiam comperias.

JOANNES FROBENIUS *Studioſis* S. T. P.

„ Apud Græcos, TARRHÆUS, DIDYMUS, CLEAR-
„ CHUS & plerique alii, viri ingenio & doctrinâ nobiliſſimi, ſo-
„ lerti cùm ſtudio, tum induſtriâ, ex eloquentiſſimis & primæ
„ claſſis Autoribus, parœmias ſparſim & undequaque diffluentes in
„ juſta Volumina redigerunt. Quorum virorum lucubrationes (ne-
„ ſcio

(a) Vide TESTAM. 2. Edit. pag. 64. *Typogr.* pag. 221.
(b) Cujus mentio in Volum. I. *Annal.* (c) CAILLE, p. 34.

(a) Lege

„ ſcio quo fato) magnâ litterariæ rei jacturâ funditus interciderunt.
„ Superſunt tamen recentiores, quorum è numero ſunt Zenobius,
„ Diogenianus, Apostolus Byzantius, ſed conciſi adeò ac
„ veriùs mutili, ut juxta Græcam parœmiam ἀκέφαλον μῦθον narrare
„ videantur. Cæterum apud Latinos (quod equidem ſciam) tot ſæculis
„ nullus repertus eſt, qui Parœmias collegerit. Neque enim modi-
„ co labore id fieri potuit, quando omne Scriptorum genus utrius-
„ que Linguæ evolvendum erat. At noſtrâ ætate Erasmus *Rotero-*
„ *damus*, cui dedit ore rotundo Muſa loqui, primus, nec infelici-
„ ter, tantam provinciam capeſſere auſus, Parœmias, quæ apud
„ utriusque Linguæ, Dialecticos, Sophiſtas, Oratores, Poetas,
„ Theologos, habentur, Bone Deus, quantis laboribus, quantis
„ vigiliis in unum Volumen conſarcinavit, quo nullum omnium
„ eruditorum calculo abhinc mille annos luculentius in lucem pro-
„ diiſſe conſtat, quod rite quis omnis elegantiæ ſeminarium appel-
„ laverit, illud Homeri (Imperatorio elogio omnis virtutis pa-
„ rentis) de Oceano ei accommodans, dum canit,

Ἐξ οὗ περ πάντες ποταμοὶ καὶ πᾶσα θάλασσα,
Καὶ πᾶσαι κρῆναι καὶ φρείατα μακρὰ νάουσιν.

„ In eo enim loca ſexcenta apud utriusque Linguæ Scriptores vel o-
„ biter correxit, vel eruditè expoſuit. Præterea Homeri tum
„ aliorum Poetarum Græcorum eodem metro verſus circiter decem
„ mille Latiniſſimè vertit. Porrò dum tanto Operi Colophonem
„ (ut aiunt) imponeremus, increbuit rumor acerbior quàm ut cre-
„ dere libeat, ſed conſtantior quàm ut vanus credi poſſit, Eras-
„ mum noſtrum è vivis exceſſiſſe, proh dolor! quantâ bonarum
„ literarum jacturâ, tantus vir terris ereptus eſt, qui unus, non
„ modò *Germaniam* ſuam, ſed totam *Europam* illuſtrare potuiſſet.
„ Quot nobiles Autores poſthac cum blattis & tineis pugnaturi,
„ ſuâ operâ in lucem prodiiſſent! Sed ità naturâ comparatum eſt
„ (juxta Poëtam) ut pauciſſimi egregio præditi ingenio ſenectæ li-
„ men contingant, contrà homines prorſus inutiles *Tithoniam* non-
„ nunquam vivant ætatem. Illud neutiquam ſilendum nobis vide-
„ tur, qui id operis in gratiam Studioſorum excudimus, quin teſte-
„ mur (& ſi id re ipſâ patescat) ſummâ nos diligentiâ in hoc Opere
„ uſos, ut ne transverſum quidem unguem (quod aiunt) ab Exem-
„ plari diſcederemus, niſi illuſtrium Autorum Græcis Exemplaribus
„ ad hoc inducti, in quibus ſynceriorem lectionem nonnunquam
„ comperimus. Hæc ratio, quare nonnulla immutaverimus. Quod
„ ſi transverſiones inverſionésve literarum & cætera id genus levi-
„ cula menda nonnunquam occurrerint, ut benevoli Lectores con-
„ niveant, precamur; quando quidem ut eſt apud Græcos, Ἀλλ'


„ οὐ

„ *οὐ γάρ πως ἐστιν ἀΰπνους ἔμμεναι αἰὲν Ἀνθρώπους*. Valete *Baſileæ*. Kalen.
„ *Sept.* Anno M. D. XIII.

*Hoc* (a) Adagiorum (b) *Opus* (c) ALDUM *æmulatus flagitantibus Studioſis* Joannes FROBENIUS *typis ſuis non infeliciter excuderat: quâ arridente Editione, ſimul Officinæ diligentioris celebritate motus* ERASMUS, *quum alterum* Proverbiorum *Exemplar cum acceſſione pridem* BADIO *promiſſum & deſtinatum, adjunctis aliquot* PLUTARCHI *Libellis recenter verſis*, Franciſci PIRCMANNI *conſilio* Baſileam *aberrâſſe cognoviſſet, & illìc omnes divi* HIERONYMI *lucubrationes ſub* Frobenianis *prælis eſſe, ipſe quoque eodem ſe contulit, ſimulans iter ad Urbem voti ſolvendi gratiâ. Nec fuerat vanus rumor. Pridem enim* Joannes (d) AMERBACHIUS, *abſolutis* AMBROSII AUGUSTINÍque *Libris, totum ſe comparaverat ad caſtigationem Voluminum* HIERONYMI, *undique conquiſitis vetuſtis Exemplaribus, & doctis viris conductis, qui Græcas dictiones paſſim reſtituerent: de quorum numero fuit* (e) Joannes REUCHLINUS *Jureconſultus, qui è Lexicis vacuas lacunas replere conabatur; cui ſucceſſit felicior Caſtigator* Joannes (f) CONO Norimbergenſis, *Inſtituti Dominicani, qui meliorem viam ſecutus, è veſtigiis antiquorum Codicum ea, quæ vel deerant, vel depravata erant, diligenter reponebat. Idque poterat homo propemodum Græcè quàm Latinè doctior, verſatus nimirum in optimis Auctoribus, aliquot annis excellentiſſimorum in* Italiâ *Profeſſorum* MUSURI & SCIPIONIS, *quorum antè meminimus, atque* JOANNIS Cretenſis *minimè pœnitendus auditor. Et jam defuncto patre,* Bruno & Baſilius *filii, unà cum* Joanne FROBENIO, HIERONYMI *informationem aggreſſi erant, & in Prophetis aliquò usque progreſſi.* ERASMO *novo hoſpiti ſtatim in ædes* Frobenianas *recepto placuit Editionis nitor: ſed in primis incredibilis fratrum* AMERBACHIORUM *in caſtigando diligentia. Ipſe ergo, ſi quando conſulebatur, ubi judicio opus erat propter Exemplarium variationem, nusquam deerat. Ve-*

(a) Lege *Vit.* ERASM. per *Beat.* RHENAN. præfix. Operib. ERASM. 1540. & in *Moriâ* ERASM. *Baſil.* 1676.

(b) *Adrianus* BARLANDUS ad *Cornelium* fratrem anno 1516. ſcribit *Chiliades & Centurias Proverbiorum bis à* FROBENIO Baſileæ *excuſas.* Lege pag. 1583. ERASM. *Epiſtol.*

(c) De Editione *Aldinâ* deinceps agetur, ubi ALDI fiet uberior mentio.

(d) Conſule Vol. I. *Annal. Typograp.* p. 141. 142. & 144.

(e) Lege Vol. I. *Annal. Typ.* p. 141. Et *Melch.* ADAM. in *Vit. German. Philoſoph.* Edit. *Haidelb.* 1615. p. 38. REUCHLINUS *ingreſſus annum viceſimum* Baſileæ *Magiſtri philoſophici gradu ornatus Linguam Latinam & Græcam docuit.* —— *Eodem tempore & fratres* AMERBACHII *Officinam typographicam inſtituerunt, qui cùm deſiderari viderent Latinum* Ὀνομαστικὸν, CAPNIO *Librum collegit, cui Titulus eſt* BREVILOQUUS, *qui tunc, cùm nondum meliores Libri in hôc genere haberentur, & expetitus eſt, & Studiis profuit.*

(f) De eo lege Vol. I. *Annal. Typogr.* p. 290.

(a) At

*Verùm Epiſtolarum Volumina ſibi peculiariter vendicabat, partim abſolvendis Scholiis, quæ jam pridem cœperat, partim novis addendis & Argumentis adſcribendis occupatus. Hic labor non erat exiguus. Acceſſit longè major. Deſiderabant Studioſi* Galliarum *&* Germaniarum *ſeorſim edi Novum Teſtamentum Græcè, quod cum veteri* (a) Venetiis *conjunxerant.*

Erasmus ipſe in (b) Epiſtolâ *Bilibaldo* Pirckheimero *15. Julii 1529. Friburgi* datâ tempus primæ ſuæ *Baſileam* profectionis indicat.—— *Ante annos quindecim* [anno igitur 1514.] *cœpi cum eâ Civitate habere commercium, quam toties è* Brabantiâ *recurrens inviſi; denique annos ferme octo perpetuo illius hoſpitio ſum uſus, commodo ſanè bonóque. Ibi* Joannes Frobenius *obtigerat amicus, quo ſinceriorem ne optare quidem à Superis poteram. Nec alius erat in me totius familiæ animus, unde & mea erga liberos benevolentia nihil illius morte eſt imminuta. Proinde Civitatem illam propemodum adoptâram in Patriæ locum.* Hinc colligo Erasmum ab anno 1514. arctam cum Frobenio conſuetudinem tenuiſſe. Nec dubium eſt, quin ex (c) Frobenii Officinâ ad Erasmum & ex crebro Erasmi hoſpitio ad rem Frobenii typographicam plurimum commodi & adjumenti acceſſerit. Hinc igitur *Ludovicus* (d) Berus author eſt *frequentiùs ad ſe dixiſſe, ſe ad vitam ſuam* Erasmo *in annos ſingulos daturum centum aureos, ſi* Baſileam (tunc enim *Lovanii* agebat) *reverteretur, apud eum manſurus.* Ea erat Frobenii erga Erasmum amicitia, ut hic apud (e) Pirckheimerum queratur, *ſe ob iſtam apud Typagraphos invidiâ gravari.* Erasmi tamen non usque adeò conſtans erat *Baſileæ* apud Frobenium commoratio, ut non ſubinde ad varias Regiones, & *Londinum* usque, peregrinaretur. Ubicunque autem locorum verſaretur, Litterarium erat inter illos juge commercium. En, Lector, Epiſtolam à Frobenio ad Erasmum miſſam.

(f) Jo. Frobenius Erasmo *Rot.* S. D.

„ Quas à te Litteras proximis poſt diſceſſum tuum diebus accepi-
„ mus

(a) At *Veneta* Bibliorum Editio prodiit anno 1518. *Frobeniana* Novi Teſtamenti, quam Erasmus curavit, prior anno 1516. unde fit, quòd hæc Rhenani verba non ſatìs intelligam.

(b) Erasm. Epiſt. pag. 1218.

(c) Id conſtat Erasmi verbis, quæ leguntur (pag. 1233.) in ejus Epiſtola ad *Gulielmum* Montjoium ann. 1529. 8. *Sept.* miſſâ. —— *Commigravi* Friburgum; *omnia ſunt hic cariſſima, ac multis commodis, quæ mihi ferebat Officina* Frobenii nunc careo.

(d) In Epiſtolâ ad Erasm. *Baſileæ* 1517. 11. *Maii* data. Vid. Epiſtol. Erasm. p. 1607.

(e) Lege Epiſtol. dat. *Baſileæ* 1524. 21. *Jul.* pag. 803.

(f) Epiſtol. Erasm. pag. 1539.

„ mus, Breve videl. LEONIS Pont. commendationis ad *Britanniæ* Regem Exemplum, cum aliis adjunctis, & REUCHLINI, PIRCKHEIMERíque *Norinbergenſis* Epiſtolas nunc miſimus. Libellus tuus *de Principis Inſtitutione* unà cum aliis quibusdam in Officinâ noſtrâ abſolutus eſt. HIERONYMUS ad finem tendit. Laboravimus aliquamdiu chartariâ inopiâ, quòd *Lotharingiæ* ad nos clauſus eſſet aditus: id quod tu non ſinè damno fuiſti expertus. Sed hæc res adeò nos non impediet: nam *Argentina* ſat chartarum nobis ſuppeditabit, ſi modò pretium, quod paulo majus eſt, arriſerit. *Commentarium* ſub HIERONYMI Titulo, quod *Friburgi* deſcribebatur, *in Cantica Canticorum*, omittere cogimur, mutilum enim eſt, nam deſunt tum in medio, tum in calce nonnullæ pagellæ: excidimus igitur à ſpe noſtrâ, quâ ſperabamus nos quiddam novi prolaturos, quod hactenus pauciſſimis fuisſet cognitum. Imprimam tantâ curâ *Moriam* tuam, ut in illa impreſſione meipſum viciſſe meritò dici queam. Speramus hìc omnes tuum reditum, omnem tibi humanitatem exhibituri. Salutat te LACHNERUS ſocer, & uxor, GERTRUDIS uxor, ac tota Sodalitas noſtra. Bene vale, Compater dilectiſſime. *Baſileæ* ex Officinâ noſtrâ 17. *Junii*, Anno 1515. JO. FROBENIUS, Chalcographus *Baſilienſis*.

En partem Epiſtolæ ab ERASMO ad FROBENIUM miſſæ.

(a) ERASMUS *Roterodamus* JOANNI FROBENIO, *Compatri ſuo chariſſimo*, S. D.

„ Miſimus ad te MORI *Progymnasmata* & *Utopiam*, ut, ſi videtur, tuis excuſa typis orbi poſteritatíque commendentur; quando ea eſt tuæ Officinæ auctoritas, ut Liber vel hôc nomine placeat eruditis, ſi cognitum ſit è *Frobenianis* ædibus prodiiſſe. Bene vale cum optimo Socero, conjuge ſuaviſſimâ, ac mellitiſſimis liberis. ERASMUM filiolum mihi tecum communem, inter litteras natum, fac optimis litteris inſtituendum cures. *Lovanio* 25. *Auguſti*. An. 1517.

Non leve attulit momentum *Frobeniano* prælo familiaritas inter ERASMUM & RHENANUM inita. Hic enim cum (b) *Lutetiæ* litteris bonis operam dediſſet, *Baſileam* tandem profectus eſt; ubi

(a) *Johannis*

(a) Epiſtol. ERASM. p. 1626. 1627.

(b) *Lutetiæ* in *Henrici* STEPHANI Officinâ recognovit. Latinam ARISTOTEL. *Politic. OEconom.* Editionem anno 1506. utì in ipſius Editionis calce legitur. Ibidem domi ARISTOTELIS *OEconomica* explicuit; utì ſcribit *Melchior*. ADAM. in *Vit. German. Philoſ.* p. 134.

(a) De

(a) *Johannis* CONONIS auditor fuit, eodémque & vivente & defunčto apud AMERBACHIUM & FROBENIUM munus correctorium exercuit: & in *Frobenianâ* Officinâ (b) ERASMI *&* GELENII *conſuetudinem familiarem adeptus eſt. Quorum poſteriorem tandem etiam ſocium ſibi adjunxit, teſte ipſo* GELENIO, *in ornando* LIVIO *ex Officinâ* Frobenianâ *prodeunte occupatus. Nec minus etiam illum, quippe in unâ familiâ ſecum degentem,* συνεργὸν *in corrigendo habuit.* Horum (c) aliorúmque eruditorum ἐργοδιωκτῶν ſubſidiis inſtručtus, bonâque fautorum undecunque (d) clarorum gratiâ animatus, excudendis deinceps plurimis Eccleſiaſticorum aliorúmque tum veterum tum recentium Scriptorum Operibus incubuit. Ei quoties opus id poſtulabat, præla quatuor aut plura ſimul (e) fervebant. ERASMUS (f) *magnam utilium, quæ ab ipſo Chriſtianus orbis accepit, Scriptorum partem in ædibus* Frobenianis *in monte Divi* PETRI *ſitis elucubravit;* *&* (g) *ejus prælo* RHENANI*que ſui amici*

(a) *curæ*

(a) De quo lege Vol. I. *Annal Typog.* pag. 290. & *Melch.* ADAM. in *Vit. German. Philoſoph.* p. 135. & ZELTNER. *Correčt. Typogr.* p. 466.

(b) Lege ZELTNER. in loco modò citato.

(c) Quorum mentio jam facta eſt in Vol. I. *Annal. Typogr.* p. 292.

(d) ERASMI Epiſtolas legenti multa paſſim occurrent inſignium virorum nomina, qui ejus honorificè meminerunt, ſéque ei Litteris voluerunt commendatos.

(e) Lege Epiſtol. ERASM. dat. ann. 1517. pag. 267. & pag. 1537. 1538. RHENANUS ann. 1515. 17. *April.* & 30. *April.* ad ERASMUM ſcribit SENECAM *bellè procedere, & duobus prælis imprimi*: & pag. 1613. Idem ann. 1517. 8. *Jul.* ad eund. FROBENIUS *duobus prælis* CHRYSOSTOMUM *& alteris duobus* Elucidatorium Eccleſiaſticum CLICTOVEI Neoportuenſis *imprimit.* & pag. 1614. *Fabritius* CAPITO ann. 1515. 15. *Jul.* ad ERASM. *Nugamenta noſtra in Hebræam Linguam jam nunc exſcribit unus ex meis, quæ quidem ſecundis abhinc nundinis edere conſtitui, quando hâc æſtate præla* FROBENII CHRYSOSTOMUS *ferme occupat.*

(f) Lege ERASMI *Vitam* Authore RHENANO antea citatam.

(g) RHENAN. ad ERASM. ann. 1515. 17. *April.* (pag. 1537.) —— *Ex* Moriæ *mille & octingentis Exemplaribus, non niſi ſexaginta ſuperſunt. Statim igitur denuo imprimetur, ubi poterunt addi (ſi voles)* Scarabeus SILENI, Gryllus PLUTARCHI, Paraſitica & Muscæ Encomium LUCIANI. *Porrò lucubrationes tuas (hunc enim titulum Libellus in frontiſpicio præfert) è veſtigio* FROBENIUS *excudet, ſimulac intellexerit non eſſe tibi integrum ei Libello quicquam adjicere, demerève.* GULIELMUS NESENUS in Epiſtolâ ad ERASMUM ann. 1516. *Francofordiæ* datâ (pag. 1588.) —— Moria *nondum eſt excuſa, obſtiterunt nebulones milites, qui te decedente in* Lotharingiam *irruperunt, quo minùs chartas* FROBENIUS *recipere potuit bonas; jam tamen ſub incude eſt: negligentiam etiam majore diligentiâ reſarcimus.* Et pag. 1589. Idem ad eund. anno eodem *Baſileâ.* —— *Quod mihi tuæ* (1) Copiæ *Commentarios inſcribendos putâſti, vix dici poteſt, quo gaudio* &c. *daböque operam ſtrenuè ut* Copia *quàm ocyſſimè ſimul & nitidiſſimè* Frobenianis *typis excuſa in lucem exeat.* Moria *tua, quovis Theologo prudentior, jam propemodum eſt abſoluta.* Beatus RHENANUS *eam ſub incude aliquamdiu remoratus eſt cum ſuo* Gryllo *à ſe Latinitate donato, quem adjicere cupit.*

(1) Hanc antea anno 1512. *Joanni* COLETO ejúsque Scholæ *Paulinæ* nuncupaverat.

(a) *curæ commiſit.*

Ade-

*pit.* —— FROBENIUS *rogat te plurimum, ſi quid habeas, quod vel à te caſtigatum, vel de novo compoſitum ſit, ut ſibi mittas; & diligenti operâ, & pecuniis gratiam referet.* ERASMUS in Epiſtolâ ſuâ ad *Gulielmum* NESENUM huic *Copiæ* Editioni 1516. præfixâ ipſi gratias agit, quòd *ſuis illos Commentariolos prælegat. Tuæ* (ait) *erunt partes curare, ut* Frobenianis *formulis majuſculis quàm emendatiſſimè ſimul & nitidiſſimè in publicum rurſus exeant.*

RHENAN. ad ERASM. ex *Baſileâ* 24. *April.* 1517. (pag. 1604. 1605.) — *Inter* FROBENIUM *& me propemodum bellum fuit, dum do operam, ut tuum* Bellum *ſeorſim typis excudatur. Venit in ædes meas anhelus* FROBENIUS, *rogans ac obſecrans, ut pauxillum illi præberem excudendum, ne jam* de Copiâ Commentariis *feriari cogeretur, dum redit ex* Francfordiâ (2) LACHNERUS. *Eſt autem hic mos ejus, tum demum Exemplar venire poſtulatum, cùm jam nihil supereſt, quod operentur Operæ. Protuli* Silenos *tuos, accepit. Veni in Officinam poſterâ luce, Deum immortalem! quàm ibi indigna de ſe & me conquerentem audivi! Videre ſe ex iſtâ ſcilicet Typographorum notâ, qui vernaculas Cantiunculas imprimunt; non ſe curare id genus libellulos; in ipſum me parum amicè conſulere, qui pagellas, non grandia Volumina præberem. Commovit me non mediocriter hâc ſuâ tragœdiâ* FROBENIUS —— *& nunc precibus, nunc minis, nunc blanditiis vix tandem effeci, ut* Bellum *&* Scarabeus *itidem imprimerentur.* —— Commentarii *tui* de Copiâ *ſunt ſatis nitidè excuſi; præfui illis meâ pomeridianâ deambulatione, quâ* Frobenianam *Officinam interdum inviſo.* —— *Edentur ſtatim* Fabricii *noſtri* CAPITONIS in Linguam Hebraicam Inſtitutiones; *vel* Lucianica *tua hic edi, ſcribe iſtis te id cupere.* —— Et pag. 1606. Idem ad eund. 10. *Maii*, eodem anno *Baſileæ.* — *Imprimitur* CHRYSOSTOMUS *minutis illis formulis idque gemino prælo. Præterea* de Homine GALEOTTI Harmienſis *Opuſculum, duobus itidem prælis cuditur.* —— *Expectantur indies magni tuarum lucubrationum faſces; qui ut primùm allati fuerint, omnibus poſthabitis, nihil niſi* Eraſmicum Frobeniana *cudet Officina* —— Paraphraſis Apoſtolicarum Epiſtolarum *tuæ cupidiſſimè exſpectatur; ſed & de componendis Epiſtolis Opus, &* Antibarbaros, *nec non* Copiam *retextam & auctam omnes deſiderant Studioſi.* Et pag. 954. ERASMUS ad *Chriſtophor.* à SCHIIDLOVIETZ *Poloniæ* Cancellarium, cui *Linguam* ſuam dicaverat, ann. 1526. 9. *Sept. Baſileæ* ſcribit hæc —— *Tuis auſpiciis* Lingua *noſtræ fuit felix;* FROBENIUS *feliciſſimè vendidit; quum jam ter excuderit.* Hic ERASMI Libellus unà cum PLUTARCHI Tractatu *de vitioſâ Verecundiâ*, eodem interprete, à FROBENIO anno 1526. bis excuſus prodiit primùm menſe *Februario* characteribus Italicis, paulò poſt menſe *Julio* Romanis.

(a) ERASM. ad RHENAN. 1520. (pag. 552.) *Scis quàm non dextris avibus exierint Epiſtolæ, quas tu primùm edendas curâſti: at quanto pejoribus illa farrago, cujus Editionem partim extorſit amicorum flagitatio, partim ipſa neceſſitas: cùm viderem accinctos, qui quod habebant Epiſtolarum mearum vel invito me eſſent publicaturi. Atque id facturos ſeſe jam palàm Literis ad me ſuis minitabantur. Quod ne fieret, faſciculo ad te miſſo, delectum atque etiam emendandi jus tibi credidi, ſi quid ineſſet, quod vel offecturum famæ meæ videretur, vel exacerbaturum vehementer cujusquam animum. Nec dubito, quin tu ſedulò pro tuâ in nos benevolentiâ ſis amici ſinceri functus officio.* —— *Scripſeram diligenter* FROBENIO *noſtro, ut hoc Operis mei perpetuò premeret, aut ſervaret in aliud tempus, aut certè in reditum meum proferret:* Paraphraſeon *Opus accelararet, quo neminem offendi adhuc comperiſſem. At ille, ut mihi quidem frequenter eſt, lævæ mentis, omnibus ut ſcribunt poſthabitis,* Epiſtolarum *Opus adproperavit, jámque me inſcio ad quadrageſimum primum ſenionem pervenit, neque quicquam remoratur Editionem, præter Præfationem & coronidem. Negat autem ſe diutius*

(2) LACHNERUS forſan illos *Commentarios* Nundinis *Francfordienſibus* venum expoſiturus abierat. De eo antè dictum in Vol. I. *Annal. Typogr.* pag. 292. & poſtea pluſculum dicetur.

(1) Hinc

Aderant Frobenio (præter Rhenanum alióſque primi ordinis) (a) inſpectores, qui Codicum plagulas recens à prælo perlegerent, antequam ad illos poſtremâ curâ recognoſcendæ deferrentur. Inter eos, qui curam præli *Frobeniani* præcipuam gerebant, neutiquam prætereundus eſt *Wolphangus* Lachne-

NE-

*tius preſſurum Opus, etiamſi ipſe fortaſſe graver aliquid addere, citiùs omiſſurus* ἀκέφαλον *ac* μείουρον *Opus, quàm tantam impendii jacturam accepturus. Scilicet mos homini gerendus eſt, & ipſe fortaſſe famæ diſpendium aliquod faciam, ut illius compendio conſulatur. At quando quod volui obtineri non poteſt, tuì, mi* Beate, *candoris erit, advigilare ut* Opus *exeat quàm minimâ mei nominis invidiâ. Non ſatìs memini, quas Epiſtolas miſerim. Atque eâ gratiâ juſſi, ut per juvenem eum, per quem miſi priorem* Novi Teſtamenti *partem, remitteret, quod excuſum eſſet ex* Epiſtolis. *Quod quo conſilio gravatus ſit facere, non queo ſatìs conjectare. Hâc igitur in re, te per amicitiam noſtram obteſtor, eruditiſſime* Beate, *ut quod ego facturus eram ſi licuiſſet, tu facias, verè alter ego: atque omnibus modis ſic agas, ne iſthic* Eraſmus *abſuiſſe videatur. Neque verò te moveat tantulum damni, quod erit in aliquod chartis mutandis ſuſcipiendum. Mihi totum iſtud quicquid erit diſpendii volo imputari.* Frobenium *immunem eſſe jubeo. Ego lucrum eſſe deputo, quoties pecuniæ jacturâ famæ conſulitur. Pecuniolam ill um facilè ſarciemus alicunde. Famæ laboranti non facilè ſuccurritur.* ——— *Habes totam conſilii mei rationem. Nihil ſupereſt, niſi ut primùm te rogem, ut in delectu animum illum verè amicum exeras.* &c. Et Dorpius ad Eraſm. 1518. (pag. 331.) —— Rhenani *inprimis ſedulâ in caſtigandis optimis Auctoribus vigilantiâ omnes ſeſe docti adjutos profitentur.* Nec mirum eſt, Eraſmum Rhenano, in quo ea erat cùm candida amici fides, tum acre Critici judicium, ſuas plerumque lucubrationes edendas commendâſſe, *Epiſtolas* præſertim, in quo ſcribendi genere, plus quàm in alio quoquam, Auctoris fama periclitatur.

(a) Rhenan. ad Eraſm. (pag. 1605.) — Frobeniana *Officina habet Caſtigatorem non indoctum, qui ſe & moneri patiatur, & quod minùs intelligit ex* (1) Fabricio [ſcil. Capitone], Brunone (ſcil. Amerbachio) *aut me non gravatim diſcere loborat.* — Et idem ad eund. 1515. (pag. 1538.) —— *Lucubratiunculas tuas,* Enchiridium *videlicet tuum* Chriſtiani militis, *ut emendes & mittas,* Frobenius *rogat;* Moriæ Gryllum Plutarchi *addemus,* Paraſitica *&* Muſcam Luciani, Scarabeum, *&* Silenos Alcibiadeos. Seneca *duobus prælis excuditur. Vellem Exemplar eſſe caſtigatius, & Recognitorem paulò diligentiorem. Sed nec is ſingula deprehendit errata, nec, ſi nonnunquam deprehendat,* (2) *is ego ſum, qui cuncta reſtituere poſſit, tum quòd eruditio contigit perquam exigua, tum quòd in alieno Libro nimis ingenioſum eſſe, ſtultitia non vacat.* Et Eraſm. ad Lachnerum 1517. (pag. 1656.) ——— *In* Proverbiis *non multum acceſſit ſcripturæ, ſed tamen non parum laboris. Hæc* Frobenius *tametſi vir optimus, mihique chariſſimus, non poteſt perpendere.* ——— *Scripſeram, ne* Frobenius *plura reciperet ab* Jacobo *famulo meo, quàm commodum eſſet excudere; recepit omnia.* ——— *Quicquid adhuc vobis commiſi, non paſſus ſum ab alio quoquam excudi, quantum in me fuit, nec patiar. Proximis Nundinis miſi ſecundum* Theodori Gazæ *Librum à me verſum, &* Apologiam; *opinor tibi reddita. Admonebis tuum Caſtigatorem, ut magis diſcat Græcè, & eruditioribus libenter auſcultet. Non credas, quanta peſtis ſit Librorum ſibi plus ſatis placens Emendator. Jam omnes probant Officinam veſtram: ea fama tuenda eſt. Opuſcula* Mori *nolim à meis* Dialogis *ſeparari, ſed manere conjuncta, ſicut hactenus fuerunt.* Et pag. 1647. Eraſm. ad Rhenan. 1517. ——— *Vereor, ne Caſtigator ſit parum felix aut diligens. Atque id imprimis curandum* Frobenio. *Non poſſum ex ullius*

*Litteris*

(1) Hinc colligo *Fabricium* Capitonem *Brunonis* Amerbachii & Rhenani in Frobenii Officina dirigenda ſocium fuiſſe.

(2) Hæc ſic mirè depravata extare in M. S. adnotavit Editor Epiſtolarum Eraſmi.

NERUS, *Joannis* FROBENII (a) ſocer. Verùm de Libris non idem ſemper erat (b) RHENANI, quod LACHNERI, aut FROBENII judicium; Et à LACHNERO (c) ERASMUS viſus eſt aliquando alienior. Hìc inſerere libet Epiſtolam (d) ERASMI ſubiratam.

ERASMUS LACHNERO & FROBENIO S. D.

„ Mitto primum Librum THEODORI caſtigatum, & ſecundum „ verſum: ſi multos adhuc habes primæ Editionis, adde chartulam, „ in quâ notes errata, & adjunge ſecundum. Mitto, quæ interim „ acceſſerunt *Proverbiis*. Cum *Franciſco* nondum ſum collocutus „ poſt tuas Litteras acceptas; & in tuis Litteris non æſtimas Ex- „ emplaria. Hìc nihil eſt quæſtûs, & ſumtus graviſſimi. Nolim „ vos

*Litteris intelligere, an* FROBENIUS *ſecundum* THEODORI *Librum receperit à me verſum, & primum caſtigatum.*

(a) ERASM. ad WOLPHANG. *Auguſtan.* ann. 1517. (pag. 1625) —— *Age gratias optimæ commatri pro lineis miſſis: &* FROBENIUM *compatrem chariſſimum meis verbis ſaluta diligenter. Cætera ſcripſi* Wolphango LACHNERO *illius ſocero.* De eo lege Vol. I. *Annal. Typograph.* pagin. 292.

(b) RHENAN. ad ERASM. 24. *April.* 1517. (pag. 1605.) —— *Nihil aliud cogitat* LACHNERUS, *quàm* Summas, Gabrieles, Sejeras, Bruliferos. *Hâc æſtate vult in Officinâ* Frobenianâ *ſolennem quandam (ſic enim titulus eſt) edi compilationem cujuſdam* ALVARI, Hiſpani, *Pœnitentarii Pontificii*, de poteſtate Papæ & Cardinalium; *neſcio quid ſit futurum. Edetur &* CHRYSOSTOMUS, *ſed minutis illis formulis, quibus* Hieronymianos *Commentarios impreſſerunt. O rem indignam! exerces hìc quoque ludum tuum, fortuna, quemadmodum in reliquis mortalium rebus; impoſtorum, nebulonum, fucorum Libri feliciſſimè excuduntur, eruditorum neglectiſſimè* &c. &c. Idem ad eund. 10. *Mai.* 1517. (pag. 1606.) —— ALVARI *ſolennis compilatio (ſic videtur) in ſpongiam incubuit.* —— LACHNERUS ſcilicet Pontificiorum, RHENANUS Proteſtantium (quod ZELTNERUS de ipſo notavit pag. 468. *Correct. Typograph.*) partibus magis favebat. RHENANO non conveniebat cum LACHNERO de Librorum materiâ, neque cum FROBENIO de eorum mole, utì ex Epiſtolâ ſuprà allata conſtat. Grandi & eleganti volumine CŒLII RHODIGINI *Lectiones antiquas* anno 1517. *Martii* Die 18. ediderat FROBENIUS. Jam audiendum eſt, quid ſcribat RHENANUS (pag. 1605.) in Epiſtolâ ad ERASMUM eodem anno 24. *April.* —— *Dici non poteſt, quàm ament Volumina prægrandia: proinde facilè potuerunt adduci, ut* CŒLIUM *imprimerent. Commendaverat nondum viſum hìc* CŒLII *Opus* JO. OECOLAMPADIUS; *poſteaquam oblatum fuit, paucis ego multiplicandum Exemplaribus ſuaſi. Illi meo ſuum & ſuorum conſilium antepoſuerunt. Placebat hôc nomine* CŒLIUS, *quia erat ſummarius.* Et idem ad eund. 22. *Martii* 1517. (pag. 1595.) *Excudit hâc hyeme typis ſuis* FROBENIUS *cujuſdam* CŒLII Lectionum antiquarum *Libros* XVI. *in quibus ſi quicquam eſt eruditum, id Auctoribus, è quibus ſublegit, acceptum referri debet: nam ipſe planè eſt judicii infelicis, & quod ad ſtylum attinet, neque maturus, neque multum ſanus: oſtendunt hoc ejus infantiſſimæ Præfationes: nihil enim aliud ex eo deguſtavi. Vidiſti tu hominem* Patavii: *nam illic diu privatim docuit, ſed obſcuri tum nominis.*

(c) ERASM. ad ÆGID. 1518. (pag. 382.) —— *Si commodum eſt, accerſe ad te* Franciſcum; *& vide, utrùm velit facere, quod ſcribit* LACHNERUS, *annon. ſed verbis benignis, ut mihi, ſi nolit, aliâ viâ perſpiciam: non enim ſinam, ut impune me luſerint.*

(d) ERASM. Epiſt. pag. 1655.

(a) Hujus

„ vos onerare, ſed tamen *manus manum fricet* oportet. FROBE-
„ NIUS, ubi videt Exemplar paratum, non ſatìs perpendit ope-
„ ram, ut qui tantum inſpicit, quantum ſit paginarum deſcriptum.
„ Ego tuæ civilitati per omnia fido, quam hactenus ſum expertus.
„ Jam ſcripſeram, HERMOGENIS *Rhetoricam* è *Francofordiâ* per
„ te miſſam, mihi fuiſſe redditam. Vidi Opera GREGORII NA-
„ ZIANZENI Græcè impreſſa, opinor, ab ALDO, non illa Poe-
„ mata, ſed oratione ſolutâ in formâ *Enchiridii*. Fac ut his Nundi-
„ nis ad me veniant; item STRABO Græcus, item ARISTIDES
„ Græcus, item *Vitæ* PLUTARCHI Græcæ, item Biblia tota
„ Græca, impreſſa ab ALDO, ſive ejus ſocero ASULANO: item
„ Libellus GUOLPHANGI FABRI *de Annotationibus Hebræorum*.
„ Æſtima Libros emtos, & æſtima Exemplaria, quæ miſimus; &
„ quod ad te redibit, ſi quid redire voles, dabitur *Franciſco*: nam
„ juxta priſcam formulam, inter bonos bene agier oporteret. Vale.
„ *Lovanio*. Anno 1517.

Priorem illam primi *Gramm.* GAZ. Libri Editionem, quæ (a) anno 1516. prodierat, clauſit RHENANUS hâc Epiſtolâ ad FROBENIUM datâ.

BEATUS RHENANUS JOANNI FROBENIO
*Compatri ſuo* S. D.

„ Rogas, ut, quamprimum THEODORI Librum Græcanicis
„ typis impreſſurus es, non te celem, ſi quid in hôc poſt primam
„ illam Editionem à doctis ſit adnotatum. Non enim ignoras,
„ quàm infeliciter, Exemplaris vitio forſan, THEODORI quatuor
„ *Grammaticæ Inſtitutionis* Libros ALDUS evulgârit. Porrò reli-
„ quis quidem in Libris crebriùs, in hôc primo minùs aberratum
„ eſt, quòd illìc res difficilior ornatioribus etiam verbis tractetur,
„ hìc verò prima Grammatices rudimenta ſuâpte luce facilè cogno-
„ bilia. Quanquam ubique THEODORUS ARISTOTELEM fe-
„ liciſſimè, quod ad ſtilum attinet, imitatur, brevis, acutus, &
merè

(a) Hujus Editionis meminit RHENANUS in Epiſtolâ ad ERASMUM, ex *Baſileâ* 24. *April.* 1517. datâ (pag. 1604.) —— *Non eſt, cur ægre feras editum hic* THEODORI *primum* [Librum]: *adtulerat id Libelli quidam Impreſſor* Lovanio *veniens, ut venderet, & niſi donato Novo Inſtrumento ſibi comparâſſet* FROBENIUS, *ab alio quopiam fuiſſet excuſus, nam ambiebant multi. Mitte tu, ſi quid præterea* THEODORICUM *habes, quod ſit verſum; imprimetur id quamprimum.* LACHERI *mentem* NESENUS *tibi ſcriptis ex* Francofordiâ *Litteris expoſuit. Quicquid miſeris ſive tuum, ſive alienum, elucubratum, caſtigatum, verſum, ſuſcipient iſti, gratiſſimósque ſe demonſtrabunt.*

„ merè *Atticus.* Sunt autem errata levicula quidem, & de quibus „ iſtos monere, qui THEODORUM pueris Græcè prælegent, ju- „ verit ſanè quàm puſillum, at nihil obfuerit. —— Hæc, ut tibi „ morem gererem, mi FROBENI, Codice meo curſim evoluto, „ obiter enotavi. Neque enim per occupationes, quibus nunc „ diſtringor, curioſiùs inſpicere licuit. Tuum fuerit de his Studio- „ ſos commonere. Bene vale, & rem litterariam optimis Autori- „ bus emendatiſſimè procudendis, ita ut cœpiſti, juvare perge. „ *Baſileæ*, ex ædibus noſtris. Sexto Calendas *Novembris.* AN. „ M. D. XVI.

Huic Operi attexuit RHENANUS Græco-Latinum *Colloquii Quotidiani* Libellum, in cujus initio ad LUCAM EDENBERGIUM *Auguſtanum* ſic præfatur.

„ Proximis ſuperioribus diebus, cùm huc è *Seleſtadio* revolâſſem, „ THEODORI *Grammaticæ Inſtitutionis* primum librum, ante men- „ ſeis aliquot, pauculis horis ferme totum à me verſum, commo- „ dùm in manus receperam, ut illi *Colophonem*, juxta Prover- „ bium, *adderem*, cùm ex amicis quiſpiam bonarum ſtudiis litera- „ rum impenſè favens, me reducem è patriâ ſalutaturus, in Biblio- „ thecam meam penetravit, & poſt dictam ſalutem, ac habitos de „ rebus noſtris ultro citróque ſermones, quid iſtuc Libri eſt, in- „ quit, (nam pagellas illas in manibus caſtigaturiens tenebam) Græci „ cujuſpiam, ni fallor? Rectè divinâſti, inquam. THEODORI „ illius eſt, unici ſuo ſæculo *Græcorum* decoris. Rem actam, inquit „ ille, mihi videris agere, ſiquidem THEODORI primum vertis. „ Quî iſthuc inquam? Quandoquidem, inquit, ERASMUS ille „ tuus idem Libri transtulit, & ſimul è ſinu Codicem expromit. „ Ego, mi LUCA, quàm fuerim ibi gaviſus, non facilè dixero. „ Statímque meæ tralatiunculæ ſpongiam obducens, libellum planè „ muſteum adhuc, & ab ipſis (quod aiunt) follibus ad nos profec- „ tum, aperio, lego, ERASMUM video. Nusquam enim non „ ſui ſimilis ERASMUS, hoc eſt, ubique doctus, diligens, acu- „ tus. Et qui in maximis ubique primas tenet, in minimis certè „ poſterioreis non tulerit. Porrò cùm JOANNES FROBENIUS „ *Lovanienſe* Exemplar ſuis typis eſſet imitaturus, hoc familiaris „ colloquii συγγραμμάτιον adjiciundum putavi, &c.

Quoniam autem paulò antè *Franciſci* cujusdam injecta eſt men- tio, non abs re videtur, quis is fuerit, aperire. Erat FRANCISCUS BIRCKMAN Bibliopola *Antuerpienſis*, per quem inter ERASMUM & FROBENIUM aliquando tranſigebantur rationes quædam pecuniariæ; utì ex ſubjecto (a) chirographo liquebit.

„ ERAS-

(a) ERASM. Epiſtol. pag. 822.

„ Erasmus *Roterodamus* hôc chirographo teſtor *Franciſcum*
„ Birckmannum Bibliopolam mihi debere tredecim florenos,
„ quos detraxit mihi in ratione cum Frobenio, pro Libris,
„ quos tradidiſſet *Guidoni* Morillono, quum charta non ſit
„ tradita; item Tertullianos ſeptem, aut illorum precium,
„ quos acceptos à Frobenio mihi non reddidit. Hæc ipſe apud
„ me confeſſus eſt, nec potuit negare, convincendus teſtimonio u-
„ triusque Frobenii, & Literarum Morilloni, quas illi
„ exhibui, & Exemplar miſi Nicolao *Buſciducenſi*. Hujus de-
„ biti jus transfero in *Joannem* Campensem Profeſſorem Lin-
„ guæ Hebraicæ *Lovanii*. In ejus rei pleniorem fidem hæc meâ
„ manu ſcripſi, & annuli ſignum impreſſi. *Baſileâ* 4. *Octob*. An-
„ no 1524.

Sed de hoc *Franciſco* plura dicendi erit locus. Redeo ad Lachnerum qui (a) anno 1518. peſte obiit. Hôc audito, Erasmus (b) cogitur *ob Novum Teſtamentum excudendum aliáque nonnulla, aut* Baſileam *adire*, *aut*, *quod magìs opinor futurum*, Venetias; *nam à* Baſileâ *partim deterret peſtis*, *partim* Lachneri *mors*, *cujus impendiis res potiſſimùm agebatur*. Poſt Lachneri obitum has Erasmus Frobenio (c) Epiſtolas miſit.

Erasmus Frobenio *Compatri ſuo chariſſimo*. S. D.

„ Etiam atque etiam te rogo, mi Frobeni, ut ſortem om-
„ nium hominum communem pro tuâ prudentiâ forti infractóque
„ feras animo: præſertim cùm noſtro luctu fata flecti non poſſint.
„ Ego, quid tuis commodis addere poſſim, non video: illud polli-
„ ceor, quicquid à ſincero amico poteſt amico præſtari, me dili-
„ gentiùs præſtaturum, quàm cuiquam antehac fecerim. In pretio
„ Exemplarium multo civilior fuiſſem, ni putâſſem eam pecuniam
„ à Lachnero dari, tibi non obeſſe. Jam pridem à *Franciſco*
„ receperam quatuordecim florenos aureos pro iis, quæ in *Jacobum*
„ impenderam, ídque juſſu Lachneri. Ac deinde ejusdem
„ juſſu triginta florenos aureos: quicquid Librorum ab illo accepi,
„ meâ

(a) Erasm. Epiſtol. pag. 171. Erasmus Moro *ſuo S. D.* —— *Excuſant ſe* Baſilienſes *de tuâ* Utopiâ *dilatâ*, *ob elegantem Præfationem*, *quam addidit* Budæus; *eam jam receperunt*, & *Opus aggreſſi ſunt*. Lachnerus *tum*, Frobenii *ſocer*, *diem obiit*. *At nihilo ſecius* Frobeniana *Officina noſtris ſtudiis ſudabit*. —— *Vidi tandem* Utopiam Pariſiis *excuſam*, *ſed mendoſe*, *ea jam* Baſileæ *ſub prælo eſt*: *nam denuntiàram inimicitias*, *ni diligentiores eſſent in eo negotio quàm in meis*. *Bene vale*, *amicorum ſinceriſſime*. Lovanio 5. Martii, *Anno* 1518.

(b) Lege Epiſtol. Erasmi ad Coletum ann. 1518. pag. 1690.

(c) Erasm. Epiſtol. pag. 1674. 1692.



(a) De

„ meâ reſolvi pecuniâ. Viſam te hâc æſtate, ſi licebit per latroci-
„ nia. Miſi tibi *Enchiridion*: id ſi tibi non eſt uſui, mitte (a) SCHU-
„ RERIO; eſt enim candidus amicus; ſi tibi eſt commodo, utere.
„ Secundum THEODORI Librum nuper excudit THEODORI-
„ CUS, cùm planè crederem, tibi non eſſe redditum, quòd in tot
„ ad me Litteris nulla ejus fieret mentio. Bene vale, chariſſime
„ FROBENI, atque illud tibi perſuade, ERASMUM, quoad vi-
„ vet, tibi verum compatrem futurum. *Lovanio* 12. *Martii*, An-
„ no 1518.

ERASMUS JO. FROBENIO *ſuo* S. D.

„ Mitto per hunc MENARDUM *Hornenſem* reliquum Textum
„ omnem Novi Teſtamenti: mitto & Argumenta ſingulis Epiſtolis
„ præponenda, brevì reliqua miſſurus. Tu cura, ut Opus feliciter
„ exeat. Facito me certiorem, ſi quid reſponſi fuerit allatum è
„ *Româ* de his, quæ per PUCCIUM ſcripſeramus. Litteras tuas ac-
„ cepi. De Libris ſilentium eſt apud *Franciscum*, cujus arbitrio
„ malè commiſiſti æſtimationem; & paucos *Græcos* emiſti. Opi-
„ nor, te indicem eorum, quos emi juſſeram, perdidiſſe. Syn-
„ grapham, quam ARNOLDO reddi juſſeram, remittas, oblitus,
„ opinor, quid mandâſſem; ſic præſtas amicum & compatrem? Si
„ quid velis fieri de Lexico, cura tranſcribi, quæ ſunt addita per
„ CONONEM, opinor, in Lexico veteris *Brunonis*. Deinde mit-
„ tito Lexicum ſcriptum vocum rhetoricarum, item Lexicum ex
„ (b) Impreſſione *Ferrarienſi* MAZOCHII, quod hìc nusquam re-
„ peritur. Adnitemur pro noſtrâ virili in rem tuam. Tu vide, ut
„ pro tuâ quoque portione connitaris. Fama tibi parta eſt, ea po-
„ terit tibi magno emolumento eſſe, ſi curam de tuo adhibueris:
„ ſed mihi non placet domi tuæ regnum iſtud muliebre. Quid
„ MOTHONI cum remo? De *Pariſienſibus* nihil eſt periculi, ſi tu
„ ſis homo. Accipe rem lætam, & para Evangelion: CAVILLOTUS
„ tuus diſſolutus *Brugis* eſt *Minorita*, ingens Eccleſiæ lumen. Scribe
„ ad hunc, ſi quid eſt, quod velis. Vale. *Lovanio*, Anno 1518.

Eodem hôc anno 1518. menſ. *Januar.* FROBENIUS ÆSOPI *Fabellas* cum aliis quibusdam Græcè & Latinè impreſſit, in cujus Libelli Præfatione de (c) Typographis ſibi æmulis, ſuóque ipſorum quæſtui nimiùm ſtudentibus graviſſimè conqueritur. ERASMUS hôc circiter tempore cum FROBENIO de ſuis in Nov. Teſtam. *Anno-*

(a) De eo, uti & de *Theodorico* MARTINO poſtea dicetur.
(b) Edit. Ann. 1510.
(c) Lege Vol. I. *Annal. Typograph.* pag. 43.

(a) pag.

*Annotationibus* paciſcitur ; utì ex ſubjectâ conſtat (a) Epiſtolâ ; in quâ occurrit aſperior calami *Eraſmiani* in FROBENIUM curâ AMERBACHIIS laudatis collatum nota.

ERASMUS TONSTALLO *ſuo* S. D.

„ —— Serò mihi redditæ ſunt LATIMERI *Annotationes*, alio-
„ qui mihi longè gratiſſimæ, meis *Annotationibus* jam abſolutis, &
„ aliquantâ MARCI parte. Utinam idem feciſſet in Epiſtolas
„ Apoſtolorum. —— Hodie noſtro ſumptu miſimus quendam *Ba-*
„ *ſileam* cum reliquo Exemplari, & Argumentis noſtris in Epiſto-
„ las Apoſtolicas, quas ex tuo conſilio adjecimus, miſſuri mox
„ Præfationes & coronides. Opus excedit centenos terniones, cùm
„ ſingulæ paginæ, ob chartarum magnitudinem, decem verſibus a-
„ bundent præ ſuperiori Editione : juſſeram unum excudi membra-
„ nis; ille tria excudit; unum quamprimum ad te veniet : nam to-
„ tum abſolvetur ante *Januarium*. Volenti mecum paciſci FRO-
„ BENIO reſpondi, ut eam pecuniam, quam mihi dare deſtinâſſet,
„ in Operis curam inſumeret. AMERBACHIOS, hujus Artis pe-
„ ritiſſimos, inſtantiſſimis precibus devici, ut adeſſent in caſtigan-
„ do : nam in *Jacobo* famulo, quem in hoc *Baſileam* adduxeram,
„ ſenſi non multum fore præſidii; & FROBENIO nihil fingi po-
„ teſt ſtupidius. A menſariis per tuam ſyngrapham recepi ſexagin-
„ ta Francos *Lovanium* reverſus. Hôc labore extricatus, *Paraphra-*
„ *ſes* abſolvam, ſi CHRISTUS Opt. Max. aſpiraverit. ——
„ —— Prodiit SUETONIUS non ſine majeſtate, item Q. CUR-
„ TIUS : *Inſtitutio Principis* rurſus excuſa : præterea *Enchiridion*,
„ adjectis aliis nonnullis; Auctarium Epiſtolarum, quas *Beatus* ex-
„ cerpſit. *Apologia* denuo eſt evulgata, non ſinè acceſſione, quam
„ ad te mitto. Bene vale, doctiſſime TONSTALLE, & tuo
„ ERASMO, ut ſoles, fave. *Lovanio* 22. *Octobris*, Anno 1518.

LACHNERO Officinæ *Frobenianæ* (b) principe defuncto, *Lambertus* (c) HOLLONIUS FROBENIO operam ſuam locavit.

*Bea-*

(a) Pag. 1683.

(b) Lege Epiſtol. ERASM. pag. 307.

(c) ERASM. Epiſtol. pag. 1688.

*Litterarum ac litteratorum omnium decori,* D. ERASMO Rot. *Præceptori ſuo longè chariſſimo*, LAMBERTUS HOLLONIUS *S. D.* —— *Locavimus operam noſtram* FROBENIO *Typographo*, *qui* RHENANI *inſtantiâ, ut loquuntur vulgò, lubens eam conduxit.* Jacobus *tuus novatum Teſtamentum curat : perductum eſt usque ad* Paulinas *Epiſtolas, quæ nunc excuduntur.* MORI Utopia *ad umbilicum vergit.* &c.

Erat quidam HOLONIUS (non tamen, utì arbitror, idem, ac hic *Lambertus* HOL-
LO-

*Beatus* RHENANUS in *Frobenianâ* Officinâ non ſolùm aliorum, ERASMI imprimis, Opera curabat, ſed & ſua quoque impreſſa vulgabat. (a) Anno 1520. duos VELLEII PATERCULI Libros primus ab interitu vendicavit, proximo TERTULLIANI Opera; Illi Hiſtoriæ profanæ, hæc ſacrarum Literarum ſtudiis maximam faciebant acceſſionem. PATERCULO *Jo. Albertus* BURERIUS adjecit recentis Codicis cum vetuſto, quam à *Jo.* FROBENIO repetiverat, collationem. TERTULLIANUM Indice locupletavit *Conradus* PELLICANUS *Minorita*, quem correctorio munere multùm profuiſſe *Baſileenſibus* Typographis (b) antea obſervatum eſt.

Quan-

LONIUS,) de cujus malâ fide (1) ERASMUS graviſſimè queſtus eſt.

ERASMUS *amicis Lectoribus S. D.* —— *Atqui non omnia in hoc ſcribuntur, ut evulgentur. Luſimus quædam adolescentes, ſtyli exercendi gratiâ: quædam aliis dictavimus ſic inambulantes, nihil minus cogitantes quàm de evulgando: nonnulla ſcripſimus diſcipulis tardis. Hujus generis erant* Colloquia, *quæ* HOLONIUS *quidam, haud ſcio unde nactus, (nam apud me nullum unquam fuit Exemplar) carè vendidit* Joanni FROBENIO *ſimulans alios eſſe Typographos, qui empta cuperent. Hæc emendi orexis. Ejusdem ſunt* Paraphraſes Elegantiarum, *quæ ſummâ cum admiratione meâ prodierunt, inepto Titulo, quum ego nullum titulum addideſſem, & ſingulis ad ordinem literarum digeſtis, quæ res totum turbavit ordinem: poſtremò, multis admixtis, non minùs ineptis quàm indoctis, quæ ego nec puer ſuſtinuiſſem dictare puero. Nuper vidi Libellum* de componendis Epiſtolis, Lugduni *excuſum, hôc Titulo,* ERASMUS PETRO PALUDANO S. D. *Atqui ego neminem novi mortalem hujus nominis. Lecto Libello deprehendi ſcurrile furtum. Olim cuidam* Anglo *diſcipulo intrà biduum ſcripſi Librum* de componendis Epiſtolis, *planè craſſâ Minervâ craſſo. Ex hoc ille quædam decerpſit, & ſua quædam admiſcuit. Adjecit prolixam Epiſtolam, in quâ nullum eſt verbum meum, inſigniter inſulſam, nec quicquam facientem ad præſens argumentum. Si ſuo nomine edidiſſet Opus incontaminatum, multò erat tolerabilius: verùm, ex meo nomine quæſivit lucrum.* —— Baſileâ 20. Februar. 1536. Et ERASM. ad BERALD. in Epiſtolâ ſuo de Epiſtolis conſcribendis Operi præfixâ datâ 1522. —— *Poſteaquam* HOLONIUS *ille deſierat eſſe apud ſuperos, eruditiſſimè* BERALDE, *non putabam mihi quenquam alium metuendum, qui nænias, quas juvenis vel exercendi Styli gratiâ, vel obſequundans amicorùm affectibus ſcripſiſſem, in vulgus ederet, in quidvis potiùs, quàm in hoc natas. Et ecce derepente apud* Britannos *exortus eſt alter* HOLONIUS, *qui Librum* de componendis Epiſtolis *excudit, quem annis abhinc ferme triginta* Lutetiæ *ſcripſere cœperam cuidam amico parum ſincero, cui ſimili munere gratificari volebam: videlicet ut haberent* ſimiles labra lactucas. *Lectioni ſimul & compoſitioni non plus temporis tributum eſt, quàm dies viginti. Atque adeò non erat tum animus hoc Opus abſolvere, ut Archetypum illi tradiderim auferendum (nam adornabat longinquam profectionem) nullo antigrapho apud me ſervato. &c.*

Occurrunt ſæpiſſime litteraria hujus modi furta, quæ imperfecta & lacera ſub virorum doctorum nominibus obtruſa eorum famæ injuriam haud levem inferunt.

(a) RHENANUS in Epiſtolâ ad Lectorem VELL. PATERCULO ſuffixâ —— *Nugatores adeò me non deterruerunt à propoſito veteribus, quâ licet, ſuccurrendi, ut nunc non ſolùm* WELLEIUM *ediderim ſemilacerum, ſed &* TERTULLIANI *libros vetuſtiſſimi inter Chriſtianos Scriptoris, mendoſi tamen, meâ curâ è tenebris erutos, apud* FROBENIUM *excudendos curem, in uſum videlicet rei Theologicæ, & ad vetuſtatem illuminandam, quantum ad rem Chriſtianam attinet.*

(b) Vol. I. *Annal. Typogr.* pag. 291.

(a) JOAN-

(1) Epiſtol. Pag. 1517.

Quantum præterea in primâ veterum Latinorum Rhetorum Editione ann. 1521. Frobenio Rhenanus profuerit, ex illius (a) Epiſtolâ eis præfixâ diſcimus. Anno 1526. Rhenanus Scholia edidit in Plinianam *Hiſtoriam* quibus (b) *adjuvatur diligentiſſima* Frobenianæ *Officinæ Editio* (quæ anno præcedente exierat) *quam ubique ſequitur*, *cum quâ collationem quoque fieri vult à Lectoribus.*

Erasmus Frobenio ſuas non ſolùm tradebat, ſed multorum etiam, quorum amicitias coluit, virorum, (c) *Ludovici* Vivis,

(a) Joannes Frobenius *Lectori S. Cùm more noſtro fiat, optime Lector, ut commune magis quàm privatum in promovendis bonis ſtudiis commodum ſpectemus, vel hòc argumento, quòd nullâ rerum difficultate, nullâ laborum moleſtiâ, nullo denique ſumptu, quæ res non paucos noſtræ tempeſtatis Typographos ſolet avertere, ab inſtituto deterrear, viſum eſt hâc quoque in parte tui rationem habere, ne quis uſquam à nobis ceſſatum fuiſſe calumniari poſſit. Idque eâ in parte eruditionis, quæ eruditionis univerſæ facilè ſit* ſacra, *ut vocant*, anchora. *Ea eſt Rhetorica*, —— *Nacti igitur nuper Exemplar quoddam, vetuſtum quidem illud, ſed depravatum adeò, ut nemo à tam prodigioſis mendis, ut de induſtriâ potuerint inculcatæ videri, ſatìs ex dignitate potuerit vendicare Ne quam tamen juvandi occaſionem ſubterfugiſſe videremur, Rhetores aliquot Latinos typis cudendos deſumpſimus, ut Studioſo ſaltem meliora quærendi anſam præberemus. Quod ſi quid hinc capies commodi, Lector, totum velim illud Dn.* Beato Rhenano *acceptum feras. Qui hunc Codicem ex* Spirenſi *Bibliothecâ obliteratum alioqui, velut ab inferis in vitam reduxit. Tuum erit, candide Lector, quicquid eſt noſtræ induſtriæ, boni conſulere. Nos tibi, quod potuimus, conatu non defuimus: nec cœpti admodum nos pœnitet, ſi quicquam ex noſtro labore emolumenti ad te redierit: quod futurum haud dubiè confido.*

(b) Lege Rhenani *Præfat. in Schol.* Plin.

(c) Epiſtol. Erasm. pag. 705. 707. Vives Erasmo. —— *Agebam de conducendo aliquo, quum commodè me* Franciſcus *Bibliopola ſubmonuit, miſſurum ſe quamprimum iſtuc ad te neſcio quos Libros: ſi quid vellem perferri, adjuncturum ſe reliquæ ſarcinæ; itaque juſſum eſt illi committere ſeptem Libros recognitos jam à me: incipiat excudere* Frobenius, *ſi ſic tibi videtur, decem alios uſque ad decimum quintum mittam haud dubiè ante Quadrageſimam. Reliquum per* Franciſcum *ipſum, quum ibit ad Mercatum* Francfordienſem. *Ex iſtis ſeptem poteris cognoſcere, ſi quid modò vacat legere alienum, quam rationem Commentariorum ſum ſecutus; etiam ſi reliqui, præter octavum, nonum, decimum, & decimum octavum, minus habent & operis & operæ; quoniam non ita ſunt varii, & magna pars eorum, quæ in illis tractat, paſſim eſt cuivis obvia. Cura, rogo te, ut excudantur aliquot centena Exemplarium iſtius Operis à reliquo* Augustini *corpore ſeparata: nam multi erunt ſtudioſi homines, qui* Augustinum *totum emere vel nolent, vel non poterunt, quia non egebunt, ſeu quia tantum pecuniæ non habebunt. Scis enim ferè à deditis ſtudiis iſtis elegantioribus præter hoc* Augustini *Opus nullum ferè aliud legi ejuſdem Auctoris. Vale iterum atque iterum, mi optime Præceptor.* Lovanio 19. Januarii, *Anno à* Christo *nato* 1522. —— —— Et pag. 720. Vives Erasmo. *Abſolvi tandem* XXII. *Libros* de Civitate Dei. —— *De pecuniâ rem totam tui &* Frobenii *arbitrii facio; tu ipſe ſcis, ut non ſim ejus avidus, & mihi vivendum eſt iniquiſſimis temporibus, & in regione ubi ſumptus magni, & quæſtus nulli, duntaxat ingenio liberaliore digni; ſi quid miſerit, curet per certum aliquem, & ſinè dilatione reddendum.* —— *Salvebunt à nobis iſtic tui & eo nomine noſtri quoque, ac inprimis* Frobenius *cum totâ familiâ. Vale.* Lovanio 14. Julii, *Anno* 1522. —— Et

pag.

pag. 709. VIVES ERASMO —— De Civitate AUGUSTINI gaudeo ſeorſim edi, & habeo tibi ingentem gratiam, qui hoc curâris: ſed velim etiam, & cum reliquis AUGUSTINI Operibus excudatur, ne deſit hoc membrum corpori ſuo; quod credo FROBENIUM facturum, ut & ſeparatim aliquot, & conjunctim aliquot imprimat. —— Brugis 1. April. 1522. —— Et pag. 767. VIVES ERASMO. De ratione ne fallatur FROBENIUS, res ſic habet: Franciscus dederat, antequam Liber exiret, XX. aureos florenos, ſub finem Januarii dedit ſex; hanc ſummam ipſe accepi, tum & tres Libros: aiebat juſſum eſſe à FROBENIO dare mihi XXXII. florenos aureos, ſed ex his detraxiſſe octo, qui debebantur tibi. Quæ ille de me ac meo nomine ad vos ſcripſit, nihil me moverunt: nemo magis eſt, ſi qua eſt fides, imperitiæ meæ conſcius meipſo, nec minùs diſſimulator; idcirco leviter angor gloriam non contingere, cùm non meruiſſe ſciam. —— Nemini faceſſam negotium ex iſtis, qui nomina noſtra quæſtibus ſuis metiuntur & cenſent. Et hæc quidem ut maximè verum Franciscus ſcripſerit. Nam an ita ſit, tempus, ut ſpero, declarabit, & poteſt FROBENIUS ab HILARIO ſciscitari: De AUGUSTINO ſcio illum vendidiſſe plurima Exemplaria, & ipſe novi, qui emerint: quis verò de Londino audet tam impudenter mentiri? Ubi ipſe faſſus mihi eſt ſe paucis diebus ſupra triginta AUGUSTINI Exemplaria diſtraxiſſe; certè LUPSETUS negabat ſe in Angliâ vidiſſe AUGUSTINUM ullum meum venalem: in eâdem Angliâ ſupra quadraginta mea Somnia affirmavit mihi vendidiſſe ſe. Forſan non vendibile putat nomen, quod confert cum tuo aut BUDÆI. Quid? nusquamne eſt alius, quem ſocium ſibi FROBENIUS adjungat? O miſeram ingeniorum gloriam, ſi aliter conſtatura non eſt, niſi ejusmodi nebulonibus libuerit! —— Vellem ſcripſiſſes, an ſit FROBENIUS illa Opuscula impreſſurus; alioqui ſignifica per primas Literas; mittemus aliò. Neque verò tam me immodicè ipſe amo, ut cum damno FROBENII velim ex ejus Officinâ prodire quicquam meum: non eſt ſic ille de me meritus; itaque ne putet me ſibi iratum fore, ſi mea non ediderit; faciat, quod maximè in rem ſuam eſſe credet. —— Quum hæc deſcripſiſſem, factus Literis amicorum certior, Opuscula mea non eſſe à FROBENIO excuſa, & N. dicere te auctore rejectum à FROBENIO Librum, quâ de re ſcripturum te mihi per famulum, quem paucis diebus huc mittes; & quanquam non magni tuâ refert, quid ipſe de hôc facto credam: tamen, ſi qua eſt mihi apud te fides, velim exiſtimes me illud non credere, non & ſi quis dixiſſet ſpectatiſſimæ fidei, quanto minùs à N. profectum: tantum adjeci, ut ſcires N. nondum mutâſſe mores. Si dicam me non aliquantum doluiſſe, mentiar; ſed minùs forſan quàm alii ejusmodi rebus ſoleant. Ex tuis Literis aliqua erat ſpes; nam ſcribebas FROBENIUM libentiùs mea impreſſurum, ſi N. acciperet ſocietatem, quaſi ſubſignificares impreſſurum: nunc intelligo, nec me, nec mea eſſe tanti, ut in tantâ Librorum varietate locus ſit tam exiguo Libro ullus, niſi ad primam præconis vocem venditur: & ſi illum vendibiliorem feciſſet FROBENII Officina, ut Somnium fecit. —— BEATUM ſaluta mihi & FROBENIUM. Brugis 10. Maii. 1523. Et pag. 841. 842. ERASMUS Rot. LUDOVICO VIVI S. D. —— De N. ſcripſi, non quantum ille meretur, omnibus Eurybatis ac Phrynondis ſceleratior, ſed quantum meæ modeſtiæ tuæque prudentiæ ſatìs eſſe judicavi. Hic ſedulò diſſuadet FROBENIO, ne quid tuorum excudat. Et FROBENIUS, duntaxat hâc in re, absque illius præſidio nihil poteſt. Nam apud Germanos vix quicquam vendibile eſt præter Lutherana ac Anti-Lutherana. Mea tamen adhuc ſatìs favorabilia ſunt, vel hôc argumento, quod FROBENIUS tam multos habet æmulos magno ſuo dispendio. CÆSARIS Edictum, quod deterret æmulos, hujus non faciunt ipſi, qui nobis dant CÆSAREM: imo vendunt CÆSARIS nomen. Ego jam pridem geſtio quopiam ab his figulis demigrare. FROBENIUS mihi ſeriò queſtus eſt, ſe ne unum quidem Opus De Civitate Dei vendere Francfordiæ; idque eo vultu dixit, ut planè credam hominem nihil fingere. Vides etiam in Muſarum rebus regnare fortunam. Ego illìc nihil non ſuspicio, niſi quòd brevitas, quam tibi olim commendavi, reddidiſſet Librum vendibiliorem. Atque hoc negotium FROBENIUS ſuscepit à me non perſuaſus, ſed compulſus. Et res eſt non exigui ſumptûs. Miſeret me boni viri, nimiùmque ſinceri, cui pſeudocheus ille miris technis imponit. Si Civitatem illam vel prælegendo, vel aliâ quapiam

ratione

VIVIS, (a) POLYDORI VERGILII, (b) CUTHBERTI TONSTALLI,

*ratione poſſes vendibiliorem reddere, ſublevares hominem. Ego nullam video viam, niſi ut totus* AUGUSTINUS *emendatus prodeat. In hôc velim te adjutare, ſuſceptâ aliquâ portione laboris. Nos tametſi jam laſſi, non defuturi ſumus officio noſtro. Ex animo, mi* VIVES, *gaudeo tibi* Britanniam *eſſe proſperam, quod ut tibi proprium ac perpetuum ſit precor. Bene vale.* Baſileâ 27. Decembris, *Anno* 1524. Et pagin. 912. VIVES ERASMO. *De* Francisco *nimis multa: non eſt ille tanti. A* FROBENIO *iniquum eſſet poſtulare, quod foret ei damnoſum. Mea Opera non diſtrahi, mirandum non eſt; quippe non ſolùm carent ingenio, ſed etiam ingenio, & peritiâ, & nomine, denique iis rebus omnibus, quibus commendari Libri ſolent; quæremus alium, cui minùs doleamus nos impoſuiſſe, quàm* FROBENIO, *excudendis monumentis tuis præclarè de literis merito.* Brugis 14. Febr. 1526. Et pag. 1646. ERASMUS RHENANO. ——— *ne mihi cum* Francisco *multum ſit negotii, qui linguâ multas habet pecunias mihi paratas &c. Libros optimos ſemper advehendo, ne à nobis advehendi curentur.* ——— *anno* 1517. Et pag. 899. 900. VIVES ERASMO. (1) Franciscus BERCKMANNUS *rogârat me, ut Libellos meos recognoſcerem, quos cuperet apud* FROBENIUM *imprimi: nunc ſcriptum eſt mihi, eum neſcio quid cauſificari,* FROBENIO *non vacare. Miſeret me tui, cui toties fuerit cum ejusmodi homine negotium.* καθ᾽ ὃ εἴμαι ἔγραφας (2) *mendacium in* Colloquiis: *quærendus mihi erit alius, ne toties cogar huic homini ſuccenſere ab eo falſus. Si* FROBENIUS *vult recipere mea imprimenda, libens ad eum mittam, modò ne admiſceat ſe* Franciscus *negotio: Sin ſecus invenies alium.* ——— Londino 13. Novemb. 1525. Et quoniam hìc in malæ fidei exemplum incidi, aliud ejusdem addere non pigebit in SENECÆ Operibus antea à FROBENIO anno 1515. excuſis, & à (3) RHENANO NESENÓque recognitis admiſſum. Sic ERASMUS (pag. 901.) in Epiſtolâ ad *Robertum* ALDRISIUM *Anglum, Baſileæ* 25. *Decemb.* 1525. datâ ſcribit. *Si memor es noſtræ priſtinæ conſuetudinis, & ſi mores antiquos obtines, unum officium mihi præſtes velim, quod absque tuo ſumtu præſtare poteris. In Collegio Regali ſunt Opera* SENECÆ *deſcripta in membranis. Ex his multa ſubnotâram in Codice meo. Editionem commendâram* Germano *cuidam, quem habebam pro amico fidiſſimo; is abſente me peſſimâ fide ſe geſſit in excudendo Opere. Et ne deprehenderetur, optimam Exemplaris partem ſuſtulit. Hoc dedecus mihi ſarciendum eſt. Quare te rogo, chariſſime* ALDRISI, *ſume Volumen Operum* SENECÆ *à* FROBENIO *excuſi, & committe aliquibus bonæ fidei, qui denuo adſcribant in margine, quæ diſcrepant. Eum Codicem ſic notatum mittito ad* Thomam MORUM, *ut per eum ad me veniat. Libros* Naturalium Quæſtionum *ſcio editos. Eam collationem ego peragam. Dignus eſt* SENECA *hôc ſtudio, debes tu quoque nonnihil ſtudiis publicis; mihi præter mutuum amorem debes nihil. Reponam, quicquid in hoc negotium impenderis, vel ad aſſem, & inſuper dabo operam, ne prorſus in ſterilem fundum iſtam officii ſementem feciſſe videaris. Magnopere velim iſtuc quamprimum fieri.*

(a) ERASM. Epiſtol. pag. 646. ERASMUS Rot. RICHARDO PACEO S. D. *Ex Officinâ* Frobenianâ *ſcribunt eruditi quidam* POLYDORI Proverbia *majuſculis formulis excudi, chartâ tam inſigni, ut non aliud Opus dignatus ſit* FROBENIUS *majore vel honore vel curâ. Addet Opus* de rerum Inventoribus, *ſimili dignitate; idque facit hortatu, imò impulſu meo. Nam ille planè remiſerat Opus* Anterpiam *per* Hieronymum *filium, nec ullis rationibus adduci potuit, ut aggrederetur.*

*Exi-*

(1) Is eſt, cujus antea mentio quædam facta eſt, & in hunc locum uberior rejecta.

(2) Hoc Colloquium eſt PSEUDOCHEI & PHILETIMI, in quo ERASMUS *Franciſcum* illum BERCKMANNUM prævaricatorem lucri turpis avidum ſub PSEUDOCHEI perſonâ depingit.

(3) Lege (pag. 1539.) Epiſtolam RHENANI ad ERASMUM *Baſileæ* 17. *April.* 1515. datam; in quâ NESENI in recognoſcendo diligentiam & non obeſam in olfaciendis erratis narem laudat. Nec igitur dubitabo iis, qui Prælo *Frobeniano* caſtigando aliquando præerant, NESENUM (de quo antea nonnulla diximus) adnumerare.

TALLI, (a) THOMÆ MORI (b) UDALRICI ZASII &c. commendabat lucubrationes; (c) ſemper interim, (quod amicum decebat) ſollicitus, ne FROBENIUS, quem neque impenſæ nec operæ parcere unquam cognoverat, detrimenti quicquam ex ſuâ in bonas litteras propenſâ liberalitate acciperet; ideóque cùm ſua in JOHANNIS Evangelium Paraphraſis excuderetur, conabatur eam (d) Imperatoris privilegio communire: ratus indigniſſimum fore,

*Exibit utrunque proximo Mercatu* Francfordienſi *bonis avibus. Eat nunc* POLYDORUS, *& credat ſuſurronibus, qui jactitant me invidere illius gloriæ.* —— *Ex rure* Anderlaco. 11. Junii. 1521. Et pag. 777. ERASMUS Rot. POLYDORO S. D. —— *Primum ſcis Exemplar, quod miſeras, non eſſe apud* FROBENIUM, *ſed apud* Franciſcum. *Egi cum* FROBENIO *de Editione Operis, vel Operum potiùs. Ait, ſi majuſculis excudat, fore Volumen ingens, nec ſexcentos aureos ſuffecturos in ſumptus, & metuit aleam in vendendo. Nam* Germania *nunc inſanit in ea, quæ ſapiunt* Lutheranum *quiddam. Alioqui eſt pulchre animatus ad gratificandum utrique noſtrûm, & ipſe efficiam ut ſit animatior. Eſt triplex excudendi ratio. Nonnunquam totum negotium* FROBENIUS *ſuſcipit ſuo periculo: hoc aliquoties facit in minoribus Voluminibus, in quibus minùs periculoſa eſt alea. Nonnunquam tota res agitur periculo alieno, ipſe tantùm pro operâ ſuâ paciſcitur mercedem. Nonnunquam res ſit communi periculo ſociorum. Jam in pactione operæ* Franciſcus *mercedem offert oppidò quàm iniquam. Nunc agitur* Francfordiæ, *an res vel unius* Franciſci, *vel ſociorum communi periculo poſſit agi. Et quid actum ſit, perſcribam, ubi* FROBENIUS *è Mercatu redierit. Spero rem futuram ex animi tui ſententiâ.* —— *Si nanciſci poſſis negotiatorem, qui quinquaginta Volumina ad ſe reciperet, cætera facilè conficerem cum* FROBENIO. *Bene vale.* Baſileâ. *Anno* 1523. Et pag. 934. Id. ad Eund. *In excudendis ingenii tui monumentis non eſſe ſatisfactum animo tuo, vehementer dolet tum mihi, tum* FROBENIO. *Id enim magnopere ſtudebamus utrique. Literæ tuæ videbantur hoc præſcribere, ne recederetur ab Exemplari. Itaque diligenter hortatus ſum, ut ſummâ fide verſarentur in eo negotio, ac ſubinde in ipſo Operis progreſſu inculcavi eadem. Confirmabant id fieri, niſi ſicubi manifeſtarius eſſet calami lapſus. Præerat caſtigationi* Sigiſmundus GELENIUS, *vir utriusque Linguæ non vulgariter doctus, probæque fidei. Tuum Exemplar aſſervari juſſi. Mihi nihil mandâras: & religio erat in Opere alieno vindicare tantum juris. Alioqui non piguiſſet hanc operam pro tanto amico ſumere, etiam ſi quid fuiſſet gravius.* —— Baſileæ 30. April. 1526. Et pag. 971. ERASMUS POLYDORO VERGILIO S. D. —— *De Libello excudendo egi cum* FROBENIO, *reſpondet ſe paratiſſimum, eâ lege quâ excudit* Adagia. *Bene vale, patrone magne.* Baſileâ 24. Martii, *Anno* 1527.

(b) ERASM. Epiſtol. pag. 813. ERASMUS Cuthberto TONSTALLO, *Epiſcopo* Londinenſi *S. D.* —— *Si cupis tuum Opus excudi, agam cum* FROBENIO. *Nondum enim egi ſeriò. Bene vale, Præſulum optime. Datum* Baſileâ 4. Septembris, *Anno* 1524.

(a) Lege Epiſtolam ERASMI ad FROBENIUM 1517. datam & ſuprà citatam.

(b) ERASM. Epiſtol. pag. 1625. ERASMUS BRUNONI *S. D.* —— *Admone* FROBENIUM, *ut excudat Libellum* ZASII de Origine Juris —— 24. *Auguſt.* 1517. Et pag. 1689. ERASMO Lambertus HOLLONIUS S. D. —— *Succedet* FROBENIO Zaſianum *Opus* —— Baſileæ 5. Decemb. 1518.

(c) ERASM. Epiſtol. p. 1846. ERASMUS LECTORI S. D. —— *Bene vale; curáque ne* Joannem FROBENIUM *impenſæ & operæ pœniteat, qui nihil detrectat, quod ornandis, provehendis, juvandisque bonis ſtudiis conducat.*

(d) ERASM. Epiſtol. pag. 707. ERASMUS BILIBALDO ſuo S. D. —— *Nemo neſcit, quantum bonæ literæ debeant* FROBENIO, *qui ſolus omnium ſuo damno*

ſore, ſi FROBENIUS (a) communis omnium Studioſorum amicus, (b) qui attentè curabat, ut quicquid è ſuo prælo exiret, eſſet (quoad fieri poterat) inculpatiſſimum, nullúmque Opus à ſe, niſi usque melius, recuderetur, damnum ex eâ amicitiâ, eâ curâ ullum pateretur.

In

*no noſtris ſtudet compendiis; ſed ut ſunt* Κεραμεῖς, *plerique inſidiantur homini propemodum conjurati, ut illum perdant. Ubi quid novi Operis prodit, quod putent fore vendibile, mox unus atque alter ſuffuratus ex ipſius Officinâ Exemplar, excudit ac venditat minimo. Interim* FROBENIUS *immenſam pecuniam impendit in Caſtigatores, frequenter & in Exemplaria. Huic iniquitati facilè ſuccurretur, ſi fiat Imperatorium Interdictum, ne quis Librum, primùm à* FROBENIO *excuſum, aut cui ſit aliquid ab Auctore additum, excudat intrà biennum. Tempus longum non eſt, & Officina* Frobeniana *vel ob hoc favore digna eſt, quòd nihil ex eâ prodit ineptum aut ſeditioſum. Exculitur nunc* Paraphraſis in Evangelium JOANNIS, FERDINANDO *dicata; cujus partem ad te mitto, ut oſtendas, ſi videbitur commodum. Non dubito, quin res facilè poſſit impetrari. Referet tamen, ſi id fiat quàm primum. Si non eſt commodum, ut fiat per te, poteris aliis mandare. Adeſt enim, ut audio,* Jacobus SPIEGEL, *mihi cum primis amicus, homo candidus; adeſt Episcopus ac Princeps* Teramnenſis, *Nuncius Apoſtolicus, qui pro ſuâ humanitate mihi ſemper ſavit unicè. In hôc negotio, mi* BILIBALDE, *mihi nec ſeritur, nec metitur, & tamen* FROBENII *ac literarum cauſâ libenter & hic tibi debebo, qui multis aliis nominibus tibi ſum obſtrictiſſimus. Si Diploma Cæſareum non ſtatim poterit expediri, ſaltem ſciamus impetratum eſſe, ut in his Nundinis* FROBENIUS *poſſit uti titulo. Summus Pontifex ad me Diploma plenum honoris ac benevolentiæ miſit. Jurat illius Secretarius, non eſſe vulgare, ſed verè omnia ab ipſo Pontifice dictata. Bene vale, vir hujus ſeculi decus.* Baſileâ 27. Januarii. *Anno* 1522.

(a) Sic vocat GLAREANUS in Epiſtolâ ad ERASM. 1516. data. pag. 1577. 1578.

(b) Hoc antea notavit CHEVILLERIUS; cujus verba hìc adjiciam ex pag. 134. *Origin. de l'Inprim. de Par.* „ JEAN „ FROBEN, cet Imprimeur ſi exact & ſi „ correct, dans ſa petite (1) Préface ſur „ CŒLIUS RHODIGINUS de l'année „ 1517. blâma fort quelques Libraires de „ ſon tems, qui abandonnoient tout-à-„ fait la correction de leurs Impreſſions, „ & ne ſe mettoient point en peine qu'el-„ les fuſſent pleines de fautes, pourvû „ qu'elles leur coûtaſſent peu, & qu'ils „ les débitaſſent plus promptement, en „ les donnant à meilleur marché : en un „ mot, qui cherchoient uniquement le „ gain & le profit dans le noble exercice „ de la Librairie, même par la ruine des „ bonnes études. Il s'en prend auſſi à „ ceux qui ont aſſez peu de jugement „ pour acheter ces Editions corrompuës „ & défigurées ſous prétexte qu'elles coû-„ tent peu. Il prétend qu'ils ſe trompent, „ qu'ils les achetent très-cherement, qu'on „ n'a jamais bon marché d'un méchant „ Ouvrage d'Imprimerie rempli d'un „ grand nombre de fautes, à quelque prix „ qu'on l'achete; *Parvo emit, quisquis Li-„ brum emendatum etiam magno emit. Mag-„ no emit, quisquis Codicem mendoſum e-„ tiam minimo emit.* Et dans l'Edition Grec-„ que-Latine du Nouveau Teſtament „ d'ERASME, qu'il avoit faite l'année „ précedente, il dit fort ingenieuſe-„ ment, que celui qui achete une Edition „ pleine de fautes n'achete point un Li-„ vre, mais une peine & un tourment: „ *Qui Librum mendis undique ſcatentem ha-„ bet; certè non habet Librum, ſed moles-„ tiam.* Idem CHEVILLERIUS pag. „ 129.

(1) In CŒLII RHODIGINI Editione ann. 1517. quam nunc in manibus habeo, neque iſta verba, nec Præfationem hìc memoratam reperio.

(1) Lege

In FROBENIO nullibi moram ſibi eſſe ſentiebat unquam ERASMUS, quoties Opus aliquod nobile & arduum prælo procurabat,

129. „ JEAN FROBEN imprima la Con-
„ cordance de la Sainte Bible en l'année
„ 1496. & 1525." [De quibus Editionibus
jam dictum eſt in Vol. I. *Annal. Typo-
graph.* pag. 257.] Et pag. 131 ——
„ Nous arrêterons un peu ici pour parler
„ de ces Concordances de FROBEN, où
„ il imprima les Chiffres ſi fidellement.
„ Cet Imprimeur y ajoûta une ſeconde
„ Partie, qui contient les particules indé-
„ clinables de la Bible, &c. Ouvrage
„ commencé par *Gautier* JONAU *Ecoſſois*,
„ Chapelain de JEAN *de Raguſe*, achevé
„ par deux autres de ſes Chapelains, &
„ reduit en ordre Alphabetique par un
„ *Eſpagnol* JEAN DE SECUBIA. —— „ Les
„ Envoyez des *Huſſites* du Royaume de
„ *Boheme* étoient venus à *Bâle*, & ſon-
„ doient leur erreur de l'obligation indis-
„ penſable pour tous les Chrétiens de
„ communier ſous les deux eſpeces, ſur
„ ce paſſage de l'Evangile: *Niſi manduca-
„ veritis & biberitis.* Pour ſavoir donc les
„ ſignifications des particules *Ex*, *Per*,
„ *Niſi*, *Et*, en combien de manieres elles
„ étoient employées dans l'Ecriture Sainte,
„ JEAN *de Raguſe* forma le deſſein de fai-
„ re travailler à une Concordance des
„ mots indéclinables de la Bible. SECU-
„ BIA y fit une Préface, & rendit l'Ou-
„ vrage public. *Sebaſtien* BRANT, *Al-
„ lemand*, le fit imprimer l'année 1496.
„ par FROBEN: & l'année 1525. ce même
„ Imprimeur le remit ſous la Preſſe, avec
„ la Préface, dans laquelle on peut lire
„ toute l'Hiſtoire. —— „ Par ce re-
„ cit on ſait qui a fait la ſeconde Partie de
„ la Concordance, qui comprend les
„ mots indeclinables: on ne ſait pas ſi
„ ſeurement qui a fait la premiere, qui
„ contient les mots déclinables; néant-
„ moins je croi que c'eſt HUGUES *de
„ Saint Cher*, Docteur de la Faculté de
„ *Paris*, de l'Ordre de Saint *Dominique*,
„ qui fut Cardinal en l'année 1245. ——
„ La petite Préface *Cuilibet volenti*, qui
„ parle de cette Concordance de S. *Jac-
„ ques*, eſt dans l'Impreſſion de *Nurem-
„ berg* par *Antoine* COBURGER 1485.
„ dans les deux de *Bâle* par FROBEN
„ 1496. & 1525. dans celle de *Jean* MA-
„ RECHAL à *Lyon* 1526. & même *Fran-
„ çois* AROLA, qui retoucha la Concor-
„ dance, & la fit imprimer à *Lyon* par
„ GRYPHE l'année 1551. n'en retrancha
„ point la petite Préface des Manuſcrits.
„ —— Or je trouve, que HUGUES
„ *de Saint Cher* s'appelloit auſſi HUGO *de
„ Sancto Jacobo.*" Qui voluerit hæc fuſiùs
deſcripta legere CHEVILLERIUM adeat.
- Idem CHEVILLER. p. 135.] „ Le
„ chef d'œuvre de *Jean* FROBEN fut
„ l'entrepriſe qu'il fit d'imprimer le St. AU-
„ GUSTIN fort correct. Il avoit un ſi
„ grand deſir de réuſſir dans ſon deſſein,
„ & ce travail lui paroiſſoit ſi glorieux,
„ qu'il (1) ſouhaitoit n'avoir point plus
„ de vie, qu'autant qu'il en falloit pour
„ le voir achevé. Sept Preſſes tout à la
„ fois étoient occupées à cette Edition;
„ mais il mourut auſſi tôt après l'Impres-
„ ſion des deux premiers Tomes. C'eſt le
„ S. AUGUSTIN d'ERASME de l'année
„ 1529. en dix Tomes, appellé ordinaire-
„ ment à longues lignes, qu'on tira autre-
„ fois de la Bibliotheque de *Sorbonne*, pour
„ convaincre les Miniſtres au Colloque
„ de *Poiſſy* par une Edition, qui ne leur
„ fût point ſuſpecte.

Graviſſimo huic Operi Privilegium impetrandi cupidus ERASMUS ſcripſit ad *Nicolaum* VESUVIUM ann. 1528. 21. *Septemb.* —— *Optârim, ut ſi fieri poſſit, ſaltem pro* AUGUSTINO *daretur Regium Privilegium. Ab hôc Opere pendent facultates liberorum* FROBENII. *Ego propemodum gratìs meam operam impendo, alioqui non ſumturus tantum laboris pro bis mille florenis. Religio me coegit. Audio Cardinalem* Franciæ *hominem non nimis facilem, in cujus aures fortaſſis inſtillant aliquid inauſpicati quidam, quo minùs æquum experiamur. In hôc Opere nihil erit meum, niſi quòd mendas, quantum licuit, ſubmovi, notha ſubindicavi, & libros*

(1) Lege poſtea Epiſtolam ERASMI ad EMSTEDIUM ann. 1527. de morte FROBENII.
(2) ERASM. Epiſtol. pag. 1122.

rabat, licet FROBENII (a) ſocios cunctationis aliquando inſimularet. Inter eruditos, qui ſua Opera *Frobeniano* prælo commiſerunt, viros fuit LEONARDUS PORCIUS *Vicentinus*, (b) *non minùs humanus quàm doctus*, Libelli *De ponderibus ac menſuris* Author, (c) *adeò conſentientis cum* Aſſe BUDÆI, *ut nemo dubitaret*, *quin alteruter alterum compilârit*. (d) *Nullum* Libellus *ipſe nec* (e) *loci nec temporis indicem habebat*, *præter Inſigne Officinæ* Frobenianæ: BUDÆO, *ſuorum* de Aſſe *librorum Editione tertiùm jam aut quartùm ſub prælo repetitâ* [*abhinc* (f) *paulo minus biennium*] Lugduni *inter Aulicos agenti fortè oblatus eſt*. (g) BUDÆUS *graviter exarſit*, *ac æmulo illi ſempiternam notam ad ignominiam inuſſiſſet*, *niſi interceſſiſſent amici*. *Hæc enim contentio ne latius ſerperet*, JANI LASCARIS *authoritate perfectum eſt*. *Qui cum utrique amiciſſimus eſſet*, *haud æquum putavit inter honeſtiſſimos homines ſimultatem diutius ingraveſcere*. *Et cùm apud* BUDÆUM *plurimum gratiâ polleret*, *impetravit*, *quanquam ægre*, *ut digreſſio in* PORTIUM, *contumelioſa quidem illa*, *ſed certè expreſſa à juſtâ indignatione*, *quam removendæ ſuſpicionis*, *ſuique purgandi cauſâ*, BUDÆUS *Libris* de Aſſe *inſeruerat*, (h) *eximeretur indè*. *Ac* BUDÆO *quidem tantæ contentionis cauſam attulit* BAPTISTA ÆGNATIUS Venetus, *omni liberali ingenuâque doctrinâ apud* Italos *id temporis florens*, *qui editis in* SUETONIUM *adnotationibus tam præclari inventi laudem modò* BUDÆO, *modò* PORTIO *tribuens*, *de eâdem fideliâ duos parietes dealbaverat*, *& utrique gratificari cupiens*, *ambos inter ſe commiſerat*. *Cæterùm ut deferbuit ira*, *usque adeò pœnituit ejus criminationis*, *quâ uſus erat in* PORTIUM, *ut poſtea noluerit cujusquam injuriâ magnitudinem animi ſui inflectere*; *quòd iracundiâ præceps in eum eſſet invectus*, *quem poſtea cùm Juris Civilis diſciplinâ eruditiſſimum*, *tum morum probitate alioquin integerrimum intellexiſſet*.

Audiamus jam (i) ERASMUM de FROBENIO ſuo perorantem.

*libros ſecundùm materiarum congruentias digeſſi. Præfatio nihil habebit*, *quod quenquam offendat. Si quid Præſul tuus valeat apud Regem*, *velim*, *ut pro hôc ſaltem Opere Regis Privilegium nobis impetret.*

(a) Pag. 934. ERASMUS JOANNI *Episcopo* Lincoln. ——— *De* AMBROSIO *nihil fiet hôc anno*: *res non ſtat per me ſed per ſocios* FROBENII. ——— *anno* 1526.

(b) Lege (p. 987.) Epiſtol. ERASMI ad BUDÆUM dat. *Baſil.* 22. *Jun.* 1527.

(c) Pag. 1417. Epiſtol. ERASM. ad *Georg.* AGRICOL. 29. *Auguſt.* 1531.

(d) Lege BUD. *de Aſſe* Edit. *Colon.* 1528. 8°. pag. 555.

(e) De loco indicat Inſigne *Frobenianum*. De tempore Epiſtola ERASMI ad BUD. modò citata docet id factum ante ann. 1527. 22. *Jun.*

(f) Anno igitur 1526. nam Editio Libri *de Aſſe Colonienſis* prodiit 1528.

(g) Lege *Vitam* BUD. *Pariſ.* 1540. 4°. pag. 23. 24.

(h) Tota ea digreſſio abeſt in Editione *Pariſienſi* ann. 1542. fol.

(i) Epiſt. (pag. 957.) ad *Theobald.* FETTICHIUM, dat. *Baſil.* 5. *Decemb.* 1526.

(a) Auc-

tem. —— *Nemini poteſt obſcurum eſſe, quot jam annos* JOANNES FROBENIUS, *quantis vigiliis, laboribus, impendiis, ornárit* (a) *eximios Auctores, idque longe majore ſuâ gloriâ quàm lucro. Habet domi* (b) *Virum utriusque literaturæ doctiſſimum, paríque fide præditum, quod ego ſanè non in poſtremis numero. Mihi præterea vel immori libebit huic negocio, tam utili, támque pio. Proinde meo judicio non alius dignior veſtro favore quàm* FROBENIUS, *nec per aliam Officinam meliùs conſultum fuerit præclaris Auctoribus; denique, vix in alium æquè gratum memorémque collocaveritis veſtrum officium. Porrò,* —— *ſi quid mea ſcripta valebunt, hactenus cum* VIRGILIO *licuit dicere, utinam & illud adjicere liceat,* Nulla dies unquam memori vos eximet ævo. *Certè dabitur opera pro viribus, ne poſteritas ignoret, cui debeat hanc litteraturæ vetuſtioris acceſſionem.*

Hinc æſtimare licet, quantus fuerit, qui ERASMUM meruerit præconem, FROBENIUS (c) *omnium Chalcographorum princeps,*

(a) *vir*

(a) Auctorum, quos FROBENIUS impreſſit, pleroſque ipſius hortatu ERASMUS recognoſcebat & ſcholiis illuſtrabat. E. G. ERASM. Epiſtol. (pag. 1880.) ad *Joan.* ULATENUM. *Cùm* Joannes FROBENIUS, *vir ornatiſſime, adornaret ſuis typis excudere* Tuſculanas Quæſtiones M. TULLII, *méque rogáſſet, ut hìc aliquid adderem opellæ meæ, quò Liber exiret aliquâ recentis utilitatis acceſſione commendatus: eò lubentiùs hanc ſuſcepi provinciam, quòd pluribus jam annis mihi nihil aut perpuſillum commercii cum Muſis manſuetioribus fuiſſet. Itaque conferendorum Exemplarium negotio famulis delegato, judicandi partes mihi ſumſi: totóque Opere non oſcitanter perlecto, digeſſi verſus carminum, quæ ille quidem non ſinè exemplo* PLATONIS *&* ARISTOTELIS, *ex Græcis Latiniſque Poetis, ſed propemodum ad tædium uſque congerit: ubi variabant Exemplaria, vel quod probabatur, amplexi ſumus; vel ſi videbatur anceps judicium, utramque lectionem ſervavimus, alteram in contextu, alteram in ſpatio marginis: nonnulla citra Codicum ſuffragium reſtituimus, ſed nec admodum multa, & ibi duntaxat ubi res homini docto & exercitato non eſſet obſcura: nonnihil etiam Scholiorum adjecimus.* FROBENIUM de TERENTIO cum Commentariis excudendo aliquando cogitâſſe legimus in Epiſtolâ ERASMI ad GOCLENIUM ann. 1517. datâ. pag. 268.

(b) Hunc virum (quod antè ego incautus credideram, Vol. I. *Annal. Typograph.* p. 292.) fuiſſe LACHNERUM putant ZELTNERUS (pag. 207. *Corrector. Typograph.*) at CAVEUS (in *Prolegom. in Scriptor. Eccleſ.* n. XI.) alium quendam anonymum LACHNERI ſucceſſorem. Diu enim ante annum 1526. quo hæc data eſt Epiſtola, LACHNERUM obiiſſe, anno nempe 1518, ex ſupra-dictis conſtat. Virum autem, quem hìc ERASMUS laudat, *Beatum* RHENANUM eſſe nonnulla mihi eſt ſuſpicio. Hôc anno (1526.) RHENANUS *Baſileæ* apud FROBENIUM ſuas in PLINIUM Annotationes edidit. Porrò ERASMI animus (utì antea obſervatum eſt) in RHENANUM fuit ſemper proclivior, à LACHNERO aliquando (quia fortè Pontificiis impenſiùs, quàm RHENANUS favebat) alienior.

(c) ERASM. Epiſtol. pag. 332. DORPIUS ad ERASM. *Lovan.* 15. Jul. 1518. *Sed heus, præterieram ferme, quod minimè oportuit,* FROBENIO *omnium principi Chalcographorum (pace modo* * THEODORICI *noſtri dixerim) plurimam ex me ſalutem utì nuncies, cui omnes debemus Studioſi non vulgariter: Largiatur ei Dominus Deus annos vitæ & plurimos, & feliciſſimos, quò pulcherrimæ provinciæ, in quâ* ALDUM *quoque ipſum, meo judicio, poſt ſe relinquit, par eſſe queat. Quid enim is, niſi eximiè eruditum, & quantâ curâ excudit?*

(a) Pag.

* MARTINI *Typographi celebris* Lovanii.

(1) Lege

(a) *vir doctus & in Arte chalcographicâ Dædaleo ingenio præditus*; (b) *litteris illuſtrandis natus*; (c) *cujus typis nihil fieri poteſt nitidius, elegantius, amœnius*; (d) *cujus Officinâ non eſt alia vel accuratior, vel unde plus bonorum exeat Codicum, præſertim qui ad ſacras pertineant litteras*; *tanta ei accedebat* (e) *majeſtas & nitor*: quam (f) ERASMUS nunquam patiebatur otiari; omnibus eruditorum virorum Libris, (g) excluſis tamen *Lutheranis*, patentem.

FROBENIUS ex uxore (h) GERTRUDE LACHNERI filiâ ſuſceperat (i) HIERONYMUM, & (k) JOANNEM ERASMIUM filiámque

(a) Pag. 502. in Epiſtol. KOSTELECII ad ERASM.

(b) Pag. 851. in Epiſtolâ ERASM. ad *Olmutzenſ.* Episcop. PLINIO præfixâ 1525.

(c) Pag. 308. in Epiſtol. BERALD. ad ERASM. Typos habuit FROBENIUS non ſolùm *Græcos* & *Latinos*, ſed *Hebræos* quoque, quibus in ſuis edendis *Sebaſtianus* MUNSTERUS, ann. 1527. uſus eſt.

(d) Pag. 154. in ERASM. Epiſt. ad LEON. X. ann. 1515. & pag. 349. ad *Anton.* PUCCIUM ann. 1518.

(e) Pag. 851. in Epiſtolâ modò citatâ.

(f) Pag. 284. in Epiſtol. ERASMI ad BUD. 1517. —— *cum ſubitò periculum eſſet, ne omnia* FROBENII *prœla ceſſarent, propterea quòd Chartarius ad diem præſtitutum non adeſſet, paſſus ſum, nec id admodum volens, ut* Beatus RHENANUS *è ſarcinâ meâ, ſi quid ineſſet, deligeret.*

(g) Pag. 578. in Epiſtol. ERASM. ad LEON. X. ann. 1520. —— *Minis etiam egi cum* Joanne FROBENIO *Typographo, nequid Operum* LUTHERI *excuderet.*

(h) Pag. 1539. in Epiſtol. RHENAN. ad ERASM. ann. 1515. —— *ſalutant te & reducem exoſculari cupiunt* FROBENIUS, GERTRUDIS *uxor*, AMERBACHII & NESENUS. Antea ubi LACHNERI mentio fiebat, FROBENII ſocer vocabatur. Et pag. 645. in Epiſtol. ERASMI ad GOCLEN. 1521. —— *Accipe ab hôc* Stephano *camiſiam imperfectam quam mihi miſit uxor* FROBENII.

(i) Pag. 935. in Epiſt. ERASM. ad EGNAT. & ad CASIMIROTUM, 1526. —— *Qui has reddit*, Hieronymus *eſt* FROBENIUS Joannis FROBENII *filius, juvenis modeſtus & candidus.*

(k) Ei nomen ERASMII ab ERASMO, qui FROBENIUM vocare (1) compatrem ſolebat, impoſitum credo, cùm eum à partu ſacro fonte tingendum ſuſciperet unà cum RHENANO, qui & ipſe FROBENIUM compatris (2) nomine compellat. Hunc ERASMUS in Epiſtolâ ad *Hieronymum* (3) FROBENIUM ὑποκοριστικῶς ſalutat *Eraſmiolum*; eidémque anno 1524. inſcribit ſuum (4) *Colloquiorum* Librum. Perinde

(1) Lege priùs Epiſtol. ERASM. ad FROBEN.

(2) Vide Edition. Libri I. *Grammat.* GAZ. 1516.

(3) Pag. 659. ERASMUS Rot. Hieronymo FROBENIO. S. D. *Mihi gratias agis*, mi Hieronyme, *quòd ex Literis meis propenſior in te factus ſit patris animus. Sed in te ſitum eſt, ut ſit propenſiſſimus. Id fiet, ſi te verè filium eſſe declares, & ex animo rem patris adjuves. Non mirum, ſi quando ceſſant Operæ mercenariæ. At tu, dum patrem adjuvas, tuum ipſius agis negotium. Nunc ætas eſt laborum omnium patiens; ea eſt rebus honeſtis exercenda. Quod datur vacui temporis, hoc impende honeſtis Studiis, & evolvendis bonis Auctoribus. Fuge conſortia nepotum & otioſorum, abduc te à juvenilibus voluptatibus, & veris dotibus teipſum inſtrue. Quod ſi facias, non deerit tibi neque gloria, neque pecunia: ſin ſecus, & ego te fruſtra commendavero patri, & ipſe tibi parum bene conſulueris. Sed abſit, ut hoc eveniat. Confido, mi* Hieronyme, *te talem futurum, qualem optamus utrique. Bene vale, & ſaluta* ERASMIOLUM *puerum, ut audio, ſpei optimæ.* Brugis 14. Auguſti, *Anno* 1521.

(4) D. ERASMUS Rot. *optimæ ſpei puero* Joanni Eraſmio FROBENIO *S. D. Vicit Libellus tibi dicatus expectationem noſtram,* ERASMI *mellitiſſime: tuum erit videre, ne fallas expectationem noſtram. Ille ſic adamatur, ſic rapitur, ſic teritur manibus ſtudioſæ juventutis, ut & patri tuo fuerit ſubinde typis excudendus, & mihi novis acceſſionibus identidem locupletandus, dicas & illum ἰσόψυχον quempiam eſſe, deliciáſque Muſarum ſacra colentium. Quò magis adnitendum erit, ut tu quoque ſis, quod diceris, hoc eſt, ut literis & morum

que (a) JUSTINAM, quæ NICOLAO EPISCOPIO nupſit. Ex Epitaphiis à (b) JOANNE LA CAILLE memoratis conſtat *Hieronymo* annum 1507. JUSTINÆ 1512. fuiſſe natalem; & hujus cum EPISCOPIO nuptias in 1529. incidiſſe. Ille enim anno ætatis 56. CHRISTI 1563. Hæc anno ætatis 52. CHRISTI 1564. poſt ſeptem luſtra in conjugio exacta, è vivis deceſſit. Horum patrem FROBENIUM, fatis labores, quibus indefeſſus inſudabat, abrumpentibus anno 1527. (c) *amicum* ERASMI *incomparabilem paralyſis nobis ademit.*

Perinde hunc (1) curabat, ante & poſt FROBENII obitum, ac ſi ipſe genuiſſet.

(a) Pag. 1224. ERASMUS Rot. Nicolao EPISCOPIO S. —— *quum* Baſileam *relinquerem* —— *mihi inſcenſuro navem venit in mentem* EPISCOPIUS, *cum novâ nuptâ* Juſtinâ, *cujus modeſtiſſimam indolem ab ipſius infantiâ ſemper amavi: porrò, cum ætate ſemper accrevit virginum præcipua dos, pudor ac verecundia morum, ut non ſinè causâ inter cæteras puellas eximium quoddam virgineæ pudicitiæ exemplum haberetur.* —— *Ex animo gratulatus ſum utrique veſtrûm, quòd ſacer ille matrimonii nexus tam aptum par hominum copulâſſet, caſtum caſtæ, candidum candidæ, probum probæ: ſpero futurum, ut brevì magis etiam gratuler, ubi vobis parvulus in aulâ luſerit* Episcopiolus, *qui nobis eodem ore vos ambos referat, nec vos ſolùm, ſed amiciſſimum etiam virum* Joannem FROBENIUM: *ſolet enim Natura frequenter & in nepotibus avorum ſimulacrum depingere. Audio te ſucceſſurum in ædes, quas iſthìc meo diſceſſu feci vacuas; in eas, inquam, ædes, in quibus tantum annorum peregi, ut ab hôc exortu vitæ, ne in Civitate quidem ullâ vixerim diutius; in eas, quas ſoceri tui benignitas toties mihi conata eſt dono obtrudere.* — Friburgo. 7. Aug. 1529.

(b) *Hiſtoire de l'Imprimerie.* pag. 35. 36.

(c) Pag. 1057. ERASM. Epiſtol. ad *Joann. à* LASCO.

(a) Pag·

*morum probitate ſis omnibus bonis chariſſimus. Vehementer autem pudendum fuerit, ſi, cùm tam multos hic Libellus, & Latiniores reddiderit, & meliores, tu commiſeris, ut ad te ipſum non redierit eadem utilitas, quæ per te pervenerit ad omnes. Cumque tam multi ſint adoleſcentes, qui tibi nomine* Colloquiorum *gratias agunt; nónne meritò cenſeatur abſurdum, ſi tuâ culpâ factum videatur, quò minùs mihi poſſis eodem nomine gratias agere? Accrevit Libellus ad juſtam Voluminis magnitudinem; tibi quoque conandum eſt, ut quantum accreſcit ætas, tantum accedat & honeſtæ eruditioni & morum integritati. Suſtines non vulgarem expectationem, cui reſpondere neceſſarium, vincere pulcherrimum fuerit: certè fallere ſinè ſummo dedecore non potes. Nec hoc dico, quòd hactenus pœniteat profectûs tui, ſed ut currenti calcar addam, quò curras alacriùs; præſertim cùm eam ætatem ingreſſus ſis, quâ non alia continget felicior ad imbibenda literarum ac pietatis ſemina. Fac igitur, ut hæc* Colloquia *verè tua dici poſſint. Dominus* JESUS *ſervet iſtam ætatem tuam puram ab omnibus inquinamentis, ſempérque ad meliorem provehat. Vale.* Baſileæ *Kalend.* Auguſt. *Anno* M. C. XXIV.

(1) Pag. 733. ERASMUS Conrado HERESBACHIO S. *Nec te rogabo, ut* Eraſmiolum *nobis ſic inſtituas, ut & optimis parentibus & te præceptore dignus evadat, neque viam præſcribam, quâ id facere oporteat, ne vel de tuâ fide, vel de prudentiâ tuâ parum magnificè ſentire videar. Tantum illud dicam, te iſto officio non minorem gratiam initurum apud me, quàm apud ipſos parentes, quibus tamen, ut par eſt, unicè charus eſt puer, ac præter affectum, quem in te gerit uterque, nôſti quàm neuter ſit ſordidus aut illiberalis.* —— Baſileæ 18. Octob. 1522. Et pag. 1240. ERASMUS Rot. Joanni Eraſmio FROBENIO. S. D. *Epiſtolium ad te meum, quod hìc per oblivionem, ut opinor, reliqueras, tibi remitto: dixeras enim hoc inter tibi chariſſima* Κειμήλια *reponendum eſſe. Mitto &* Colloquia *funiculis ornata, quæ ſi frequenter in manus ſumſeris, fiet, ut etiam abſentes inter nos miſceamus colloquium. Priusquam relinquas* Baſileam, *fac ad me perſcribas, quàm tibi ſucceſſerit equitatio, quámque felicibus auſpiciis te tua patria reducem exceperit. Quòd ſi non pœnitet migrationis, nos tui deſiderium moderatiùs feremus. Sin & alacriùs & majore tuo bono vivis alibi quàm apud nos vixiſti, gratulamur etiam tuæ felicitati: neque enim aliâ conditione te dimiſimus, quàm ut alibi magis ex animi tui ſententiâ, fructûque uberiore vitam ageres. Id ſi contingit, plus capiam voluptatis ex tuis commodis quàm ex abſentiâ moleſtiæ. Sin minus, non dimiſimus te, niſi huc rediturum, donec ſeſe offerat commodior occaſio. Proinde fac ſcribas & quàm primùm, & ex animo. Si non offertur alius certior, poteris per* Bonifacium AMERBACHIUM *tutò, quæ voles ſignificare. Scito nullas meas Literas ad te venturas inanes. Bene vale, ſuaviſſime* ERASMI. *Saluta tuos omnes verbis. Salutat te* HAJO: *nam* CANNIUS, *ut conjicio, ſcribet ipſe. Datum apud* Friburgum Briſgoiæ 2. Novembris, *Anno* 1529.

*mit. Primùm dextri pedis talus graviſſimo cruciatu diu torquebatur, ſic ut nulla mors crudelior: eo per Medicum audacem magìs quàm eruditum conſopito veriùs quàm profligato, cœpit eſſe feroculus, & amicis admonentibus, ut domi ſe contineret, vitaret frigus, arriſit, non obtemperavit. Ita ex alto neſcio quid tollere parantem morbus obortus in humum dejecit. Caſus ipſe ad mortem ſatìs erat; poſt biduum ægre alterum oculum ſuſtulit, jam agens animam. Hujus viri deceſſus me non vulgariter affecit, præſertim quum* AUGUSTINUS *totus ferveat ſub prælis non paucis.* (a) *Homo immortalitate dignus annos aliquot vivere poterat, niſi tantopere ægrotare puduiſſet.* Noli, Lector, indignari, ſi tibi ſubjiciam (b) Epiſtolam, quâ ERASMUS FROBENIO, non minore orationis quàm affectuum vehementiâ, parentavit: additis ad finem aliquot, quæ ERASMUS & alii ſcripſerunt, Epitaphiis.

ERASMUS Rot. JOANNI EMSTEDIO *Cartuſiano* S. D.

„ Quum huc ætatis pervenerim, Vir integerrime, tamen ipſâ „ re comperi, me mihi nondum ſatìs notum eſſe. Si quidem exiſ„ timabam me tum Philoſophiæ præceptis, tum diutinâ penéque „ perpetuâ malorum ferendorum aſſuetudine, ſatìs inſtructum ad„ verſùs iſtos vulgares, ac propè quotidianos caſus, quos à mulier„ culis etiam videmus moderatè ferri. Cæterùm amici *Joannis* „ FROBENII mors inopinata ſic afflixit animum meum, ut mœ„ rorem nullis avocamentis potuerim eximere præcordiis. Jam „ tempus, quod acerbiſſimis etiam doloribus mederi ſolet, adeò non „ leniit ægritudinem, ut paulatim magìs ac magìs increverit dolor, „ quemadmodum ſolet lentum & inſidioſum quoddam febris genus „ obrepere, quò non aliud aiunt immedicabilius eſſe. Exedebat „ me reluctantem cura, penitus medullis inſita. Tanto potentius „ eſt, quod conglutinavit animi inductio mutuáque benevolentia, „ quàm quod Natura conjunxit. Quàm hìc mecum litigavi, quibus „ conviciis meam mihi molliciem exprobravi? Ubi nunc eſt, in„ quam, ille Rhetor, qui ſplendidis dictis ſolet aliorum mœrorem „ vel eximere vel objurgare? Ubi Philoſophus ille *Stoicus*, domi„ tor humanorum affectuum? Ubi Theologus, qui docere conſue„ vit piorum hominum mortem, non luctu lachrymíſque, ſed gra„ tulationibus, plauſûque proſequendam eſſe? Quid multis? Nuſquam

(a) Pag. 1094. ERASM. Epiſtol. ad JUSTUM *Poloniæ* Secretarium 1528. & pag. 1046. ad ANTONIUM Medicum. *Baſileâ*, 9. *Decemb.* 1527. —— *reliquit nos nuper* Joannes FROBENIUS *paralyſi correptus. Dederat morbus quædam ſui præſagia; ſed puduit virum nimiùm fortem ægrotare.*

(b) Pag 1053. Et ad calcem Libri *de Pronunt.* & *Ciceronian.* ann. 1528.

„ quam me magìs puduit mei. Nunquam enim ante hac expertus
„ ſum, quantam vim haberet ſincera amicitia, ac mutuus animorum
„ nexus. Fratris germani mortem moderatiſſimè tuli, FROBE-
„ NII deſiderium ferre non poſſum. Non iraſcor dolori meo ni-
„ mirum juſtiſſimo, ſed immodicum nimíſque diuturnum eſſe in-
„ dignor. Porrò quemadmodum non erat ſimplex amor, quo vi-
„ vum proſequebar, ita nec erepti ſimplex me cruciat deſiderium.
„ Magìs enim amabam illum ob liberalia ſtudia, quibus ornandis
„ provehendíſque vir ille, fatorum providentiâ, datus videbatur,
„ quàm ob animum in me propenſum, moréſque candidiſſimos.
„ Quis enim tale non amet ingenium? Solus erat amico amicus,
„ tam ſimplex ac ſincerus, ut etiam ſi quid voluiſſet ſimulare aut
„ diſſimulare, non potuiſſet repugnante naturâ; tam promptus &
„ alacer ad bene merendum de omnibus, ut indignis etiam ex ipſo
„ beneficii quippiam acceſſiſſe gauderet. Unde & furacibus ac decoc-
„ toribus erat & gratus & idoneus. Ereptam furto, aut à malæ fi-
„ dei debitoribus interceptam pecuniam, eâ ſolet alacritate comme-
„ morare: quâ lucrum præter ſpem objectum alii. Fide tam in-
„ corruptâ, ut in neminem magìs congruat illud: *Dignus quî cum*
„ *in tenebris mices*: atque ut ipſe fraudem nemini machinabatur, ita
„ de nullo tale quicquam ſuſpicari poterat, tametſi non rarò delu-
„ ſus. Quid eſſet invidiæ morbus, nihilo magìs imaginari potuit,
„ quàm ii qui cæci naſcuntur, animo fingere poſſint, quid ſit co-
„ lor. Offenſas quamvìs capitales priùs condonabat, quàm rogaret
„ is, qui offenderat. Nec ullius omnino injuriæ poterat meminiſ-
„ ſe, contrà nullius quamlibet vulgaris officii poterat obliviſci. At-
„ que hic ſanè, meâ ſententiâ, melior erat interdum, quàm expe-
„ diebat vigilanti patrifamilias. Admonebam interdum, ut in ſin-
„ ceros amicos eſſet, qualem eſſe deceret; in impoſtores verbis
„ duntaxat benignus eſſet, interim ſibi cavens, ne damnum cum
„ ludibrio lucrifaceret. Arridebat humaniter, ſed ſurdo canebam
„ fabulam. Vicit omnia monita naturæ candor. Mihi verò quas
„ non venabatur occaſiones, ut aliquid obtruderet muneris? Nec
„ unquam vidi lætiorem, quàm quum vel dolo perfeciſſet, vel pre-
„ cibus impetrâſſet, ut aliquid acciperem. Hìc adverſùs hominis
„ captiones erat opus cautione maximâ, nec uſquam magìs opus
„ erat meâ rhetoricâ, quàm ad excogitandum colorem, quo, citra
„ moleſtiam amici, recuſarem quod ingerebat. Triſtem enim il-
„ lum videre non ſuſtinebam. Si fortè pannus ad veſtem erat emptus
„ per famulos meos, ille ſubodoratus, me nihil ſuſpicante jam ſol-
„ verat. Nec ullis precibus adigi potuit, ut reciperet. Arte ſi-
„ mili fallendus erat, ſi voluiſſem illum eximere damno. Tale cer-

„ ta-

„ tamen inter nos fuit aſſiduè, longè diverſum à vulgi moribus,
„ dum alter hoc agit, ut abradat quàm plurimum; alter agit, ut
„ det quàm minimum. Ne quid omnino daret, efficere non potui;
„ certè moderatiſſimè illius benignitate uſum eſſe me teſtabitur, ut
„ arbitror, omnis illius familia. Mihi quicquid laborum ſuſcipieba-
„ tur, amore Studiorum ſuſcipiebatur. His cùm ille cohoneſtan-
„ dis, illuſtrandis, provehendíſque natus videretur, nec ullum de-
„ fugeret laborem, nullas vigilias, ſatìs magnum quæſtum eſſe du-
„ cens, ſi bonus Auctor cum dignitate prodiret in manus hominum,
„ quî potuiſſem in hominem ſic animatum prædonem agere? Si
„ quando nobis ac cæteris amicis oſtendebat primas paginas magni
„ cujuſdam Autoris, ut geſtiebat gaudio, quæ vultûs alacritas,
„ qui triumphi? Diceres illum jam tum totius operæ fructum cu-
„ mulatiſſimè percepiſſe, nec aliud expectare præmium. Non hic
„ attollam FROBENII laudes aliorum vituperatione. Nimis no-
„ tum eſt, quos Autores, quàm mendoſè, quàm ſordidè excuſos
„ nobis Typographi, quidam etiam è *Venetiâ Româ*que miſerint.
„ Ex hujus autem domo paucis annis, quæ Volumina, quantâ cum
„ dignitate prodierunt? Eóque ſuam Officinam à contentioſis Li-
„ bellis, unde quæſtum haud mediocrem fecerunt alii, ſemper im-
„ munem ſervavit, ne literas ac diſciplinas aliqua contaminaret invi-
„ dia. HIERONYMUM bis excuderat. Ab AUGUSTINO pari
„ cum dignitate rurſus excudendo, quum amici complures, in qui-
„ bus & ipſe, deterrerent, tamen totum animum ſic huc appule-
„ rat, ut inter familiares ſubinde dicere ſolitus ſit, ſe non optare
„ longius vitæ ſpacium quàm quod abſolvendo ſufficeret AUGUS-
„ TINO. Primum ac ſecundum Tomos vidit abſolutos. Pium e-
„ rat hominis votum, & erat animus ille dignus immortalitate,
„ ſed aliter viſum æterno Numini, cujus in abdito ſunt conſilia;
„ quæ nobis ſcrutari fas non eſt, reprehendere nefas. Ætas erat
„ provectior, ſed valetudo ita proſpera, vegeta, ut per omnem
„ vitam nunquam morbo decubuerit. Ante annos ſex è ſummis
„ gradibus in ſolum lateritium decidit; caſus erat plus quàm letalis;
„ convaluit tamen, ſed ut ſolet, mali reliquiis in corpore reſidenti-
„ bus; utcunque diſſimulabat ille. Tam erat animi generoſi, ut
„ puderet dolere. Anno priusquam moreretur, corripuit illum
„ graviſſimus cruciatus circa talum dextri pedis. Ibi præſtò erant
„ Medicorum officia, quæ nihil aliud quàm exaſperabant malum,
„ dum de morbi genere diſſentientes, alii aliud admovent reme-
„ dium; nec deerant, qui Autores eſſent pedem reſecandum eſſe.
„ Tandem aliunde venit Medicus, qui dolorem hactenus ſedaret,
„ ut & tolerabilis eſſet, & ſomni cibíque ſumendi permitteret fa-

„ cultatem. Demum ita confirmatus eſt, ut bis equo proficiſceretur *Francfordiam*, malo in dextri pedis digitos relegato, quos ſolos flectere non poterat, cætera valens. Tum à me tum à Medico frequenter monitus, ut rariùs prodiret in publicum, aut veſtitu contra frigus munitior prodiret, non obtemperavit, pudendum eſſe ratus, ſi quicquam omnino priſtinæ conſuetudinis omittens morbi ſpeciem præ ſe ferret. Jam & duos manûs dextræ digitos ſtupor occupârat, morbi imminentis præludium. Diſſimulavit & hoc, parum virile ducens quicquam morbo concedere. Denique dum in ſublimi agit neſcio quid, correptus, ut eſt probabile, vi morbi in pavimentum decidit pronus, non ſinè gravi cranii vulnere. Delatus in lectum nec oculos attollebat, nec ullum ſenſûs indicium dedit, nec ullam omnino vitæ ſignificationem, niſi quòd manum ſiniſtram movebat, nam dextrum latus omne diſſimulata paralyſis ſtupefecerat. Ita biduum conſopitus ſub mortem experrectus eſt, ægre paulùm diductis oculi ſiniſtri genis, linguâ tamen immobili; nec ſupervixit ultra ſex horas. Ita noſter FROBENIUS rebus humanis exemptus ad vitam tranſiit feliciorem: uxori, liberis, amicis acerbo luctu; toti Civitati notíſque omnibus gravi ſui deſiderio relicto. Ob hujus mortem decebat omnes, qui colunt bonas literas, pullatos, lacrymas & luctum ſumere, apio, floſculíſque ſepulchrum ornare, lymphas aſpergere, odores adolere, ſi quid talibus officiis proficeretur. Certè illud erit gratitudinis, ut omnes defuncto bene precemur, memoriámque laudibus debitis celebremus. Officinæ *Frobenianæ* faveamus, quæ non ſolùm non ceſſabit ob heri ſui deceſſum, ſed ſummâ vi adnitetur, ut, quod ille inſtituit, ſemper in majus meliúſque provehatur.

*Epitaphium* JOANNIS FROBENII *per* ERASMUM *Roterod.*

Arida *Joannis* tegit hic lapis oſſa *Frobeni*,
  Orbe viret toto, neſcia fama mori.
Moribus hanc niveis meruit ſtudiíſque juvandis:
  Quæ nunc mœſta jacent orba parente ſuo.
Rettulit, ornavit veterum monumenta Sophorum,
  Arte, manu, curis, ære, favore, fide.
Huic vitam in Cœlis date, Numina juſta, perennem;
  Per nos in terris fama perennis erit.

*Ejusdem in eundem Græcè.*

Ὧδ᾽ ὁ Ἰωάννης καθεύδει τυπογράφος Φροβέννιος·
Οὐδ᾽ ἐν ἄλλῳ πλέον ὀφείλει τῶν λόγων σπουδάσματα.

Mi

Μὴ νεκρὸν θρηνεῖτε, ζῇ γὰρ, καὶ πνέει, πνεύσων ἀεὶ,
Τῇτε ψυχῇ, τῇτε φήμῃ, τοῖς τε βίβλων λειψάνοις.

Poſt exequias FROBENIO redditas nos in *Italiam* ad ſe & ſua tempora reducit ALDUS, quem apud *Venetos* operibus ſtrenuè typographicis inſudantem (a) ſuperiori exeunte ſæculo reliquimus. Multos jam ex *Græcis* antiquis in vario eruditionis genere Scriptoribus luci reſtituerat, eóſque typis, quorum pompa grande aliquid tanto artifice dignum exhibebat oculis, illuſtraverat. Provinciam tam feliciter inchoatam & hactenus promotam mirâ induſtriâ proſequitur: & cum novâ hâc annorum Centuriâ novum introducit Characterum genus; qui, licèt exiliores, ſuâ tamen (quæ parvis ineſſe ſolet) gratiâ grandiorum illorum magnificentiam æquarent, & (ferè dixeram) vincerent.

Anno 1501. ineunte minutulos *Italicos* Characteres, quibus Libros minore formâ vulgandos excuderet, comparavit; eorúmque ſpecimen primum in VIRGILIO menſe *Aprili* exhibuit, in quo Grammatoglyptæ hôc triſticho Hendecaſyllabo laudati nomen legimus.

In Grammatoglyptæ laudem.
*Qui Graiis dedit* ALDUS, *en Latinis*
*Dat nunc Grammata ſcalpta Dædaleis*
FRANCISCI *manibus* Bononienſis.

Græcis enim formæ hujus exilioris typis jam (b) antea uti cœperat. *Iisdem* (utì in VIRGILII initio Lectorem monet) *formulis erat animus poſthac dare optimos quosque Authores*: & nequis malâ fraude beneficium ipſius ingenio quæſitum interciperet, hôc Privilegio ſe munivit.

*Juſſu mandatóve ILL. P. S. Q. V. Nobilis Literator, Plebeie, Impreſſor, Mercator, Mercenarie, quisquis es, id genus Charactères decennium ne attingito. Libros hujuscemodi litterulis excuſos neu impreſſito, néve vendito. Siquis hujusce juſſionis ergo adverſùs ierit, fecerítve, pœnas ſtatutas pendito; eæ'que Magiſtratûs. Orphanotrophii. Delatoris ſunto. ALDUS. M. R.*

Hâc itaque formâ emiſit primùm PUB. VIRG. MARONIS Bucolica,

(a) *Annal. Typogr.* Vol. I. pag. 255. (b) Lege *Annal. Typogr.* Vol. I. pag. 252.

(a) Lege

colica, Georgica, Æneïda (a) *quàm emendata ; cætera, quæ Poëta exercendi ſui gratiâ compoſuit, & obſcœna, quæ eidem adſcribuntur, Enchiridio digna non cenſuit.*

## ALDUS Studioſis S.

*Si quisquam eſt, qui accuſandi caſus in* is *per* ei *diphthongum miratur excuſos typis noſtris, id à nobis conſulto factum ne ſit neſcius, tum quia facere ad eruditionem videbatur, tum etiam, ut imitaremur antiquos, qui dandi etiam, & auferendi caſus in* is, *nedum accuſandi per* ei *diphthongum ſcripſiſſe leguntur, ut* vieis, officieis, captiveis, *pro* viis, officiis, captivis, *ſed hi nunc penitus exoleverunt. Accuſativos autem eorum tantū nominum, de quibus Priscianus meminit, ad recti, patriíque caſus differentiam per* ei *ſcribere operæ pretium ducimus. Præſertim in Poëtis, Plauto, Lucretio, Catullo, Vergilio, & antiquis cæteris. Nam in aliis nondum auſim propter Criticos. Præterea quia dictiones Græcas accentu Græco pronuntiandas Grammatici jubent; Idcirco Simóis, Corýdon, Amaryllída, Euryſtéa, Dáreta, A'donis, Aethéra, Didò, Mantûs, & id genus multa accentu Græco imprimenda curavimus. Quare Ariſtotéles etiam, Penelópe, Pentecoſtè, & ſimilia accentu Græco pronuntianda existimem, alibi oſtendemus.*

*Nunc autem quia tonis, cæterísque accentibus uſi ſumus interdum differentiæ, & eruditionis gratia, libuit quædam ſubjungere non inutilia bonas litteras discere cupientibus. ea vero ſunt.*

*Mécum unà in ſylvis. O'ccidit ûna domus, Stoicus occídit Baream. Viróſque valentes contûdit crudelis hyems, Et cóntudit herbas. Ergò age care pater. I'llius ergó uénimus, Nunc uenîmus. Curro in círcum. maria omnia circúm. coràm, quem quæritis, adſum. uidi Córam, & álias uicinas urbes. Non aliâs cœlo ceciderunt plura ſereno fulgura. Penè interiit formidine pœ́næ. Ferè omnes, morſu féræ. Venêre ſubulci, abſtinuit uénere, & baccho. Adversùm te gratum, ei loco exádverſum tonſtrina erat. Multos uérſus, Romám verſus. Dúntaxat dumtáxat lætatur. Dic alíquando aliquandò quis deſinat. Legêre fraga, quia légere placuit. Pône Tigillinum, ponè ſubit conjunx. Curribus Automédon, quid facis autómedon? Iò triumphe, Spectabat ad Ió. Mos eſt geſtare pharétram, ſuccinctam pháretram. Ac ueluti lentis Cyclópes fulmina maſſis. Infandi Cýclopes, & altis montibus errant. A'rcades legimus cantores fuiſſe, Soli cantare periti Arcádes. Palàm omnibus pálam tulit. Amíci A'myci caſum gemit.*

*Vnius ob iram, únius ob noxam. Hominésne, ferǽne, tu caue nê titubes, Nè pete connubiis. Indoctúsue pilæ, discíue, trochíue quiescit, Si*

*ſenſero*

(a) Lege ejus Præfatiunculam ad Studioſos omnes in primâ VIRGILII paginâ.

(a) *Champ*

*ſenſero uæ tibi cauſidico. Sìc fatur lachrymans. Sìc tua cirnæas fugiant examina taxos. V'nde venis. genus undè Latinum.*

*Quándo erit ut condas inſtar Carthaginis urbem?*
*Quandò eram paruulus loquebar ut paruulus.*

*V'bi quæram Pamphilum? ſæuus ubì Æacidæ telo iacet Hector. Contrà Dalmatas, ſtat contrà, ſtaríque jubet. Tu quoque littoribus, quóque magis faueas. I'taque fuit, itáque fecit. Neque ignari ſumus antemalorum. Quem ſimulac tali præſenſit peſte teneri.*

*Lutoſus ager. amica luto, ſus. Glandem. Pannum. panem peredunt ſus, tinea, mus. Suſtineamus labores omneis. Vitam dederītis in undis. non mi pretium. dederitis, & ſi dedéritis, bene erit. Obſtupui, ſtetērúntque comæ, cum ſtetérunt contra. Déinde, próinde. ſiquando, néquando. E'o die, eò ibimus. Tanton'me crimine dignum? Phyrrhin' connubia ſervas? Talin' poſſum me opponere monſtro? Poſterius res inuenta'ſt. Conceſſum'ſt legibus æquis. Non opus'ſt. Trop[h]æum. Triump[h]um. Pyrr[h]us. T[h]rax. Ac[h]illes. A[h]ena. Nil mi[h]i reſcribas. Tu ni[h]il inuita dices faciésque Minerva. Hæc placuit ſubiungere, tum quia multum profutura exiſtimamus iis, qui optime ſcire Latinam linguam deſiderant, tum etiam ut rudium acueremus ingenia. VALETE.*

Hos Characteres, quos (a) *Aldinos*, aut (b) *Curſivos* ſeu *Cancellarios*

(a) *Champ Fleury de* GEOFROY TORY feuill. 72. ——— *Lettre ditte* Aldine *pource que* ALDE, *le noble Imprimeur Romain, demourant & imprimant n'agueres en* Veniſe *a mis en uſage. Elle eſt gratieuſe, pource qu'elle eſt meisgre, comme eſt la Lettre Grecque courant & non Majuſcule.*

(b) CHEVILLER. p. 114. *Ce Caractére fut d'abord bien reçû, parce qu'il occupe peu de place, & approche fort de l'Ecriture à la main.* Idem pag. 115. *Cependant ce Caractére Italique, pour qui il obtint tant de Brefs, n'eſt point bon pour les gros Ouvrages d'Imprimerie. Que l'on compare l'Edition du* Cornucopiæ *de* GERING *en Lettres rondes, avec celle-ci de* MANUCE *en Italique, l'Edition de* GERING *eſt plus belle, & fatigue bien moins la vûë. Le Livre* De Harmonia Mundi *de* GEORGE Venitien *fut imprimé à* Paris *en* 1544. *par* André BERTHELIN *d'une Lettre Italique, mais groſſe, & des plus belles qui ayent paru. Celui qui voit cette Edition de* Paris, *& la compare avec celle qui fut faite auparavant à* Veniſe, *l'année* 1525. *par* BERNARDIN de VITALIBUS *en belles lettres rondes, s'il eſt de bon gout, ſe declare auſſitôt pour l'Edition de* Veniſe.

*L'avantage que l'Imprimerie tire du Caractére Italique, c'eſt qu'il eſt propre à faire diſtinguer dans les Imprimez les Titres des Chapitres, les Citations, les Paſſages, les Epitres & les petites Pieces, qu'on y rapporte. On les détache par ce moyen de la Lettre courante de l'Ouvrage; auſſi ne l'employe-t-on guère préſentement que pour cet effet: & on ne voit plus d'Editions conſiderables faittes purement de lettre Italique. Encore y a-t-il des Auteurs, qui même pour ces petites Pieces, qu'on inſere dans les Traitez, & pour les Paſſages un peu longs, ne veulent point s'en ſervir; parce qu'elle fait toûjours plus de peine à lire; & n'employent pour les diſtinguer que la lettre courante marquée de Guillemets, c'eſt-à-dire de deux Virgules à côté de chaque ligne. On l'a ainſi pratiqué dans le Tome poſthume de* RAYNALDUS, *ajoûté aux Annales du Cardinal* BARONIUS, *& imprimé à* Rome *en l'année* 1686. *où on a changé de methode, & reformé preſqu'entierement la lettre Itali-*

*que:*

*larios* vocant, in Libris ex ſuâ Officinâ prodeuntibus (a) deinceps ALDUS conſtanter adhibuit. Nec Privilegio, quod à Senatu *Veneto* impetraverat, contentus, Diplomata (b) tria à Pontificibus *Romanis* poſtea obtinuit; anno 1502. 17. *Decemb.* ab ALEXANDRO VI; anno 1513. 27. *Januar.* à JULIO; & 28. *Novemb.* à LEONE X. In his omnibus laudatur ALDUS, qui *utriusque Linguæ Librorum inſtaurator, tot jam annos pro virili de re litterariâ bene mereri non ceſſans, multis virtutum donis inſignitus, variiſque laboribus & excellenti doctrinâ, ad communem doctorum utilitatem novis excogitatis Characterum, quos vulgus* Curſivos *ſeu* Cancellarios *appellat, formis aſſiduam operam Libris tum exactè emendandis, tum omni curâ & ſtudio imprimendis tam pulchre, ut calamo conſcripti videantur, impendit; magnósque in eâ re ſumptus facit.* Privilegium primum in decem, ſecundum & tertium in quindecim, annos conceſſum eſt. Secundum huic (c) procuravit ALBERTUS PIUS de *Sabaudiâ Carporum* Comes MAXIMILIANI Imperatoris apud JULIUM II. Orator. Tertium his verbis concluditur: *Volumus autem, &* ALDUM *ipſum in Domino hortamur, ut Libros juſto pretio vendat, aut vendi faciat, ne his conceſſionibus noſtris ad aliam, quàm honeſtum eſt, partem utatur; quod tamen eum pro ſuâ integritate atque in nos obſervantiâ curaturum planè confidimus.*

*Aldinam* Officinam ejúsque (d) Characteres, viri tunc plerique doctiſſi-

*que: ce qu'on imprimoit de ce Caractère dans les Tomes précedens, on le voit en lettres rondes dans ce dernier.*

(a) Lege LITTER. *Illuſtrium ad* REUCHLIN. ubi Epiſtol. ALD. 18. *April.* 1502. dat. ——— *Impreſſi ſunt literis parvis Virgilius, Horatius, Juvenalis, Perſius, Martialis, Lucanus, Catullus, Tibullus, Propertius, Epiſtolæ Familiares Marci Tullii. Iisdem Characteribus imprimuntur Ovidii Opera, Statius, Valerius Maximus.*

(b) Tria hæc impreſſa in Editione *Cornu-cop.* PEROTTI 1513. leguntur.

(c) Uti in ipſo Privilegio legitur.

(d) ERASM. Epiſtol. pag. 155.] Andr. AMMONIUS ERASMO ——— *Ego Aldina malim Exemplaria, cùm ob Latinorum, tum ob* Ἑλληνικῶν Χαρακτήρων *χάριν* ——— Londino 19. Maii 1515. Et pag. 194.] Germanus BRIXIUS ERASMO. ——— *amicitiæ veteris, quæ nobiscum olim* Venetiis *interceſſit, dum ego ſub* Jano LASCARE ——— *vixdum Latinis Litteris initiatus, Græcis operam navare auſpicarer: tu in ædibus* ALDI MANUTII, *ſingularis etiam dum eruditionis tuæ, tum Græcæ, tum Latinæ, egregia illa, atque inculpata ſpecimina Diis Hominibúsque plaudentibus præberes. Inter quæ extant* Proverbiorum *Chiliades quatuor.* ——— Pariſiis 6. April. 1516. Et pag. 1529.] SERVATIO ERASMUS. ——— Adagiorum *Opus ab* ALDO *impreſſum an videris neſcio. Eſt quidem profanum, ſed ad omnem doctrinam utiliſſimum. Mihi certè inæſtimabilibus conſtitit laboribus ac vigiliis* ——— *Ex* Arce Hammenſi *juxta* Caletum. 9. Jul. 1514.

ERASMUS ALDUM ſuum hoſpitem vocat in Epiſtol. ad *Jodocum* GAVERUM pag. 788. Is, cùm ipſi à quibusdam dedecori verteretur *Aldinum* Hoſpitium, ſe hâc de re ſic purgavit in Epiſtolis (pag. 1754.) ad *Viglium* ZUICHEMUM *Phrygium* ann. 1532. & 1533. Friburgo Patavium *miſſis.* ——— *Liber* SCALIGERI *tam eſt furioſus, ut* Oreſtes *non poſſet ſcribere inſaniora. Facilè crediderim aliquid veneni additum à* BEDDÂ: *nam id facit in omnibus, quæ in me ſcripta* Lu-

doctiſſimi, Erasmus in primis, elegerunt, ſiquid vellent in lucem emittere: nec (a) etiam cuiquam alii poterant ſuas committe-

re

Lutetiæ *excuduntur. Et fieri poteſt, ut in partem juverit* Camillus. *Sed auctorem tam novi, quàm ſcio me vivere.* ——— *De* Julii Camilli *Libro miror iſtic muſſari, quum* Lutetiæ *excuſus volitet per omnes regiones. Non perlegi totum, tantùm carptim deguſtavi: totus à capite usque ad calcem ſcatet impudentiſſimis mendaciis, & plusquan furioſis conviciis.* ——— *Ait me apud* Aldum *ſervi hominis fuiſſe functum officio, hoc eſt, Lectoris, quum apud* Aldum *nihil legerem præter penultimam formam, ſi quid vellem addere.* Aldus *legebat poſt me, idque tantùm in meis* Adagiis, *quæ ſimul & à me ſcribebantur, & ab* Aldo *excudebantur. Ait vix temperatum à manibus, quòd in eâ menſâ ſederem, quum ſederem ſupra* Asulanum *&* Aldum, *quúmque ſummo ſtudio hoc egerint, ut abſolutis* Adagiis *me menſes aliquot remorarentur.* ——— *Eſt* Lutetiæ Bedda *tibi notus, qui ſic furit odio, ut nihil ſit tam inſulſum aut inſanum, quod non curet excudendum, modò malè tractet* Erasmum. *Sed interim ſe præbet omnibus deridendum. Is quædam venena addidit Libello* Julii. *Titulus erat* Julii Cæſaris Scaligeri. *Fingit ſe eſſe* Gallum, *& nominat locum quendam obſcurum. Ex phraſi, ex ore & loquutione convictûs* Aldini, *aliisque compluribus mihi perſuaſi hoc Opus, maximâ ſaltem ex parte, eſſe* Hieronymi Aleandri: *nam mihi genius illius domeſtico convictu adeò cognitus perſpectúsque eſt, ut ipſe ſibi non poſſit eſſe notior. Continuò per Literas cum illo expoſtulavi: verùm is ex* Ratisbonâ *Literis amanter ſcriptis ſanctè dejerat ſe ſemper fuiſſe amicum & futurum.* Lege de hàc inter Erasmum & Scaligerum contentione Vol. I. *Annal. Typograph.* pag. 292.

Pag. 807. Erasmus in Epiſtolâ (in quâ de quibusdam Criticis & ſuorum Operum cenſoribus, *Angelo* Colicio & Caralio queritur) ad *Haionem* Hermannum *Friſium Baſileæ* 31. *Aug.* 1524 datâ: ——— *De* Plauto *apud* Aldum *caſtigato quadraginta aureis, næ iſte modeſtè mentitus eſt: viginti duntaxat coronati numerati ſunt, nec aliud ſusceperam quàm caſtigationem verſuum confuſorum, idque præſtiti in his, in quibus carminis genus erat perpetuum. De mendis tollendis nihil receperam.*

Pag. 982. Erasmus de loco Gellii quodam in *Aldinâ* Editione ſic ſcribit ad *Leonardum* Coxum *Anglum* 21. *Maii.* 1527. ——— *De* Synere *quod quaris, ſic habet res: Ante annos ferme viginti quum* Senæ *fingerem ingenium* Alexandri *Archiepiscopi S.* Andreæ, *fratris hujus, qui nunc* Scotiæ *regnum tenet, nactus ſum* Aulum Gellium *pervetuſtæ Editionis, & ni fallor, primæ. Mihi videbatur cæteris, quas videram, emendatior. Illic & Græcè & Latinè habebatur* Synere. *Quanquam autem eæ interpretationes, quæ initium habent ab* Id eſt, *non ſunt* A. Gellii, *tamen ejusmodi videntur, ut arbitrer ipſum nihilo meliùs fuiſſe ſua redditurum. Nunc etiam in* Aldinâ *Editione video ſcripturam utranque mutatam, pro* Synere *repoſitum* σειρήνων, *& metri quidem conſtat ratio; verùm an germana ſit lectio, neſcio. Ego ſuſpicabar* Synar *talem eſſe vocem qualis eſt* piper. *Nihil tamen hactenus apud Auctores comperi, quod mihi ſatìs arrideat.*

(a) Lege, quid Aldus de ſe teſtetur in Epiſtolâ ad Lectorem *Cornu-Copiæ* anno 1517. præfixâ. *Omne inventum, quamvis ingenioſum, & conducibile, adulterari longâ die, ac potiùs malitiâ hominum, qui ſe ſibi ſolùm natos arbitrati, ſtudent ſemper, ex alienis incommodis ſua ut comparent commoda, converti in malum conſtat: quemadmodum temporibus noſtris accidiſſe videmus in miro hòc, & quàm laborioſiſſ. modo ſcribendorum Librorum, nam quantum quisque commodi ex eâ re futurum ſperabat, nemo eſt, qui non perſpiciat: quantum item indè incommodi, quanta bonorum Librorum pernicies, quanta ruina & jam ſit, & futura (niſi Deus prohibeat) videatur, non queo dicere. Primùm enim in quorum artificum manus pervenerint ſacra literarum monimenta, videmus. Deinde, quâ litteraturâ præditi quidam, Libros omneis enarrare, com-*

*men-*

*mentari, corrigere audeant, ſcimus. Quamobrem periculum non mediocre eſt, ne beneficium hoc imprimendi Libros à Deo immortali Hominibus datum, ipſi, cùm liceat vel infantiſſimo cuique pro animi ſui libidine temere in quem vult Librum graſſari, in maximum maleficium convertamus, & interitum literarum. Sed de hôc aliàs: non enim brevi Epiſtolâ opus eſſet, ſi ſingillatim, & cumulatè tractare id velim. Illud nolo ſilentio præteriri, me, quod in me erit, pedibus, manibúſque (ut aiunt) facturum, ut laboranti rei literariæ conſulatur, quemadmodum hôc in Libro fecimus: in quo plurima vulnera ope, & labore noſtro ſanata ſunt: licèt multa ſint prætermiſſa conſultò, quod non eſſet ſatìs otii ad curandum: quis enim in tantâ operarum, ac potiùs inimicorum, (nam tot inimici, quot operæ) vel feſtinatione, vel ignorantiâ, vel malitiâ, aliquod mediocri etiam dignum laude queat efficere? Si diem unum, aut biduum, triduúmve ad ſummum mecum viveres, ſtudioſe Lector, mirum diceres, ſic dare, quæ damus, potuiſſe. Sed ſi, quò volo, tandem hoc ſaxum volvero, ſi potuero aliquando parere, quod jamdiu, & multos annos parturio, ſpero, volente* JESU *Deo optimo maximo, unde optimum quodque donum, bonúmque proficiſcitur, effecturum, quod cupio, ac Studioſis omnibus, hâc noſtrâ laborioſâ provinciâ, ſatìs abundéque facturum. Habes nunc, Lector amice, diligenter, ac miro ordine typis noſtris excuſum* PEROTTI Sypontini *Pontificis* Cornucopiæ: *in quo ſiquid vel à nobis, vel ab ipſo Authore erratum fuerit, ignoſcendum eſt.* &c.

Non tamen *Aldinæ* Editiones doctis quibusdam, neque ipſi quidem ERASMO, ſemper placuerunt. (Lege Vol. I. *Annal. Typographic.* pag. 236.) cùm autem ibi à CHEVILLERIO (p. 126.) allata accuratiùs expendo, videntur mihi multa, non ad ALDUM veterem (qui anno 1517. obiit) ſed ad eos, qui ei in Officinâ ſucceſſerunt, referri poſſe. Primùm enim Epiſtola ad GOCLENIUM (*Vita* ERASM. *Lugd. Bat.* 1642. in 12. p. 173.) cùm nullo anno definiatur, poterat innuere Editionem HOMERI, quæ poſt ALDI primi obitum ex *Aldino* prælo ann. 1524. aut 1528. prodierat (FABRIC. *Biblioth. Gr.* lib. 2. p. 297.) & CICERONIS ann. 1519. —— 1522. (FABRIC. *Biblioth. Latin.* p. 142.)

Quod autem ſpectat PLUTARCHI Opera (ſcil. *Moralia*, quæ ALDUS excuderat ann. 1509.), & FESTUM POMPEIUM (quem ALDUS ediderat 1513. cum VARRON. *de Ling. Lat.* & NON. MARCEL.), ERASMUS culpam transfert ab ALDO in Exemplar PLUTARCHI depravatum, & in quendam Pædagogum (tales enim operas hujusmodi hominibus committere ſolebat) POMPEII recognitorem. Denique cùm Epiſtola illa, in quâ ERASMUS de POMPEII Editione queritur, (pag. 1518.) ad amicos Lectores anno 1536. data ſit, non opus eſt in illâ notari POMPEII Editionem ann. 1513. potiùs quàm aliquam aliam poſt ALDI obitum ex *Aldina* Officinâ emiſſam. Ut verò *Aldinæ* POMPEII FESTI ann. 1513. Editioni majorem gratiam conciliem, hìc integram ALDI ad Lectorem Epiſtolam illi præfixam adjiciam.

ALDUS LECTORI S.

*Non poſſum non vehementer iraſci audaculis, ac temerariis quibusdam, etiam antiquis, qui diminuendis, & mutilandis alienis Libris delectati, totam in eo ſtudio curam, operámque poſuerunt: id quod, ſi feciſſent, ut ſibi indè eligerent, quæ magìs probarent, quǽque faciliùs memoriæ mandare, & tenere tenaciùs poſſent, non improbarem eorum conſilium; ſed ob eam cauſam id feciſſe videntur, ut relictis, ac ſpretis tanquam verboſis, & nugacibus propriis Authoribus, ipſi laudarentur, ipſi legerentur, obliteratóque illorum nomine, ſuum ſubſtituerunt. Sic* TROGI POMPEII JUSTINUS; *Sic* T. LIVII LUCIUS FLORUS; *Sic* SEXTI POMPEII *neſcio quis* PAULUS *abbreviatior factus eſt, qui utinam antè, quàm tam iniquum facinus aggrederentur, ipſi vel mutilati, vel diſcerpti occidiſſent. Eſſet enim in manibus* TROGUS: *integri &* LIVIUS, *&* POMPEIUS *haberentur, quanquam* TROGUM *brevì me ſpero daturum in medium: extat enim, & penès amicum quendam meum frugi hominem, ac doctum, & fide plenum. Nec deſpero &* LIVIUM *quoque, & cæteros bonos, vel meâ, vel aliorum curâ aliquando inventum iri. Faveat Deus cœptis noſtris. Cur autem* PAULUS *is, cujus modò memini,* SEXTUM POMPEIUM *mutilaverit, cognoſces ex ejus Epiſtolâ, quam hic curavi imprimendam,*

*non*

re lucubrationes, qui rei literariæ magìs conſuleret. Anno (a) 1504. ſuo cognomini & prænomini tertium de more *Romano* inſeruit, & ſe appellavit ALDUM PIUM MANUTIUM ab ALBERTO PIO *Carporum* Principe, (b) qui in ſuam familiam cum collatis quoque opimis facultatibus cooptaverat.

Suarum Editionum calci ſuſcribere ſolebat (c) *apud* ALDUM, aut (d) *ex ædibus* ALDI, aut (e) *in* ALDI *Romani Academiâ*, adjectis anno & menſe, neglecto plerumque menſis die, quem alii etiam huic coetanei (f) Typographi ſæpius omittebant. Inſigne ALDI typographicum ante hujus ſæculi (g) initium non vidi. Hoc erat (h) Delphinus anchoræ circumtortus, cum (a) roſtro

*non quòd digna lectu videretur (eſt enim indocta ſanè, ac barbara) ſed ut, qualiscunque ea eſt, pleniori teſtimonio foret, ab arroganti homine doctiſſimas* POMPEII *lucubrationes indignè, ac iniquè diminutas, & laceratas fuiſſe. Vale.*

ERASMUS aliquando ALDI laborem culpavit tanquam inutilem. Is in (1) Epiſtolâ (pag. 802.) *Lexico Græco-Latino*, quod edebat, anno 1524. 1. *Jul.* præfixâ ſcribit hæc: *Veterem* (2) *Indicem, qui verſo dictionum ordine ex Latinis indicabat Græcas, omiſimus velut inutilem, ac nihil aliud, quàm onerantem Volumen. Primùm, ille, qualis qualis erat, mutilus erat, nimirum tantùm eas dictiones complectens, quas* ALDUS *primâ dedit Editione. Qui ſi perficiatur, duplicari Voluminis magnitudinem neceſſe eſt. Nec tamen hujus ullum uſum video, niſi ſi quis meditetur Græcè ſcribere. Atqui ea facultas ex Auctoribus petenda eſt, quæ ex Dictionariis infeliciter peteretur.* ALDUS *ipſe quondam à me rogatus, cur Indice tam operoſo pariter & ocioſo duxiſſet onerandum eſſe Codicem, nihil aliud reſpondit, quàm hâc difficultate deterritos fuiſſe Editionis æmulos. Proinde nemo minoris æſtimet hoc Volumen, cujus ſarcinæ nonnihil detractum eſt, utilitati multum acceſſit.*

(a) Lege Epiſtol. in DEMOSTH. ann. 1504.

(b) CHEVILLER. p. 234. & Vol. I. *Annal. Typogr.* p. 241.

(c) HORAT. 1501.

(d) Ex ædibus ALDI *Romani* menſe *Aprili.* M. D I. VIRGIL.

(e) SOPHOC. 1502. NAZIANZ. carm. 1504. Neſcio an ALDUS illam velit Academiam, cujus mentionem feciſſe eum notavi Vol. I. *Annal. Typogr.* p. 241.

(f) Vide Editiones plurimas FROBENII. *Nov. Teſt.* apud FROBEN. M.D.XIX. menſe *Martio*, & ERASM. aliq. Epiſtol. apud *Theodor.* MARTIN. *Lovan.* M.D. XVII. menſe *Aprili.* & *Polydor.* VERG. *de Invent.* apud *Math.* SCHURER. *Argentor.* menſe *Junio* M.D.XII. Et AUL. GELL. apud BAD. *Pariſ.* menſe *Octobri* M.D.XIX. &c. Neque tamen diei notam ſemper negligebant; E. G. ALDUS in *Gramm.* LASCAR. *Gr.* 1494. *octavo Martii.* FROBENIUS in Epiſt. ERASM. 1521. *Prid. Cal. Sept.* Theodoric. MARTIN. in *Lucubratiunc.* ERASM. *Antwerp.* 1509. *Novemb.* VI. &c. Conſule poſtea Editiones COLINÆI, & STEPHANORUM, &c.

(g) ULPIAN. in DEMOSTHEN. 1503.

(h) De ſuo Delphino & Anchorâ quid ALDUS antè ſcripſerit, lege Vol. I. *Annal. Typograph.* pag. 254. Lege & *Claud.* MIN. *Syntagm. de Symbol.* (ALCIAT. *Emblem.* RAPHELENG. 1608.) pag. 43. & ejus Comment. ad Emblem. XX. pag. 148. & CHEVILLER. pag. 208. ——— *Il avoit emprunté ce Hieroglyphe de l'Empereur* TITUS, *dont* Pierre BEMBE, *qui fut*

(1) De hâc plura, cùm iſtius *Lexici* à GORMONTIO excuſi mentionem faciam.
(2) De hôc Alphabetico Indice, lege Vol. I. *Annal. Typograph.* pag. 248.

(a) roſtro in dexteram anchoræ partem demiſſo ; voce ALDUS vel

*fut depuis Cardinal, lui donna la Médaille d'argent, frappée d'un côté du Portrait de ce Prince, & de l'autre du Dauphin entortillant une Ancre.*

(a) CHEVILLER. pag. 208.] „ Quelques Libraires de *Florence*, voyant „ qu'ils ne pouvoient rien faire qui aprochât de la beauté & de l'exactitude des „ Impreſſions d'ALDE, ſe reſolurent de les „ contrefaire, auſſi bien que la Marque de „ ſon Imprimerie: mais ils firent une faute par où on reconnut la fraude. Ils „ tournerent la tête du Dauphin au côté „ gauche de l'Ancre, au lieu que dans les „ Livres d'ALDE elle eſt tournée au côté „ droit. *François d'*AZOLO découvrit „ leur tromperie, & en avertit dans la „ Préface qu'il mit au TITE-LIVE in „ 8. de 1518. où il dit: *Extremum eſt*, „ *ut admoneamus* Florentinos *quoſdam Impreſſores, cùm viderint diligentiam* „ *noſtram in caſtigando & imprimendo non* „ *poſſe aſſequi, ad artes confugiſſe ſolitas;* „ *hoc eſt* Grammaticis Inſtitutionibus AL„ DI *in ſuâ Officinâ formatis, notam Del*„ *phini Anchoræ involuti noſtrum appoſuiſſe:* „ *ſed ita egerunt, ut quivis mediocriter ver*„ *ſatus in Libris impreſſionis noſtræ animad*„ *vertat illos imprudenter feciſſe. Nam ros*„ *trum Delphini in partem ſiniſtram vergit*, „ *cùm tamen noſtrum in dexteram totam* „ *demittatur.*

Patere, Lector, ut excerpam ea; quantumvìs longiuſcula quæ ERASMUS de *Aldino* Symbolo ALDóque variiſque rebus typographicis & ſuis & alienis ſcripſerit in *Adagiorum* (Titul. *Feſtinatio Præpropera; Feſtina lentè*) Editione ex * *Hieronymi* FROBENII Officinâ ——— *Itaque dictum eſt* σπεῦδε βραδέως *ex ipſis usque priscæ Phi-*

* Ibi ſic ERASMUS in Præfatione ad Philologos. ------ *Quod non hanc exiguam coronidem adjecimus, magis ne dolo dicam, datum eſt Typographorum efflagitationi, quàm animo meo. Facit enim* Pyladea *quædam amicitia, quæ mihi quondam cum optimo viro* Joanne FROBENIO, *nunc cum patris ſimillimo* Hieronymo FROBENIO *intercedit, & par utriusque in provehendis optimis ſtudiis induſtria mirabilis, ut quum interdum illis quædam negare noluerim, ac fortaſſe debuerim, pernegare quiverim nihil.* ------ *Illud modo Lectorem nolim oblivisci; ne quid miretur, ſi in hôc Opere quædam occurrent diverſis temporibus ſcripta. In cauſâ ſunt crebræ Editiones, non ſinè novis auctariis: primum enim hujus argumenti dedimus apud* Pariſiorum Lutetiam, *per Typographum* Joannem PHILIPPUM [de quo lege Vol. I. *Annal. Typogr.* pag. 303. & 332.] *Natione* Germanum, *qui tum habebat Officinam in Vico divi* MARCI, *ad Inſigne* TRINITATIS. [at 1495. habebat Interſignium S. BARBARÆ. Lege Vol. I. *Annal. Typogr.* pag. 331.] *Anno* 1500. *Menſem non expreſſit Typographus, ſed Epiſtola quam præmiſit* Fauſtus ANDRELINUS, *habet ejusdem anni decimum quintum diem* Junii. *Hanc Editionem aliquanto pòſt æmulatus eſt* Jodocus BADIUS, *deinde* Matthias SCHURERIUS Argentorati: *poſt hæc Opus ad juſti Voluminis magnitudinem adauctum*, Venetiæ *edidimus apud* Aldum MANUTIUM *Anno* 1518. Aldinam *Editionem me inſcio æmulatus eſt* Baſileæ JOANNES FROBENIUS: *à quo plus ſepties excuſum eſt idem Opus, at nunquam ſine acceſſionibus. Quoniam autem hoc ſcripti genus conſtat induſtriâ hinc atque hinc decerpendi, non ita multum laudis tulerit, qui primus apud Latinos aggreſſus ſit* [illegible]: *niſi ſi quid promereatur judicandi tractandique dexteritas. Si quis proferet Editionem vetuſtiorem eâ, quam oſtendi fuiſſe primam, ei lubens hoc laudis tribuero, quòd illi non illiberalis cogitatio ante alios venerit in mentem. Et ſane mirum eſt, quum apud Græcos tot clariſſimi Scriptores ex profeſſo tractârint hoc genus, apud Latinos nullum extitiſſe vel è turbâ Grammaticorum, qui ſimile negocium ſuſciperet.* ------- *Quisquis igitur hoc primus apud Latinos aggreſſus eſt, rem nec illiberalem nec infrugiferam aggreſſus eſt. Jam biennium exierat, ex quo* Lutetiæ *Operis hujus guſtum fueram auſpicatus: quum* Lovanii *agens, fortè ex* Hieronymo BUSLIDIO, *qui tum recens ex* Italiâ *venerat, nactus ſum Libellum, Adagia pollicentem: in eo comperi Proverbia ferè ſeptuaginta, è Latinorum, præſertim* Philippi BEROALDI, *Commentariis collecta: contuli annum ac diem: annus erat idem, ſed Editio mea tribus menſibus præceſſerat: & res ipſa ſatis declarabat, neutrum alteri tum fuiſſe notum, ſed ambobus eandem cogitationem incidiſſe in mentem. Itaque ſi quid refert, quis primus hoc argumentum attentârit, uterque noſtrûm primus fuit: ſi primus eſt, qui neminem eſt ſequutus. De Latinis loquor. Quod ſi auxit Proverbia, qui plura edidit, ego nimirum auxi, qui primâ ſtatim Editione dedi plus quàm octingenta: quorum bonam partem hauſeram ex fragmentis* DIOGENIANI *Græcis. At poſteaquam emiſi tot Chiliadas, cuivis proclive fuit ſuis collectaneis aliquam acceſſionem adjungere, quam profiteatur ex bonis Authoribus eſſe decerptam, nec mentiatur tamen. Nos enim Chiliadas omnes ex optimis quibúsque Authoribus decerpſimus, diligenti nomenclaturâ, ſicuti par eſt, indicantes, quid cui feramus acceptum: adeò ut nec* APOSTOLIUM *debitâ laudis portione fraudaverimus: tantum abſuit, ut me plumis alienis venditare voluerim. Hæc indigna ducerem, quæ commemorentur, niſi viderem hoc à quibusdam agi ſeriò, ut primi hoc exemplum induxiſſe videantur, ab aliis, ne quid ex meis Chiliadibus videantur ſumpſiſſe mutuò, ſed rem totam ſuis auſpiciis, ſuóque Marte confeciſſe.*

vel ALDUS MA. RO. in mediâ utrinque anchorâ inſcriptâ. Anno

*Philoſophiæ myſteriis profectum apparet: unde aſcitum eſt à duobus omnium laudatiſſimis Imperatoribus, ita ut alteri Adagionis eſſet loco, alteri Inſignium vice; utriusque moribus ingeniόque mirè quadrans. Nunc verò in* ALDUM MANUTIUM Romanum, *ceu tertium hæredem devenit,*

*Haud equidem ſinè mente reor, ſine numine Divûm.*

*Nam hujus eadem, quæ quondam* TITO VESPASIANO *placuerunt, celebrantur Inſignia non notiſſima modò, verùm etiam gratiſſima quibuscunque, ubivis terrarum bonæ literæ vel notæ ſunt, vel charæ. Neque verò ſymbolum hoc tum illuſtrius fuiſſe crediderim, cùm inſcalptum Imperatorio Nomismati, negociatorum manibus terendum circumferretur, quàm nunc, cùm ubique gentium, vel ultra Chriſtiani Imperii terminos, unà cum omnigenis utriusque Linguæ Voluminibus propagatur, agnoſcitur, tenetur, celebratur ab omnibus, qui liberalium ſtudiorum colunt ſacra: præſertim iis, qui faſtiditâ barbarâ iſtâ pinguique doctrinâ ad veram antiquam aſpirant eruditionem: ad quam reſtituendam vir is quaſi natus, & ab ipſis, ut ita dixerim, fatis factus, ſcalptúsque videtur, tam ardentibus votis unum hoc optat, tam infatigabili molitur ſtudio, usque adeò nullum refugit laborem, ut literaria ſupellex & integra, & ſincera, puráque bonis ingeniis reſtituatur. Quam quidem ad rem quantum jam attulerit momenti, tametſi fatis, penè dixerim, invitis, res ipſa nimirum indicat. Quòd ſi pulcherrimis, planéque regiis* ALDI *noſtri votis Deus aliquis, bonis literis amicus, aspiraverit, & ſi quem numina læva ſinant, intrà paucos annos illud futurum polliceor Studioſis, ut quicquid eſt bonorum Autorum in quatuor Linguis, Latinâ, Græcâ, Hebraicâ, Chaldaicâ, tum autem in omni genere Disciplinarum, id unius hujus operâ, & plenum habeant & emendatum, nullámque jam literariæ ſupellectilis partem quisquam deſideret. Quod ſimul atque contigerit, tum verò palàm fiet, quantum adhuc bonorum Codicum in abdito ſit, vel retruſum ob negligentiam, vel ſuppreſſum quorundam ambitione, quibus hoc unum cordi eſt, ut ſoli ſapere videantur. Tum denique cognitum erit, quàm prodigioſis mendis ſcateant Auctores, etiam hi, qui nunc ſatìs emendati putantur. Cujus rei ſi cui libebit, velut ex deguſtatione conjecturam facere,* Plinianas *Epiſtolas, quæ propediem ex* Aldinâ *Officinâ prodibunt in lucem, cum vulgatis Exemplaribus conferat: quódque ibi deprehenderit, idem in aliis expectet Auctoribus.* Herculanum *mehercule facinus, ac regio quodam animo dignum rem tam divinam, quaſi funditus collapſam, orbi reſtituere, latentia perveſtigare, eruere retruſa, revocare extincta, ſarcire mutila, emendare tot modis depravata, præcipuè vulgarium iſtorum Excuſorum vitio: quibus unius etiam aureoli lucellum antiquius eſt quàm vel univerſa res literaria. Adde iis, quod quantum libet exaggeres eorum laudem, qui Respublicas ſua virtute vel tuentur, vel etiam augent, in re certè prophanâ, tum anguſtis circumſcriptâ ſpaciis verſantur. At qui literas collapſas vindicet, (nam id penè difficilius quàm genuiſſe) primùm rem ſacram molitur & immortalem: tum non unius alicujus provinciæ, ſed omnium ubique gentium, omnium ſeculorum negocium agit. Poſtremò quondam Principum hoc munus erat, inter quos præcipua* PTOLEMÆI *gloria. Quanquam hujus Bibliotheca domeſticis & anguſtis parietibus continebatur:* ALDUS *Bibliothecam molitur, cujus non alia ſepta ſint quàm ipſius Orbis.* ——— *A diverticulo repetetur fabula, ſi priùs expoſuero querelam de Typographis quibusdam, peſſimè de re literariâ merentibus. Non eſt nova querimonia, nunquam tamen juſtior quàm hisce temporibus, quibus hæc mihi quarta, ni fallor, parabatur Editio. Ea fuit anno* 1525. Venetorum *Urbs multis quidem nominibus celeberrima, per* Aldinam *tamen Officinam celebrior eſt; adeò ut quicquid Librorum iſthinc adſertur ad exteras Nationes, ob Civitatis tantum titulum illico ſit vendibilius. Atque ejus nominis lenocinio ſordidi quidam Typographi ſic abutuntur, ut vix ab ullâ Civitate nobis veniant Auctores impudentiùs depravati, nec ii ſanè quilibet, ſed omnium primi, velut* ARISTOTELES, M.

Anno (a) 1501. ſocium nactus eſt ANDRÆAM (a) Mu-

M. TULLIUS, & QUINTILIANUS: ne quid querar de ſacris Voluminibus. —— Jam Typographorum innumerabilis turba confundit omnia, præſertim apud Germanos. Non licet cuivis piſtorem eſſe: Typographia quæſtus eſt nulli mortalium interdictus. Nec tutum eſt quidvis pingere aut loqui: at quamvis materiam excudere fas eſt. —— Quanta lux accederet ſacris ſtudiis, ſi tantus Doctor (Divus Joannes Chryſoſtomus) totus haberetur Græcus & emendatus: aut certè ſic haberemus eum loquentem Latinè, quemadmodum loquitur Græcè. —— ALDO hæc molienti quis non favit eruditorum? Quis non ſuggeſſit aliquid, quod illum laboribus tantis imparem ſublevaret? Quoties ad illum ab Hungaris ac Polonis miſſa ſunt ultro vetuſta Exemplaria, non ſinè honorario munere, ut ea juſtâ curâ publicaret orbi? Quod ALDUS moliebatur apud Italos (nam ipſe conceſſit in fata, quanquam gratioſi nominis titulo adhuc commendatur Officina) hoc Joannes FROBENIUS molitur apud Ciſalpinos, non minore ſtudio quàm ALDUS, nec prorſus infeliciter, ſed & (quod negari non poteſt) impari lucro. Si cauſam requiras, ex multis hanc unam eſſe puto, quòd non eſt idem ingeniorum candor apud nos, qui eſt apud Italos, ſanè quod ad rem attinet litterariam. Nec enim vereor prædicare, quod ſum expertus, cùm apud Italos ederem Proverbiorum Opus, homo Batavus, quotquot illic aderant eruditi, ultro ſuppeditabant Auctores nondum per Typographos evulgatos, quos mihi ſuſpicabantur uſui futuros: ALDUS nihil habebat in theſauro ſuo, quod non communicaret. Idem fecit Joannes LASCARIS, Baptiſta EGNATIUS, Marcus MUSURUS, Frater URBANUS. Quorundam officium ſenſi, quos nec de facie nec de nomine noveram. Venetiam nihil mecum apportabam, præter confuſam & indigeſtam Operis futuri materiam: idque ex evulgatis duntaxat Auctoribus. Magnâ meâ temeritate ſimul utrique ſumus aggreſſi; ego ſcribere, ALDUS excudere. Summa negocii intrà menſes plùs minùs novem confecta eſt, & interim mihi cum calculo malo nondum nota res erat. Hic mihi, cogitate, quanta pars utilitatis abfutura fuerit, niſi docti Libros manu deſcriptos ſuppeditâſſent. In his erant, Opera PLATONIS Græca, PLUTARCHI Vitæ, ejuſdem Moralia, quæ ſub finem Operis mei cœpta ſunt excudi, ATHENÆI Dipnoſophiſtæ, APHTHONIUS, HERMOGENES, cum Commentariis, ARISTOTELIS Rhetorica cum Scholiis GREGORII Nazianzeni, ARISTIDES totus cum Scholiis, Commentarioli in HESIODUM ac THEOCRITUM, EUSTATHIUS in totum HOMERUM, PAUSANIAS, PINDARUS cum accuratis Commentariis, Proverbiorum collectio titulo PLUTARCHI, rurſus alia titulo APOSTOLII, cujus Libri nobis copiam fecit Hieronymus ALEANDER. Erant & alia minuta, quæ vel non ſuccurrunt, vel non attinet referre. Horum nihil adhuc fuerat typis evulgatum. Nunc viciſſim accipe candorem amici cujuſdam Ciſalpini, quem in præcipuis habebam, nec habere deſii: quandoquidem amici mores nôſſe oportet, non odiſſe. Cùm adornarem Editionem Venetam, fortè videram apud illum SUIDAM, cujus margines habebant parœmias annotatas. Opus erat ingens, & erant evolvenda plurima. Cupiens igitur hoc laboris lucrifacere, rogavi faceret ejus Voluminis copiam vel ad horas paucas, dum puer notulas in meum Codicem tranſcriberet. Iterum atque iterum roganti pernegavit. Cùm nullum obteſtationis genus non admoviſſem, nec exorarem, rogabam, num ipſe haberet in animo edere Proverbia, me ceſſurum perlubenter hoc opus feliciùs tractaturo. Dejerebat nihil eſſe tale. Quid igitur, inquam, te movet? Tandem veluti tormentis adactus, faſſus eſt, hæc jam evulgari, per quæ docti hactenus fuiſſent vulgo mirandi. Hinc illæ lacrymæ. Latitant in Collegiis ac Monaſteriis, Germanorum, Gallorum & Anglorum pervetuſti Codices, quos, exceptis paucis, adeò non communicant ultro, ut rogati vel celent, vel pernegent, vel iniquo precio vendant uſum decuplo æſtimatorum Codicum. Tandem pulchre ſervatos vel caries tineæque corrumpunt, vel fures auferunt. Magnates autem adeò non adjuvant ſuâ benignitate rem literariam, ut exiſtiment nullam pecuniam perire perditiùs, quàm quæ in tales uſus conſumitur: neque quicquam omnino placet illis, unde non vectigal aliquod tollitur.

(a) JUVENAL. & PERS. in ædib. ALDI & ANDREÆ ſoceri.

(a) In

(a) MULANUM (b) *Aſulanum*; cujus filiam duxerat.

Jam diu eſt, quum (c) ALDUS Bibliorum Græcè, Latinè & Hebraicè Editionem meditabatur; quam anno 1501. parturire eum comperio ex (d) Epiſtola ad CORRADUM CELTAM & VINCENTIUM LONGINUM datâ, nunquam autem partum adeò & nobilem & ſe dignum edidiſſe, non dubito, quin juxtà mecum omnes ſacrarum litterarum Studioſi graviſſimè doleant. In hâc Epiſtolâ mentio fit Rudimentorum Grammaticæ Latinæ, ex cujus Præfatio-

(a) In Librorum Editionibus vocatur tantum ANDREAS *Aſulanus*. Nomen autem MULANI legitur in Epiſtolâ ad ERASMUM anno 1517. miſſâ [ERASM. Epiſtol. pag. 1666.] ex quâ quæ ad ALDUM pertinent, hìc ſubjiciam. ANDREAS MULANUS ERASMO Rot. S. D. P. —— *nôſti, quantum temporis conſumſit in emendando* TERENTIO ALDUS, *gener meus ſuaviſſimus ac chariſſimus, quem, quæ illius virtus fuit mirifica, non poſſum non nominare ſinè multâ præfatione honorum, quem, inquam*, ERASME, *quæ illius humanitas fuit, non ſinè lacrymis ſemper nomino: tum in* PLAUTO, *quantâ uſus eſt induſtriâ, in quâ enim re tu multùm illum adjutâſti: uſus eſt enim te quaſi conglutinatore Latinæ Sirenis.*

(b) Antea anno 1486. (Vol. I. *Annal. Typog.* p. 196.) ANDREAS *de Aſulâ* memorabatur, & anno 1480. ANDREAS TORRESANUS *de Aſulâ* neſcio an idem, qui ALDI ſocer, ſed cognominis tantùm & ejus popularis.

(c) Lege Vol. I. *Annal. Typograph.* pag. 238. 239. 255.

(d) Vide GOLDAST. *Epiſtol. Philolog.* Epiſtol. XXII. ——— Viennam. ALDUS MANUTIUS R. CORRADO CELTÆ, *&* VINCENTIO LONGINO *ſuis S. P. D.* ——— *Agitur jam annus, ex quo accepi à vobis literas humanitatis, & amoris plenas. Erant meæ partes ſtatim reſcribere, niſi ſummæ occupationes noſtræ, ſummíque labores pro Rep. literariâ, eo uſque procraſtinare me coegiſſent, ut jam annum diſtulerim ad vos reſcribere, & niſi ex Epiſtolis veſtris vos humaniſſimos eſſe facilè cognoviſſem, non potuiſſem ſinè ſummo pudore tam ſerò reſpondêre, & præſertim quòd, cùm me de facie non cognoſcatis, nunquámque à me beneficio affecti ſitis, ametis me vehementer. Quapropter niſi ego vos plurimùm redamem, ſim planè ingratus. Sed & redamo, & colo, atque ita veſtrum me eſſe volo, ut poſſitis de me vobis omnia conſtantiſſimè polliceri. Tua verò carmina*, CORRADE *ſuaviſſime, legi libenter, quòd & culta ſint & docta, nec in mediâ barbarie (ut ais) nata præ ſe ferant, ſed in mediâ* Româ. *Quod pollicitus fueris te huc venturum, Libróſque & Græcos, & Latinos à te nuper inventos allaturum, duplici afficior gaudio, quòd & te doctum virum, & mihi amiciſſimum ſpero videre, amplectíque, & Libris tam longo carcere à te tanquam ab* HERCULE *liberatis, coràm gratulari. Te igitur, quantum poſſum rogare, rogo, ut venias. Venies enim expectatus, Libróſque ipſos feras. Hôc enim mihi gratius eſſe nihil poteſt. Tuam item Epiſtolam & Epigramma, ubi me amicè laudas*, VINCENTI *cariſſime, legi ſummâ cum delectatione, non quòd talem me eſſe cognoſcam, qualem tu facis, ſed quia placet me laudari à laudatis viris. Accepi præterea nuper literas & diſtichon, quod* LEONHARDO *Bibliopolæ ad me dediſti, ubi quod me etiam plurimùm laudes, eſt humanitatis tuæ.* Joannem BAPTISTAM Mantuanum *aiunt exceſſiſſe è vitâ, ſed ita eſſe nec ne, incertus ſum. Vetus & novum Inſtrumentum Græcè, Latinè, & Hebraicè nondum impreſſi, ſed parturio. Et ut cum utroque loquor, iſtos Libros, quos mitto vobis muneri* εἰς μνημόσυνον *& pignus amoris, accipite ſic libenter, ut mittimus. Hi verò ſunt duo* VIRGILII *& duo* HORATII, *duo item Volumina* (1) *Rudimentorum Gram-*

(1) Rudimenta igitur hæc oportet anno 1500. aut 1501. ex ALDI Officinâ prodiiſſe, quæ nunquam videre mihi contigit. Epiſtola *Aldinæ* Latinæ, quam vidi (non quidem ab ipſo, ſed *Pariſiis* à *Thomâ*

fatione nonnulla (a) priùs excerpſi. Neque in Latinis tantùm ſed etiam (b) in Græcis Grammaticæ peritiſſimum fuiſſe ſe ALDUS abunde teſtatus eſt.

Ipſe enim, cùm nôſſet, nullum Grammaticâ certius ad Disciplinarum Artiúmque omnium ſcientiam jaci poſſe fundamentum, jamdudum anno 1494. (c) CONSTANTINI LASCARIS *viri doctiſſimi Inſtitutiones Grammaticas introducendis in litteras Græcas adolescentulis quàm utiliſſimas quoddam* voluit *quaſi præludium eſſe ſummis ſuis laboribus & impendiis tantóque apparatui ad imprimenda Græca Volumina*, quæ Inſtitutiones à multis, *qui Græcis erudiri litteris concupiscebant (nullæ enim extabant impreſſæ venales) frequenter petebantur.* Præterea (d) cùm ei eſſet *animus nihil prætermittere, quod utile crederet futurum iis, qui Græcas litteras discere concupiscunt optiméque ſcire Latinè; Græcas litteras omnes ac diphthongos earúmque nomina & poteſtatem ac quem-*

*Grammatices Latinæ Linguæ à nobis compoſita; quos Libros ſi putaveritis* (1) *iſtic venditurum iri, non ſit grave ſcribere. Mittam enim quotquot juſſeritis. Valete, méque amate, ut facitis, commendatéque Studioſis, & doctis omnibus, quibuscum vobis iſtic familiaritas intercedit.* Venetiis. *Nonis* Julii M. D. I.

(a) Vide Vol. I. *Annal. Typograph.* pag. 229. 230. Ad calcem hujus Grammaticæ *Richardus* CROCUS *Anglicus* laudatur, qui *omnia, præſertim tamen Græca, quæ antea legentibus faſtidium, nunc vero plurimum ad Linguam Latinam præſidii ferent, ut primis jam habitis Rudimentis non parùm ex hôc Opere fructûs adolescens reportaverit.* (Hæc in ſuâ Editione omiſit *Robertus* STEPHANUS.) ALDUS ſuæ Grammatices fronti appoſuit hoc Tetraſtichon, ex quo ALDI genium in Poeſi non infelicem Lector æſtimabit.

*Non mihi per ſcopulos aut devia parvus* Iulus
*Ducitur* Aonias *ebibiturus aquas.*
*Eſt via per placidos colles, per florea rura:*
*Hàc iter ad Muſas perbreve carpe, puer.*

(b) De ALDI *Græca Grammaticâ* poſtea dicetur.

(c) Lege ipſius Præfationem. ——

*Accipite interea Studioſi litterarum bonarum* Conſtantini LASCAREOS *Rudimenta Grammatices: longè correctiora iis quæ impreſſa viſuntur. Nam ea* Conſtantinus *ipſe in locis circiter centum & quinquaginta emendavit: quod facilè cognoscet: ſi quis cum hisce illa conferet. Nam deleta quædam videbit: multa correcta: plurima addita. Ita verò emendatum manu ipſius* Conſtantini *Librum nobis dedere commodo* Petrus BEMBUS: & Angelus GABRIEL *Patritii* Veneti *adeò nobiles: præſtantique ingenio Juvenes. qui nuper in Inſulâ* Siciliâ *Græcas Litteras ab eo ipſo* LASCARI *didicerunt; & nunc* Patavii *incumbunt unà liberalibus disciplinis. Interpretationem verò Latinam è regione addidimus arbitratu noſtro: rati commodius: utiliúsque futurum Græcè discere incipientibus. parcant velim qui hæc ſinè interpretatione Latina deſiderant: nam rudibus: & ignaris penitus litterarum Græcarum* LASCARIS *Inſtitutiones imprimendas curavimus. mox eruditis & doctis optimi quique Græcorum Libri favente* CHRISTO JESU *imprimentur. Valete.*

(d) Lege ipſius Præfationem Alphabeto Græco 1495. Quod Alphabetum ſæpius, & ab ipſo ALDO (anno 1512.) & ab aliis (JUNT. 1519. SCHURER. 1515. &c.) recuſum eſt.

*Thomâ* WESALIE & *Roberto* poſtea STEPHANO impreſſam) Grammaticæ præfixa & ab ipſo ALDO ſcripta, *Venetiis* menſe *Octobri* M. D. VII. datur.

(1) Ad Marginem leguntur hæc: *Anno* 1500. *nullæ dum Tabernæ Librariæ* Francofurti.

*quemadmodum in Latinum transferantur cum exemplis ad id accommodatis annotavit ; addidit etiam abbreviationes ſcitu quidem pulcherrimas : & quia operæ pretium exiſtimavit ſcire Græcè adoleſcentulos ſalutationem Angeli ad beatiſſimam Virginem : exulúmque filiorum* Evæ *ad eandem , nec non Divi* Joannis (a) *Evangelium*, In principio erat Verbum: *Item Symbolum Apoſtolorum ; hæc omnia Græcè curavit imprimenda : atque è regione Latinam Interpretationem. Addidit* Carmina Pythagoræ *cognomento* aurea *ob ipſorum excellentiam & divinas admonitiones. Item* Phocylidis *ſapientiſſimi viri Moralia*, *docta quidem & plena præceptis ſanctiſſimis & documentis ; quæ ſi placuiſſe cognoverit, habere ſe* indicavit *longè meliora majoráque ; omnémque vitam decreviſſe ad Hominum utilitatem conſumere* &c. Illis Constantini Lascaris Græcis Rudimentis Latinam Verſionem (quam Joannes Monachus *Placentinus* adornaverat , & cum textu Græco ann. 1480. excudi curaverat) è regione adjunxit , adeò ut anterior folii pagina Latinam Interpretationem, poſterior Græcum Textum ſemper occuparet. At verò poſtea Aldus ipſe in quibusdam Editionibus excogitavit (b) aliam Latina Græcis adſociandi rationem ; ſcilicet ut utramque folii unius paginam Græcus Textus , & alterius itidem utramque Latina Verſio, ac ſic deinceps, impleret ; (c) quò ſcili-

(a) Hâc primâ vice pars aliqua Novi Teſtamenti Græcè imprimi cœpta. Ad calcem totius illius de litteris Græcis Diſſertatiunculæ ſic tyrunculos Aldus affatur; *Habetis , ingenui Adoleſcentes & ſtudioſi bonarum litterarum , quæ vobis in fronte Libri ſum pollicitus : ſupereſt ut nobis habeatis quàm plurimam gratiam , quam tum vel cumulatiſſimè relatam exiſtimabo , ſi emeritis ſinè cunctatione lucubrationes noſtras. Quod ſi (ut ſpero) facietis, erit vobis duplex bonum ; quòd & nunc diſcetis rudimenta litterarum Græcarum , & facietis me poſthac ad cætera his multo majora digniorâque edenda alacriorem. Valete.* Venetiis M. CCCC. LXXXXV. *Octavo Martii.* Denique quia *non fieri potuit , quin Impreſſores quædam (ut aſſolent) inverterint depravarintque ; opus fuit , ut totum Librum percurreret , quæque alicujus eſſe momenti videbantur , errata annotaret. Id quidem fecit , ut exiret Liber in manus Studioſorum quàm emendatiſſimus. Sed ut faciliùs ſinguli quique emendari errores poſſent, ſcripſit Alphabeti litteram , quâ ſignatus eſt quaternus ; atque ibidem chartarum numerum & in chartâ numerum verſuum.* Et poſt Indicem Erratorum , ne charta , quæ ſupererat , periret , breve addidit Moschopuli de contracto Verbo *χεύειν* fragmentum.

Index ille Erratorum primus mihi occurrit in Libris Græcè excuſis ; quem quoniam hactenus non videram , allucinatus ſum in Vol. I. *Annal. Typogr.* pag. 255. lin. 10. Præterea *quoniam* Aldus *Hebraicam Linguam neceſſariam eſſe exiſtimabat ad ſacræ Scripturæ* (cujus Volumina triplici Linguâ aliquando excudere , utì priùs adnotavi , cogitabat) cognitionem , ad ſuam *Conſtantini* Lascaris anno 1412. Editionem adjecit *Hebraicum Alphabetum & litterarum combinationes , & alia quædam , quò legere Hebraicè* tyro *condiſcat ; deinceps Inſtitutiones Grammaticas , Dictionarium , & ſacros Libros , Deo volente, daturus.* Et utinam dediſſet ! ſed vitam conatibus ſuis ingentibus & promiſſis breviorem habuit.

(b) Nazianzen. *Carm.* 1504. Æsop. *Fabul.* 1505. Lascar. *Gramm.* 1512.

(c) Lege , quid Aldus Lectorem mo-

licet tralatio & *addi*, & *amoveri poſſet pro arbitrio legentis.* En ipſamet (a) ALDI verba.

### ALDUS LECTORI. S.

*Si fortè neſcieris, ſtudioſe Lector, quonam modo, quæ Græcè imprimenda curavimus, cum interpretatione Latinâ ordinanda ſint, ut pagina paginæ reſpondeat, & verſus verſui, utpote qui videas ſeparatos quinterniones Græcos ab iis, qui Latinam ipſorum continent tralationem; ſic accipe poſſe te pro arbitrio tuo Latinum Græco inſertare, & ex duobus quinternioribus unum, & ex uno duos facere, ſi priùs tamen adverteris, ut Latina pagina ſemper Græcæ opponatur. Et quia binæ eæ, quæ in ſingulorum quinternionum medio ſitæ ſunt, paginæ abundabant, quoniam nullas habebant oppoſitas Græcas, quas Latinas oſtenderent, operæ pretium duximus aliquid Græcè* (b) *lectu dignum cum Latino è regione in ipſis, ne perirent, imprimendum curare; quod ſi evenerit, ut ibi eſſe non potuerit, quod Græcè imprimebatur, quærendum reliquum in ſequentium quinternionum medio. Cur verò curavimus, ut Latinam à Græco ſeparari queat, non te fugiat à nobis ob id factum, ut & doctis, qui nullo egent adjumento legendis Græcis, & Græcarum litterarum rudibus, qui, niſi Latinum è regione in Græcis Operibus viderint, à Græcorum Librorum lectione deterrentur, ſatisfaceremus. Vale.*

In

moneat in fine NAZIANZ. 1504. & ÆSOP. 1505. CHEVIL. pag. 237. *Il en fit auſſi quelques-unes d'une maniere toute particuliere, que je n'ai vû pratiquée que de lui. Elles étoient faites de telle ſorte, que chacun ſelon ſon inclination pouvoit faire relier une Impreſſion ou toute Grecque ou toute Latine, ou Grecque & Latine enſemble, le Grec dans une partie du Volume, le Latin dans l'autre; ou le Grec & le Latin mêlé, ſi on vouloit en cette façon. Le Livre commençoit par le premier feuillet Grec, ſuivoit le premier feuillet Latin: enſuite le ſecond feuillet Grec, puis le ſecond feuillet Latin: le troiſieme feuillet Grec, le troiſieme feuillet Latin; ainſi alternativement, avec cette précaution, que le Grec du premier feuillet n'étoit imprimé que ſur la ſeconde page, & la Verſion de tout ce Grec étoit vis-à-vis, qui rempliſſoit la premiere page du premier feuillet Latin: toute l'Edition étoit faite de cette maniere. Le Latin de la ſeconde page de ce premier feuillet étoit la Verſion du Grec qui étoit vis-à-vis dans la premiere page du ſecond feuillet Grec, & tout le Grec qui étoit dans la ſeconde page de ce ſecond feuillet avoit vis-à-vis toute ſa traduction Latine dans la premiere page du ſecond feuillet Latin. Cela étoit ainſi obſervé par tous les feuillets chacun ayant ſa ſignature & ſa reclame ſans confuſion. On a dans la Bibliotheque de* Sorbonne *imprimez de cette façon* ÆSOPI *&* GABRII Fabulæ *in fol.* 1505. *& la* Grammaire de CONSTANTIN LASCARIS 1512. *in* 4°. Bernard JUNTA *la remit ſous la Preſſe quelques années après en Grec & en Latin auſſi, & en même forme in* 4°. *ainſi que* Jean VATEL *à* Paris *en* 1521. *&* Theodore MARTIN *à* Louvain. *Mais ils n'uſerent pas de ce bel artifice, dont* ALDE *s'étoit ſervi. Tous les feuillets ſont imprimez le Grec dans une page, le Latin dans l'autre: au lieu qu'*ALDE *avoit imprimé les ſiens, les uns tous Grecs les autres tous Latins.*

(a) In Editione *Conſtant.* LASCAR. Gramm.

(b) In fine Editionis NAZIANZEN. *Carm.* 1504. ſic ALDUS: *In medio quaternionum totius Operis habetur hiſtoria Evangelii ſecundùm* JOANNEM *Græcè &* Latinè.

[usque

In fine *Gramm.* LASCAR. adjecit (ne quis error ex novo illo imprimendi inſtituto oreretur) *ordinem quaternionum, ſi ſeparatum à Latino Græcum fore placuerit, & Latinum à Græco; & ſi Latinum Græco inſerere quis voluerit.*

Præterea ALDO debetur non ſolùm imprimendi, ſed etiam Græca Latinè interpretandi cura. Latinam NAZIANZENI Carminum tralationem à ſe non ſatìs emendatam excuſat. (a) *Nam* (inquit) *mihi tantum aſſiduè negotii eſt; ut vix reſiſtam laboribus. Arduam enim, nec æquam viribus, accepi provinciam. Quare niſi ſemper ſperarem brevì, quod deſidero, affuturum; deſiſterem ab incœptis: ſed & ſpero, & ſic mecum ſæpe:*

Θαρσεῖν χρὴ φίλε Βάττε· τάχ' αὔριον ἔσσετ' ἄμεινον.
Ἐλπίδες ἐν ζωοῖσιν, ἀνέλπιστοι δὲ θανόντες.
Χὠ Ζεὺς ἄλλοκα μὲν πέλει αἴθριος, ἄλλοκα δ' ὕει.
Cras melius fortaſſis erit: confide, MANUTI.
Viventes ſperant: non eſt ſpes ulla ſepultis.
Et quandoque pluit Deus: & quandoque ſerenat.

(b) *In* ÆSOPI *Fabellis traducendis multum* (ait) *certè elaboravimus, nam quæ antè tralata habebantur, infida admodum erant, quod facillimum erit conferenti cognoſcere.*

(c) In CONSTANTINI LASCARIS Libris (d) Grammaticis traducendis, cùm *typicis litterariiſque negotiis impeditus ac immerſus potiùs eſſet, plurimum difficultatis laboriſque* invenit. *Dum enim* (inquit) CONSTANTINI *Græcæ Linguæ Compendiarium facere Latinum*

[usque ad Cap. VI. vers. 58.] *Reliquum ejusdem hiſtoriæ, quod deeſt, proſecuturi ſumus in* NONNI *Poetæ* Panopolitani *Latinâ tralatione.* ——— *Sunt verò carminum tria millia ac ſeptem & quadraginta: quæ circiter ab hinc triennium imprimenda quidem curavimus, ſed quia, propter ſummas occupationes noſtras, non unquam ea potuimus in Latinum traducere, adhuc premuntur.* In Editione ÆSOP. *Fabul.* 1505. GABRII *Tetraſticha*, & in LASCAR. *Gramm.* 1512. CEBETIS *Tabula*, mediis quaternionibus injicitur.

(a) Lege ipſam Editionem in fine. Tres illos verſus ALDUS mutuatus eſt ex THEOCRIT. Idyll. IV. verſ. 42.

(b) Lege ipſius Libri initium.

(c) Lege ALDI Præfationem tertio LASCARIS *Grammaticæ* libro præfixam.

(d) ALDUS anno 1494. primum tantùm librum excuderat, antea à JOANNE *Placentino* Latinè verſum; poſtea verò ſecundum & tertium cum ſuâ Verſione addidit. Præterea excudit etiam anno 1512. (*Albert.* FABRIC. *Bibliothec. Græc.* Vol. 7. pag. 39.) CHRYSOLORÆ Erotemata *hortatu* Marci MUSURI, *qui tunc publicè* Venetiis *Litteras Græcas profitebatur,* CÆSARíque *Aragonio* inſcripſit Epiſtolâ quam *Federicus* TURRISANUS *ſororius* Aldinæ *eruditionis memor illiúsque facundiâ illectus rurſus* (anno 1549. quo CHRYSOLORAM recudebat) *imprimere voluit.*

*num ſtudeo, adverti & Theodori* Gazæ *Introductionem Grammaticam, &* Apollonii *cognomento difficilis, & cæterorum pleraque, à quibus* Constantinus *accepit, in Linguam noſtram transferre me oportere. Adde, quòd & noſtri Grammatici evolvendi fuerunt, &* Priscianus *præcipuè, quem* Latinum *dicere* Apollonium *poſſumus. Nam ſi cum* Prisciano Apollonium *conferes, ubi de conſtructione tractavit (cætera enim* Prisciani *non poteris, quia non extat integer* Apollonius) *ad verbum ferè tralatum à* Prisciano Apollonium, *eleganter quidem & eruditè, cognoſces. Quod, dum in Academiâ noſtrâ* Scipio Carteromachus Piſtorienſis, *homo & Græcè & Latinè doctiſſ. quibusdam* Apollonium *interpretaretur,* Nicolaus Zudecus, *gravis Philoſophus ac Medicus, & acuto vir ingenio, deprehendit. Habere igitur in manibus inter traducendum* Priscianum *maximè oportuit, ut quibus nominibus Græcas quasdam dictiones Latinas ille dixiſſet, & ipſe dicerem. Sed me nullius unquàm, dum proſim, pigebit laboris. Habes præterea* Cebetis Thebani Tabulam *& Græcè & Latinè in ſingulorum quaternionum medio curâ noſtrâ impreſſam, Opusculum lectu digniſſ. & perquam utile. Id verò addidimus, tum ut prodeſſem Studioſis, tum ne charta, quæ in ſingulorum quaternionum medio abundabat, periret. Vale.*

(a) *Incredibili quâdam lætitiâ omnes Litterati perfundebantur; cùm proſpicerent futurum, ut in omni ſtudiorum genere poſteritas cum antiquitate certaret: dum ex* Aldi *Officinâ prodibant* antiqui Authores Græci & Latini, Philoſophi, Hiſtorici, Oratores, Rhetores, Poetæ; nec non, inter recentiores, *Italos* præcipuè, melioris notæ plurimi. Et ſi (b) Aldina *Officina præter prophanos Authores non ita multum nobis dederit*, non tamen eâ de cauſâ Aldo lis eſt intendenda, qui (utì ex ſupra-dictis liquet) jam dudum ſacra Volumina ſibi propoſuerat imprimenda; propoſitiſque, ſi vita ipſi obtigiſſet longior, quam aliquando (c) ſperare & optare videbatur, ſtetiſſet.

Univer-

(a) Lege Epiſtolam Tonstalli ad Erasm. ann. 1517. pag. 267.

(b) Quod notat Erasmus in Epiſtol. ad *Laurentium* Campegium Card. anno 1520. (pag. 595.) in quâ de magnâ ſacrorum Voluminum Græcorum penuriâ conquerirur.

(c) Erasm. (pag. 507.) in Epiſtolâ ad *Ambroſium* Leonem Medicum ann. 1519. 15. *Octob.* miſſâ hæc ſcribit. —— *Eſt apud* Britannos *vir undiquaque doctiſſimus* Thomas Linacrus, *tibi jam olim ex* Aldi *noſtrâque prædicatione cognitus, tuæ profeſſionis ac, ni fallor, ætatis.* —— *Fac valetudinem tuam,* Ambrosi *doctiſſime, tueare diligenter, quò & diu proſis optimis ſtudiis, & multis annis ſenex ſene frui poſſim. Nam ipſe præcurrentem te ſum aſſequutus, totus ferme canus.* Aldus *in familiaribus colloquiis non ſinè voluptate ſolitus eſt imitari ſenis decrepiti balbutiem, quâ olim putaret futurum, ut alter alterum conſalutaremus:* Quomodo vales, *inquit,* Domine Erasme? *Deinde voce æquè balbâ, ſed exiliore me videlicet agens, reſpondebat:* Si vales, ego valeo. *Hæc jucundè quidem ſomniabat, præſertim ſi ſermo accederet de extruendâ novâ Academiâ, ſed fidem non præſti-*

Univerſa penè huic erat cum viris ubique & gradu & litteraturâ inſignibus conſuetudo ; neque igitur deeſſe poterat , quam in ſuorum (utì ipſi ferè mos erat perpetuus) Librorum ſingulorum fronte compellaret, ſuíſque muneribus litterariis impenſiùs demereretur.

(a) *Vir* ille tandem, *propter ſingularem utriusque Linguæ doctrinam, omnium memoriâ ſæculorum digniſſimus*, (b) anno 1515. deceſſit , (c) *haud multo minor annis ſeptuaginta*, *ſed tamen animo ad litteras mirè juvenili.* Dedi antea ERASMUM FROBENIO , dabo jam (d) MARCUM MUSURUM ALDO parentantem.

*Refugit animus , & quodam inuſitato torpore captus abhorrebat , ſævæ illius ac damnoſæ mortis mentionem , quæ nobis* ALDUM *benevolum parentem, benignúmque fautorem eripuit: quæ bonis literis ac diſciplinis in lucem paulatim emergentibus tenebras iterum offundere viſa eſt. O inclementem, & immaturam mortem nulli viventium magìs , quàm mihi deplorandam! Quòd enim ego nunc in hâc almâ Civitate , in hôc totius* Italiæ *firmamento, ſingularíque Virtutum ac laudatarum Artium domicilio, Græciæ priscos Auctores enarrem illuſtri frequentíque auditorio juvenum nobiliſſimorum; quòd à probis omnibus diligar & commender: quòd denique mei voti compos effectus ſim (nihil enim mihi fuit unquam optabilius, quàm ut Græcæ Linguæ propaginem , quæ* Turcarum *crudelibus lacertis exciſa radicitus, ſolo in patrio miſerè jacebat, apud* Italos *redivivo germine pullulare viderem) id totum non ſolùm illuſtriſſimo Senatui* Veneto , *qui bonarum literarum cultores ampliſſimis præmiis ſemper fovit , ac liberaliter evexit : verùm etiam* ALDO MANUTIO , *qui Libros ſtudioſæ juventuti ſuppeditavit, à me referri debet acceptum. Cùm enim admirandus ille Vir publicas rationes privatis anteponeret, nulli ſumptui parcens , nullum prorſus laborem detrectans propriæ tam pecuniæ profuſus , quàm vitæ prodigus extitit : ut communi ſtudioſorum utilitati proſpiceret. Quapropter ſæpe-*

*præſtitit. Reliquit nos ante balbam illam ætatem : etiamſi me multo grandior erat* ALDUS, *annis, ni fallor, plùs minùs viginti : nam ipſe nunc annum quinquageſimum ſecundum, aut, ad ſummum, tertium ago.*

(a) Lege Epiſtolam *Adriani* BARLANDI ad *Cornelium* fratrem. ERASM. Epiſt. p. 1583. & audi (pag. 1608) *Baptiſtæ* EGNATII ad ERASMUM ſcribentis teſtimonium. —— *Scribis te audiſſe* ALDO *me in re litterariâ juvandâ ſucceſſorem eſſe factum, tanto eo meliorem , ut ille per ſe optimus , mecum collatus , parum probari poſſit. Ego,* ERASME *chariſſime, nec eam agnosco laudem , quæ cum alienæ famæ detrimento mihi tribuatur , nec tantum mihi unquam arrogem, ut* ALDO *me parem, nedum ſuperiorem , eſſe putem. Nam ut alia taceam, quis* ALDI *induſtriam, patientiam, vigiliam æquet ? quis ardorem litterariæ rei juvandæ æmuletur?*

(b) Quod conſtat ex anno , quo MUSURI Epiſtola data eſt.

(c) ERASM. Epiſtol. ad *Jodoc.* GAVER. pag. 788.

(d) Lege ejus Epiſtolam ad *Joannem* GROLIERIUM Idib. *Novembrib.* 1515. datam, & ALDI *Grammaticæ Græcæ* præfixam.

G 3 (a) Vol.

*ſæpenumero calamum arripueram, ut hæc exararem, ſed calamus arreptus doloris ob amiſſum* ALDUM *concepti vulnus, quod nondum cicatricem obduxerat, refricabat. Veruntamen amici, quibus non poteram ſinè ſcelere poſtulantibus quicquam recuſare, me tandem cùm appellarent, promiſſique admonerent, quanquam diu reluctatum, expugnârunt. Rogitas, cuinam promiſſo meam fidem obſtrinxerim? Explicabo paucis.* ALDUS *non modò Libris Antiquorum publicandis, verum etiam liberis progenerandis dabat operam. Procreabat autem liberos, partim è pudiciſſimâ ſuſceptos uxore, partim ingenioſâ mente conceptos. Cùm igitur fatalem inſtare ſibi diem animadverteret, quam è fidiſſimâ conjuge ſuſtulerat, prolem* ANDREÆ ASULANO *ſpectatæ viro probitatis commendavit: nec eum ſua fefellit opinio: quam de ſocio ſoceróque conceperat. Summâ enim ille charitate nepotes è filiâ pupillos curat educandos. Mihi verò filiolam parvulam, quam proximâ fœturâ mentis trans mare genuerat, tradidit expoliendam: ſic ut eam, poſtquam expoliviſſem, quibus poſſem modis, eleganti iſtæ tuæ Bibliothecæ dedicarem. Facilitas à naturâ nobis inſita, vitæ'que inſtitutum noſtræ non commiſit, ut, quem plurimis officiis mihi devinxeram, is extremo vitæ puncto repulſam apud me pateretur. Recepi igitur facturum: & quod promiſſum eſt, nunc exitu præſtatur. Itaque* Grammatica Græca, *(id enim filiolæ nomen eſt) quam* ALDUS *immaturâ morte præventus plenioribus eruditionis alimentis nutrire non potuit, ad te mœſta, verecundáque noſtro impulſu proficiſcitur. Tu pro virtutis, & doctrinæ patrocinio, quod ſuſcepiſſe diceris, próque eo, quòd noſter* ALDUS *te ſemper obſervavit, & ſuſpexit, (qui nunc, ſi viveret, nullâ morâ interpoſitâ, libenter excurreret iſtò, victoriam Diis ſimillimi Regis, quâ nuper de robuſtiſſimis* Helvetiis *triumphavit, tibi gratulaturus) filiolam amici, clientíſque tui benigno ſuſceptam hoſpitio, fove, protege, tutare. Quod ſi feceris, acrioribus ſtimulis* ASULANUM *impelles, ut Officinam impreſſoriam ob interitum* ALDI *pullatam ſuíſque deformatam ornamentis priſtino nitori reſtituat: útque provinciâ multiplicandi celebrium, ac vetuſtorum Commentarios (quorum ſalutem tenui nimis, extremíque ſpei filo pendere conſtat) alacriter aſſumptâ, inducat animum formis excudere tam novi quam veteris oracula Teſtamenti, Poetarum, &* ARISTOTELIS *Interpretes,* GALENI *Volumina,* STRABONEM, PAUSANIAM, DIONEM, DIODORUM Siculum, POLYBIUM, PLUTARCHI Parallela, *cæteráſque illuſtrium ingeniorum lucubrationes, quibus, niſi citò typi ſuccurrant, periculum eſt, ne ipſæ quoque bellorum incendio, quo terrarum orbis in hâc temporum atrocitate deflagrat, correptæ deleantur.*

Inter Typographos, qui ERASMI temporibus celebres, eíque amicitiæ propioris neceſſitudine conjuncti fuerunt, memorantur THEODORICUS MARTINUS, MATTHIAS SCHURERIUS, RUTGERUS RESCIUS, & eorum nemine inferior JODOCUS BADIUS.

THEO-

Theodoricus Martinus *Aluſtenſis*, cujus (a) antea memini, ab anno usque 1474. Artem exercuerat, & adhuc (b) anno 1528. *Lovanii* exercebat. Eum ergo oportet (ſi modò idem fuerit Martinus, nec ille hujus pater) Typographicæ annos 54 incubuiſſe. Hujus mentio in Erasmi (c) Epiſtolis non infrequens; neque ſinè (d) honore & laude. Ejusdem (e) prælo in aliquibus ſuarum lucubrationum edendis, & (f) hospitio, dum *Baſileâ Lovanium* profectus ex ulcere quodam periculoſo, quod Medici & Chirurgi curæ committere coactus fuit, convalesceret, per quatuor hebdomadas uſus eſt.

(g) Lovanii *primus Typographus fuit* Theodoricus Martinus Aloſtanus, *vir doctus & ſcriptis eruditis litterariæ famæ ſuo tempore candidatus*, Erasmi *amicus*, *qui etiam ann.* 1533. *mortuo Carmen ſepulchrale fecit. Hic, priusquam* Lovanium *concederet*, Aloſti *in patriâ* (h) *anno* 1490. *hoc artificium exercuit.*

Iisdem circiter temporibus floruit Thomas Anshelmus *Badenſis*, qui (i) anno 1503. apud *Phorcenſes*, poſtea (k) *Tubingæ*, & (l) *Hagenoæ* typographicam habuit Officinam. Ejus prælum (a) Joan-

(a) Vol. I. *Annal. Typogr.* p. 82. p. 201. p. 216.

(b) Theocrit. Græcè in 4^to.

(c) Pag. 1652. in Epiſtolâ *Lovanii* 1517. ad Affinium miſſâ.

(d) Pag. 1668. *Homo certiſſimus.* in Epiſtolâ ad Eund. *Lovan.* 1518. & pag. 790. in Epiſtol. ad Gaverum, *Baſileæ* 1524. *Salutabis diligenter veteres congerrones noſtros*, Joannem Paludanum, Theodoricum Aluſtenſem, Joannem Armentherienſem, & Petrum Curtium, *qui in* Nævii *vices ſucceſſerunt, cúmque his totum ſodalitium trilingue.* In initio hujus Epiſtolæ Nævium illum, amicum communem, nuper defunctum, laudat.

(e) Erasmi aliquot Epiſtol. apud *Theodor.* Martin. 1517. in 4^to. De hâc earum Editione habemus (pag. 1554 Erasm. Epiſtol.) ſequentem Rescii Epistolam. *Domino* Erasmo Rot. Rutgerus Rescius S. P. D. *Eſt in tuâ Epiſtolâ ad* Guolphangum Fabritium, Erasme *undecunque doctiſſime, non procul à fine locus, nobis ſanè omninò invius, ſic incipiens* : Tum audio nonnullos alia quædam moliri, quæ ad Christi cognitionem nihil adferant, ſed fumos tantum offundant oculis hominum. *Quem quum* Paludano & Noviomago *oſtendiſſem, ipſi mecum in eodem hæſitantes luto, nihilque temere mutandum cenſentes, conſuluerunt ipſum locum tibi, antequam imprimeretur, indicandum*: Dorpius, fumos tantum offundant, *legendum conjectavit.* Theodoricus *igitur, hac Epiſtolæ parte excudenda relicta, in præſentia ad te ipſum Exemplar mittit, obnixe orans, ut ſuper iſtius loci lectione ſibi quàm primùm ſententiam tuam aperias. Præterea cupit, ſi quid ſit, quod Epiſtolarum Præfationi ſubjungi queat commodè, id ad ſe dari : reſervavit enim ei integram pagellam utrinque mundam, quum dimidiam vix partem occupabit. Bene vale*, τ̃ κυκλοπαιδείας ταμίειον. Lovanio 8. Martii, *Anno* 1516.

(f) Lege Epiſtol. Erasmi ad Rhenanum, *Lovanii* ann. 1518. pag. 374.

(g) Swert. in *Athen. Belg.* & ex eo Mallinkrot. p. 89.

(h) Imò priùs, anno ſcil. 1474. utì modò dictum eſt.

(i) Caille, pag. 50. Raban. Maur. *de laudib. S. Cruc.*

(k) Vide *Catalog.* ann. 1512. 1514.

(l) Reuchlin. *de Accentib.* 1518. *Nov. Teſtam.* Gr. 1521.

(a) a Vide

(a) Joanni Knobloucho Librario & (b) Joanni Reuchlino *Phorcenſi* & (c) Kobergeris *Norimbergenſibus* , aliquando inſerviebat , & (d) typi viris doctis ſatìs placuerunt.

(e) Mat-

(a) Vide *Catalog.* anno 1519.

(b) Erasm. Epiſtol. p. 1598.] Jo. Reuchlinus Erasmo. ——— *Juſſi* Thomæ Anshelmo *è Nundinis iſtis* Martiis *ad te & Antiſtitem* Roffenſem *cum his meis Litteris Cabaliſtica noſtra dare.* —— 27. *Mart.* 1517. *Thomas* Anshelmus anno 1522. *Adverſarias* Demosthenis & Æschinis *Orationes* Græcè excudit , cum Reuchlin. Epiſtolâ his præfixa.

Joannes Reuchlin. Phorcenſis , *Artium liberalium Magiſter , & Imperialium Legum Doctor* , Thomæ Anshelmo , *præſtanti Librario* S. D. P. *Cùm è* Boiorum Angelopoli , *antiquâ divi* Claudii *coloniâ , quam cognoſcendarum principalium Linguarum documentis publicè illuſtrabam , vi ſævæ peſtilitatis eſſem redire coactus in patriam tandem bene pacatam ;* ——— *conſtitui mecum ipſe , me & fatigatum laboribus, & annis feſſum, quid ætatis daretur reliquum, id in liberâ quiete conſumere , ac* Epimenidis *velle ſomnum dormire.* ——— *At verò ubi eſſent* Tubingenſes *noſtri politiorum literarum ſtrenui milites adventum meum ſubodorati , miſit Academia tota ſuos ad me legatos , certè viros & numero & dignitate ſpectabiles , atque ſummo in ſtatu ſublimes , qui Univerſitatis mecum nomine agerent , oraréntque ut quod in* Boiis *Hebraicè Græcéque nuper cœpiſſem , id deinceps inter* Suevos , *meos ſcilicet conterraneos , perficerem : propoſitâ ſimul de publico ærario Stipe honorificâ , mihi quotannis præſtandâ.* ——— *Profeſſus ſum frequenti auditorio in Cathedrâ doctorum & de pulpito , doctiſſimum* Hebræorum *Grammaticum Rabi* Mose Kimhi : *quod Volumen , quanquam à multis fuerat tam* Judæis *quàm* Latinis *antè viſum , tamen cùm in meam incidit prælectionem , tot ſcatebat mendis , ut in caſtigando diſcipuli plus temporis dimidium perdere cogerentur. Nihil abſimile nobis tunc de* Crysolorâ *contigit , apto Græcè initiandis Grammatico , cujus ſcriptionis errata non parvo labore inter docendum caſtigavimus , ne indoctos abertarem filios. Reſtare nunc videtur , ut poſt navatam elementariis diſciplinis operam in utrâque Linguâ &* Hebraicâ & Græcâ , *ſolidiore auditores meos paſcam cibo.* ——— *Profitebor deinceps in Gymnaſio* Tubingenſi *Biblia Hebraica , inſignem illum* XXIIII. *Voluminum Librum , quem nobis* Daniel Bombergus, Judaicorum *Codicum artificioſus Impreſſor, nuper magno numero è* Venetiis *venalem miſit , ſinè quo eam Linguam nemo vel docere vel diſcere poteſt. Addam porrò , ſi adjutus per te fuero* , Thomas Anshelme, *Typographorum ornatiſſime* , Demosthenis & Æschinis , *ſummorum* Græciæ *Oratorum prælectionem in Linguâ Græcâ : qui Autores ſplendidiſſimi* Latinis *plura ornamenta ſuppeditabunt , conſuetudinem quandam eleganter jucundéque dicendi afferentes. Quare , pro veteri noſtrâ inter nos amicitiâ , conjunctione , ac neceſſitudine , à te peto , integerrime amicorum , velis in omnium Græcè Studioſorum utilitatem & profectum , quin & in tui fructum non mediocrem , ambas* Æschinis & Demosthenis *Orationes adversùm ſe habitas , nobili tuo charactere Græco quàm emendatiſſimè & Græciſſimè quanto ocyus fieri poterit , imprimere , atque ſinè morâ* Tubingam *ad nos mittere Græcâ fide , hoc eſt receptâ mercedis loco paratâ pecuniâ : quam , ſi & pollicitis meis fidem habes , ſequetur omnium Scholaſticorum ſingularis erga te benevolentia , cum laudum tuarum immortalitate. Feliciter Vale* , Tubingæ *Idibus* Januariis *Anno Milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſecundo.*

*Anſhelmianam* Editionem nondum vidi; ſed Reuchlini Epiſtolam in ſuâ Orationum illarum impreſſione recudit *Chriſtianus* Wechelus ann. 1531.

(c) Vide *Catalog.* ann. 1520.

(d) Erasm. Epiſtol. p. 1617.] Jo. *Juliacenſis* Domino Erasmo ſuo S. ——— *Quod ſcribis de excuſione Opuſculi , id tuo committo arbitrio; tamen ſi cum Epiſtolâ tuâ ſimul miſiſſes , curâſſem his diebus , quoniam ante triduum ad* Capnionem *noſtrum ſcripſi etiam de te aliquid , ut* Thomæ Anselmo, *cujus mihi formulæ ſatis placent , per ipſum* Capnionem *committeretur imprimendum.* —— Coloniæ 21. Julii 1517.

(a) Ger-

(a) Matthias Schurerius *Sletſtatinus*, (b) Artium Doctor, *Argentorati*, Martini Flacci (de quo priùs anno 1475.) (c) conſobrini ſui Officinæ operam anno 1502. impendit; & (d) anno 1505. exercuit Recognitoris munus in Johannis Prus (de quo priùs 1488.) Officinâ. (e) Typis Joannis Knoblouchi annis 1507. & 1517. utebatur. (f) Typographiam ann. 1509. ipſe excolebat. (g) Sebastianus Murrho junior *Colmarienſis* ſuam nonnunquam in Libris corrigendis operam Schurerio tradidit. (h) Schurerius ipſe, eruditus quidem, & Artium Magiſtri titulo ornatus, cùm in ſuorum Librorum nonnullos errata irrepſiſſent plurima, modeſtâ confeſſione culpam diluebat. Neque tamen id obſtitit, quò minùs (i) Erasmus

(a) Gerson. *Oper.* 1502.

(b) Vide *Catalog.* anno 1502. 1505. 1509. 1511. 1512.

(c) Vide *Catalog.* ann. 1502. Lege Mallinkrot. pag. 85.

(d) Vita M. Catonis &c. 1505. *Argentinæ* in ædibus *Thiergaten* Joannes Prus imprimebat. Matthias Schurer recognovit.

(e) Vide *Catalog.* ann. 1507. 1517.

(f) Vide *Catalog.* ann. 1509.

(g) Hic in Epiſtolâ ad *Thomam* Albertum, Ciceron. *Epiſtolis familiaribus* præfixâ ſic ſcribit. ——— Familiares Ciceronis Epiſtolas *à me correctas*, *&* Schurerianis *Characteribus affabre excuſas, tibi dedico.* ——— *Ad proximam Æſtatem* Ciceronis *itidem* Officia Schurerius *in lucem dabit, quemadmodum etiam ſuperiori anno* Tuſculanas Quæſtiones *emiſit.* ——— *Ex ædibus* Matthiæ Schurerii M. D. XII.

Has Epiſtolas ex tertiâ recognitione anno 1519. recudit Schurerius.

(h) Vol. I. *Annal. Typographic.* pag. 298. & Chevill. pag. 158.] *Les Ouvrages de* Jean François Pic, *Comte de* la Mirande, *furent mis ſous la Preſſe pour la premiere fois à* Strasbourg *par un Imprimeur nommé* Jean Knoblouch, *aux dépens de* Mathias Schurer *l'année* 1507. *On laiſſa tant de fautes dans cette Edition, que l'Auteur ſe trouva obligé d'y faire ajouter* l'Errata; *qui occupe jusqu'à quinze pages in fol. Je ne me ſouviens point d'en avoir vû un plus fort pour un ſeul Volume aſſez petit.* Et pag. 164.] *Je n'ai rien lû de plus humble, ni de plus ſincere que ce qu'a écrit* Mathias Schurer, *Imprimeur de* Strasbourg, *qui n'étoit pas ignorant, puis qu'il prend la qualité de* Doctor Artium, *& qu'*Erasme, *dans ſa derniere Lettre du* 28. *Livre, le loue de ſon Erudition. Il imprima l'année* 1510. *in* 4°. *le Traité* de Patientiâ, *composé par* Baptiste *de* Mantouë. *Et parce qu'il avoit abandonné à quelqu'un qui fut peu ſoigneux, la correction de ce Livre, il y reſta une page & demie de fautes: il les remarque après avoir dit*, Maluimus potiùs pudore noſtro fatendo plecti, quàm tacendo, Respublica literaria ſuo damno noſtra peccata luat. *C'eſt lui à qui il étoit encore arrivé en l'année* 1507. *de voir un grand nombre de fautes dans l'Impreſſion des Ouvrages de* Jean Pic *Comte de* la Mirande, *pour les avoir fait imprimer par* Jean Knoblouch, *comme nous avons remarqué ci-deſſus. Il en fit reparation publique à l'Auteur, dans une Epitre qu'il adreſſe au Lecteur à la fin du Volume*: Errores ——— Chalcographis non Autori adſcribite. · Fatemur ingenuè culpam noſtram.

(i) Epiſtol. Erasm. pag. 1659.] Erasmus Rot. Joanni Rusero Novientano *ſuo* S. D. ——— *Quod* Matthiam Schurerium *mihi tam ſtudioſè commendas, prorſus, juxta proverbium*, actum agis: *eſt enim is homo mihi tum ob eximias ingenii dotes, tum ob officia in me non vulgaria, ſic commendatus, ut commendatior.* ——— Baſil. *ann.*

MUS (a) aliique hunc in magno habuerint pretio, ejúſque (b) præ-
lo

*ann.* 1517. Et pag. 354.] Id. ad GERBEL. ann. 1518. ——— *Utinam audiam* SCHURERIUM *meum revaluiſſe!* ERASM. Epiſtol. p. 1619.] MATTHIAS SCHURERIUS *Domino* ERASMO Roterodamo S. ——— *de meâ bonâ valetudine quid dicam? decem ferè menſes laboravi ex præcordiis, adeò ut vix mihi æger ſpiritus remeet, ſic coarctatâ ſuffocatâque aliquando arteriâ; etſi ſemper hâc in re conſuluerim Medicum, non ſinè magnâ meâ jacturâ, atque ægritudo hactenus improba non me deſeruerit; ſperandum tamen melius fore, ac olim in priſtinam me reſtitutum iri valetudinem. Dedi Litteras à* Jacobo WIMPHELINGO, *à* Nicolao GERBELIO, *à* RUSERO, *alteras à quodam Jureconſulto ex* Italia *allatas.* ——— *Scias omnia apud nos eſſe turbulenta; timentur bella, cariſtia noſtrum invaſit forum, circumquaque miſeriæ, calamitas; pacem magis quàm cætera precamur. Cæterùm commendo me tibi, meáque omnia, quæ tuo præſidio, te fautore, tuta proſperáque ſemper procedent. Iccirco obſecro, ne ex albo obliteres tuo, intérque bonarum litterarum ſtudioſos me connumeres; ſi minùs id contingat, ſufficiat, ne totum tuo aliquando elabar pectore. Exinde dediſſem Opus* Rudolphi AGRICOLÆ *hôc nuntio, niſi unam partem in domicilio meo mutando ſic ſepoſuiſſem, ut ubi acquiram incertus ſim; totas quippe ædes inveſtigandi ejus gratiâ perluſtravi; acutioribus oculis in poſterum, ſi alicubi poſſim reperire, ac olim ad te fido tabellione reddere, rimaturus. Eſt (crede mihi) Opus plerisque in locis adeò mendoſum, ut* OEdipo *nonnunquam opus eſſe videatur, tuo tamen labore atque ingenio emaculari, quem nihil unquam fugiat, ac tandem in lucem caſtigato caſtigatius emergi facilè omnium aſſenſu litteratorum mihi perſuaſi. Interim vale. Non pigeat aliquando mei meminiſſe parvo quopiam Libello, qui meo exeat prælo; de Emendatore non ſis ſollicitus, eſt mihi profectò jam Græcophilos. Iterum vale, ac vivas felix. Raptim* Argentorato 21. Julii, *Anno* 1517.

(a) Nicolaus GERBELIUS, *vir* (ut ZASIUS ad ERASMUM ſcribens anno 1515. hunc vocat: ERASM. *Epiſt.* p. 1544.) *lepidæ eruditionis & Doctor* (*Juris Pontificii*, Vide ERASM. Epiſt. p. 354.) *meritiſſimus, apud* SCHURERIUM Argentinenſem *correctionibus operam impendit, & anno* 1515. *Opuſculis quibusdam* ERASMI *edendis & emendandis adfuit.* MALLINKROT *de Art. Typogr.* p. 96. & ZELTNER. *de Correct. Typ.* p. 235. Idem GERBELIUS ſuam etiam operam *Thomæ* ANSHELMO *Badenſi* commodavit in Editione Nov. Teſtam. Græc. 1521. in 4° præfixâ eidem Præfatione, in cujus calce (JACOB. LE LONG. *Biblioth. Sacr.* p. 452.) profitetur *nullam dictiunculam vel minimam, ſecundùm* FROBENII ALDíque *Editionem, in eâ Editione deſiderari, quam ſenſûs neceſſitas poſtularet.* Nec ìdeo mirum eſt S. JOHANNIS de tribus teſtibus cœleſtibus textum, qui in illis deſideratur, in hâc etiam abeſſe. Inter ERASM. Epiſtol. p. 1548. habetur GERBELII Epiſtola ad ERASMUM, *Argentorato* 1515. ——— *Opus Lucubrationum fabreſit modò curâ non admodum vulgari, cui negotio, quantum fieri poteſt, adſum viribus omnibus; placebit tibi (ut arbitror) labor noſter, neque te morem geſſiſſe nobis pœnitebit. Tu cura, ut reliqua quoque ad nos advolent: ſunt enim quaterniones ferè quatuor abſoluti; atque ſi quid apud te eſt farinæ ejusdem, quo magnitudo Libelli foret & juſtior atque vendibilior, fac, quæſo, liberalitatem tuam & nos experiamur, & ſtudium tuum in* CHRISTUM *ſentiant ſtudioſi Lectores. Annotavimus nos locos aliquot in* Enchiridio *à puerorum captu paululùm remotiores, quibus, ut vel hâc ſaltem noſtrâ operâ gratificare poſſemus, aliqua in finem libelli, veluti ſcholia, adjicere ſtatuimus. Hoc ſi tibi non diſplicet, rem proſequemur, ſin ſecus, ſtet ſententia tua. Vale feliciſſime, atque reſcribe, ſi* GERBELIUM *amas. Salutat te vicibus mille* JO. RUDOLPHINGIUS *ſtudioſiſſimus tui, ſimul &* Matthias SCHURERIUS, *qui plurimùm rogat* B. RHENANUM, *ut aliquando manus* RODOLPHO *adhibeat: nam ſi caſtigatus eſſet, non diutius Editionem ejus moraretur. Iterum vale.* Argentorato, *An.* 1515.

(b) Epiſtol. ERASM. pag. 1533.] DES. ERASMUS Rot. MATTHIÆ SCHURERIO Selatano S. *Bona pars iſtorum, qui formulis excudunt Libros,* Matthia SCHU-

RE-

lo in ſuis Libris edendis ille uteretur. Cùm Erasmus ejúſque fami-

reri, vel inſcitiâ literarum, inopiâque judicii, peſſimos Auctores pro optimis ſuſcipiunt, vel aviditate quæſtûs, cùm Librum optimum eſſe ducunt, unde plurimum emolumenti rediturum ſperent. Unde quod cæteris in rebus ferè ſolet, id in hâc quoque Arte videmus uſu venire, ut quod ad ſummam ſtudiorum utilitatem ſit excogitatum, id abutentium vitio in gravem vergat perniciem. Quâ quidem in re tu mihi duplici nomine laudandus videris. Primùm, quòd pro tuâ non vulgari eruditione, próque acri judicio ea deligis, quæ ad veram Eruditionem conferant. Deinde quòd ingenuo quodam erga bonas literas amore, noſtris ſtudiis potiùs quàm tuis ſcriniis conſulere gaudes, unum hoc agens, ut Libros quàm optimos, quàm emendatiſſimè excuſos, in lucem emittas. Proinde Copiam noſtram ad te miſimus, à nobis diligentiſſimè recognitam, & emaculatam, ut pridem apud Britannos concepta, apud Pariſios utcunque edita, nunc rurſus velut abjectis exuviis, nitida prorſus, & expolita, in feliciſſimâ Argentoratorum Civitate, felicioribus auſpiciis exeat in manus hominum, ſi modò videbitur non indigna tuo prælo; erit vel ob id ipſum omnibus bonarum literarum amatoribus commendatior, quòd è Schurerianâ prodierit Officinâ. Ex quâ jam perſuaſum eſt, nihil proficiſci, quod non ſit & Auctoris elaboratum ingenio, & tuâ curâ caſtigatiſſimum. Adjecimus & ἐμοιώτεων librum, nusquam adhuc editum, ſed ab ipſis, quod aiunt, follibus ad te profectum. Lucubrationes Rodolphi Agricolæ, hominis verè divini, jamdudum exſpectamus, cujus ego ſcripta quoties lego, toties pectus illud ſacrum ac cœleſte mecum adoro, atque exoſculor. Bene vale. Baſileâ 15. Octobris, Anno 1514. Et pag. 1589.] Domino Erasmo Gulielmus Nesenus S. D. —— Schurerius Enchiridion denuo impreſſit —— Baſileâ anno 1516. Et pag. 1625.] Erasmus Joanni Rusero ſuo S. D. Scripſeram, ſi quid eſſet, in quo poſſem gratum facere Schurerio, cupidiſſimè facturum me; tantum abeſt, ut eum è numero amicorum expunxerim. Novi hominis candorem. Eſt apud me Quintus Curtius nuper relectus, ob ſtyli contractam rubiginem abſtergendam, additæ annotatiunculæ, caſtigati loci nonnulli: addetur Præfatio: eum miſiſſem, ſi ſciſſem hoc illi gratum fore. Si mittet Opera Rodolphi, fungar amici officio, licèt aliàs ſim occupatiſſimus: aut ſi quid aliud in mentem venerit, impertiam. Hæc illi meis verbis dicito, admonens ut haſce litteras ad ſe quoque ſcriptas putet. —— Lovanio 24. Aug. anno 1517.

Curtii Editio, cujus hìc fit mentio; ex ædibus Schurerii in fol. prodiit menſe Junio 1518. De quâ Erasmus (pag. 1638.) ad ipſum Schurerium Lovanio 31. Octob. 1517. hanc ſcripſit Epiſtolam: Mitto ad te Quintum Curtium, à me recognitum, unà cum Indice, & Præfatione: ſi placet Opus, fac ut tuo & meo conſulas honori; ſin minùs, redde Libellum ei qui adfert. Vale, optime Schureri. —— Mitto ad te Apologiam, quâ Fabro Stapulenſi reſpondeo; quam ego non optârim alio animo propagatam, niſi ne quis exiſtimet inter nos inimicam contentionem; etiamſi ille parùm amicè laceſſivit. Si placet, accipe, & tui ſimilis eſto. Lege & Epiſtol. Erasmi eodem anno ad Berum & Fabrum pag. 1645. 1646. & ad Rhenan. pag. 1647. —— Apologiam à me recognitam Argentoratum miſeram Schurerio, ſed hâc lege, ut ſi non placeret, mitteret Baſileam. Miſi eidem Q. Curtium, deſperans illìc eſſe locum pluribus, cùm nihil omnino prodiret. Et pag. 671.] Erasmus Rot. Polydoro Virgilio S. D. —— Quòd in primâ Adagiorum Editione, nulla ſit facta Polydori mentio, mirum eſſe non debet, cùm id temporis nullus adhuc mihi notus eſſet Polydorus, præter eum quem in Tragœdiis Polymnestor obtruncat, & auro vi potitur. Atqui hìc me putas ἀκκίζειν, negans eſſe veriſimile, quod aio, cùm Præfatio Matthiæ Schurerii teſtetur, antequam meum Adagiorum libellum excuderet, ſe tuum formulis expreſſiſſe. Quid ſcripſerit Schurerius neſcio; illud negari non poteſt, libellum Adagiorum meum decem annis excuſum fuiſſe Lutetiæ, per Joannem Philippum, prius-

familiares frequenter in (a) Epiſtolis meminerint *Argentinenſis* litterariæ Sodalitatis, eam certè non decet me præterire, in quam nonnulli ex iis, quos modò laudavi, ſe cooptatos gaudebant. Hìc igitur ſubjungam (b) duas Epiſtolas, unam à WIMPHELINGO ad ERASMUM, alteram ab ERASMO ad WIMPHELINGUM.

D. ERASMO *Rot.* JACOBUS WIMPHELINGUS *Seleſtadienſis*, nomine Sodalitatis literariæ *Argentinenſis*, S. D.

*Jumento nonnunquam ineptiori manticæ & ſarcinæ imponuntur : ſic & mihi veterano, minúsque idoneo, Sodalitas literaria apud* Argentoratum *id oneris impoſuit, ut te omnium nomine ſalvum jubeam, tibi bene eſſe exoptem; tuas literas, quæ ſtatûs tui certiores nos efficiant, ad nos propediem mittendas expoſtulem. Credimus te quoque à* Baſilienſi *Gymnaſio humaniter exceptum, atque perbenignè foveri inter doctos doctiſſimum. Præcipuè verò in convictu philoſophico nihil tibi, quod jucunditatem præſtare poſſit,* BEATUM RHENANUM, *qui te alioquin colit, amat, obſervat, ſperamus negaturum. Commendat ſeſe tibi univerſa noſtra Sodalitas literaria :* Sebaſtianus BRANTUS, Jacobus STURUS, Thomas RAPPIUS, Thomas AUCUPARIUS, Matthias SCHURERIUS, Joannes RUDALFINGIUS, Stephanus TIELERUS, Joannes GUIDA, Petrus HELDUNGUS, Hieronymus GEBUILERUS, Joannes RUSERIUS, OTOMARUS, *& cæteri, quorum nomina me fugiunt, & ego in primis. Vale. Ex* Argentorato, *prima* Septembris M. D. XIIII.

D. ERAS-

*priusquam* SCHURERII *nomen audiſſem* &c. Lovanii 23. Decemb. 1521. Pag. 1537. RHENANUS apud ERASMUM anno 1515. de SCHURERII negligentiâ queritur; —— *Doleo te litteras, quas mihi ſcripſiſti, non* LACHNERO *tradidiſſe. Si* SCHURERIO *dediſti, neſcio quando ſim recepturus : nôſti enim hominis miram negligentiam.*

(a) Pag. 371. ERASMUS RHENANO *ann.* 1518. —— Argentinam *appulimus ante prandium ad horam ferme nonam ; illic commodiùs accepti ſumus, præſertim* SCHURERIO *ſuppeditante vinum. Aderat aliqua ſodalitatis pars, mox univerſi ſalutatum veniunt, ſed nemo officioſiùs* GERBELIO. GEBUILERIUS *&* RUDALPHINGIUS *me immunem eſſe voluerunt, quod jam illis novum non eſt.* Et p. 1619. SCHURERIUS ERASMO 1517. —— *Salutat te noſtra Sodalitas litteraria* —— Et p. 1625. ERASMUS RUSERO 1517. —— *Salutabis ſodalitatem totam,* STURMIUM, WIMPHELINGUM, *& candidiſſimum* RODULPHANGIUM, REBELERIUM, *& in primis Doctorem* GERBELIUM. Et p. 1639. ERASMUS SCHURERIO ſuo 1517. —— *Saluta amicos, hoc eſt totum ſodalitium litterarium.*

(b) Eæ excuduntur ad finem. ERASMI *de Cop. Verbor.* in Editione *Simonis* COLINÆI 1528.

## D. ERASMUS *Rot.* JACOBO WIMPHELINGO, *Germanus Germano*, Theologus Theologo, litterarum ſcientiſſimo, litterarum ſitientiſſimus S. D.

*Quid ais, mi* WIMPHELINGE? *Itáne tu vocas iſtud, bovi clitellas, quòd tibi potiſſimum ad nos ſcribendi datum eſt negotium? At mihi planè videtur illud, quod* Græci *dicunt* παροιμιαζόμενοι, τὸν ἵππον εἰς πεδίον. *Nam cujus humeris aptiùs iſta ſediſſet ſarcina, aut cui rectiùs hoc muneris delegare poterat* Argentinenſis *illa Sodalitas (ſic enim tu vocas) non literatiſſima modò, ſed & humaniſſima, quàm* WIMPHELINGO, *cùm bonarum literarum apud ſuos facilè principi, tum omnis humanitatis antiſtiti?* —— *magnopere te rogo, ut elegantiſſimam iſtam Sodalitatem, hoc eſt, Muſarum & Gratiarum omnium Collegium, diligentiſſimè meis reſalutes verbis: nominatim incomparabilem illum juvenem* Jacobum STURMIUM, *qui majorum imagines morum illuſtrat integritate, juventutem ornat ſenili morum gravitate, doctrinam haud quaquam vulgarem incredibili modeſtiâ mirè condecorat: deinde* Thomam RAPPIUM, *ipſis oculis, ipſo vultu, ſuavitatem & candorem ingenii præ ſe ferentem:* Thomam *item* AUCUPARIUM, *quem ego ſanè vel ob hoc laureâ dignum exiſtimo, quòd ab omni faſtu longè ſit alieniſſimus, cui morbo ferè genus hoc hominum videmus obnoxium. Hunc cùm plurimi faciam, tàmen quò parciùs laudem, ipſe fuit in causâ, qui me ſuo carmine laudavit, non dicam quàm verè, ſed prorſus amantiſſimè, ne quid illud in nos jaciat,* mutuum Muli ſcabunt. *Ad hæc* Matthiam SCHURERIUM, *virum cùm aliis multis nominibus egregiè charum mihi, tum hòc etiam chariorem, quòd hunc quoque fertiiis illa tot eruditorum hominum, tot felicium ingeniorum edidit* Seleſtadium, *cui &* Beatum RHENANUM *&* Joannem SAPIDUM *debeo, & ipſum denique* WIMPHELINGUM. Matthiam *igitur niſi vehementer amem, meritò dicar ferrum & adamantem geſtare in pectore; adeò me prior & officiis ſuis, & beneficiis ad amicitiam provocavit: neque committam, ut animo certè ſtudióque ſuperatus videar; etiam ſi ille priores occupavit, aſſequar aliquando & officiis, ſi modò non deſint animo vires. Ad hæc ſalutabis accuratiſſimè* Hieronymum GEBUILERIUM *unum omnium, quos adhuc viderim, humaniſſimum, qui me ſuis laudibus, doctiſſimis quidem illis, ſed planè, ut* Germanus *germanè dicam, vaniſſimis, ad cœlum usque vexit: & ſic orationis ſuæ præſtigiis mihi impoſuit, ut prorſus ipſi mihi viderer aliquid eſſe, víxque poſt biduum ad me redierim, quid eſſem agnoſcens. Præterea* Joannem RUDALPHINGIUM *planè* μουσικώτατον *non arte ſolùm ſed & moribus: hoc eſt, feſtiviſſimum & compoſitiſſimum, qui me unà cum* Hieronymo *ad proximum diverſorium eſt proſecutus. Neque præteribis* OTOMARUM, *hominem citra oſtentationem (ut mihi videtur) eruditum; qui nos ſuis toties*

*vocem imitantibus cannis*, *ut vel Luſciniam vincerent*, *adeò delectavit*, *ut divinâ quâdam voluptate rapti videremur. Eâdem operâ ſalutabis optimæ ſpei juvenem* Joannem RUSERIUM, *noſtri* (*ut viſus eſt*) *ſtudioſiſſimum. Item elegantiſſimos juvenes*, Stephanum TULERUM, Joannem GUIDAM, Petrum HELDUNGUM, & (*ut finiam*) *cæteros omneis*, *quorum etſi nomina me fugiunt*, *tamen memoria præcordiis intimis penitiſſimè inſculpta eſt*, *ac ſemper erit. Nam* Sebaſtianum BRANT (*ut eximium*) *extra omnem & ordinem*, & *aleam pono : quem ego virum*, *mi* WIMPHELINGE, *tanti facio*, *ſic amo*, *ſic ſuſpicio*, *ſic veneror*, *ut magna quædam felicitatis pars acceſſiſſe mihi videatur*, *quòd illum coràm intueri*, *coràm alloqui & amplecti contigerit.* —— Joannes SAPIDUS, *tuus in literis alumnus*, *qui te moribus quoque mirè refert*; *quique te non ſecus ac patrem & amat & ſuſpicit*, Baſileam *usque nos eſt proſecutus. Illic admonueram hominem ne me proderet*: *delectari me paucis amiculis*, *ſed exquiſitis ac delectis. Primùm itaque non aderant alii*, *quàm ii*, *quos maximè volebam.* Beatus RHENANUS, *cujus ego prudenti modeſtiâ*, & *acerrimo in literis judicio vehementer delector*, *nec eſt quicquam hujus quotidianâ conſuetudine mihi jucundius. Item* Gerardus LISTRIUS *medicæ rei non vulgariter peritus*, *adhæc Latinæ*, *Græcæ & Hebraicæ litteraturæ pulchre gnarus*, *denique juvenis ad me amandum natus. Ad hæc* Bruno AMERBACHIUS *ſingulari doctrinâ trilinguis & hic.* Joanni FROBENIO *reddidi literas ab* ERASMO *miſſas*, *addens eſſe mihi cum eo familiaritatem arctiſſimam*, *ab eodem edendis illius lucubrationibus negotii ſummam mihi commiſſam*, *ut quicquid egiſſem*, *id perinde ut ab* ERASMO *geſtum*, *ratum fore. Denique me illi adeò ſimilem*, *ut qui me videret*, ERASMUM *videret. Is poſtea riſit*, *intellectâ fraude. Socer* FROBENII *reſolutis omnibus*, *quæ debebantur in diverſorio*, *nos unà cum equis ac ſarcinis*, *in ſuas ædes traduxit.* —— Baſileæ XI. *Calend.* Octob. M.D.XIIII.

In his Epiſtolis discimus meritum SCHURERII, qui talibus viris adnumeraretur ; & qualis primus fuerit ERASMI cum FROBENIO congreſſus. Præterea hinc non leve contra MENTELIUM *Argentinenſibus* Typographiæ inventum deferentem argumentum duco, quòd de hâc re ERASMUS non tacuiſſet, quæ tantum *Argentinæ* laudibus, quas hìc ſibi celebrandas propoſuerat, momentum attuliſſet, præſertim apud Litterariam ex ipsâ hâc Civitate Sodalitatem : Quódque WIMPHELINGUS & BRANTUS hujus Sodalitatis Socii, & hic etiam *Argentinenſis*, *Argentinæ* arrogare, quod ſciebant (a) *Moguntiæ* deberi, noluerint.

Anno

(a) Lege illorum pro *Moguntiâ* teſtimonium, MALLINKROT. p. 7. 10.

(a) Vide

Anno 1520. (a) *Seleſtadii* imprimebat LAZARUS SCHURERIUS; qui quâ cognatione MATTHIAM attigerit, nondum comperi.

(b) RUTGERUS RESCIUS *è* (b) Dryopoli *ſive* Maſeicâ Leodienſis *agri ad* Moſam *oppido ortus*, *primus* (c) *fuit in trilingui Gymnaſio* Lovanii (d) *à* BUSLIDIO ERASMI *hortatu inſtituto*, *Græcæ Linguæ Profeſſor*, *ac poſtmodum celebre illic Typographeum aperuit.* (e) Eum apud *Lovanienſes* contumeliosè habitum conſolatus eſt ERAS-

(a) Vide *Catalog.*

(b) MALLINKROT. pag. 93.

(c) ERASM. Epiſtol. pag. 1564.] ANTONIUS CLAVA ERASMO S. —— *Salutem meo nomine plurimam dicere velis* —— *amiciſſimo mihi* RUTGERO Dryopolitano *ſimul ac hoſpiti ſuo viro integerrimo.* —— *Ex* Gandavo. 3. Auguſt. 1516. Antea cùm fieret *Theodorici* MARTINI mentio, adducta eſt Epiſtola RESCII ad ERASMUM.

(c) Pag. 667.] ERASMUS *Rot.* BERNARDO BUCHONI *Friſio* S.D. (poſtquam multos *Lovanii* agentes enumeravit, *Jacobum* CERATINUM, & in Collegio *Lilienſi* HERMANUM *Weſtphalum*, ADRIANÚMque *Sueſionium*) *Eſt* Rutgerus RESCIUS *Græcæ Linguæ Profeſſor in Collegio novo, quod inſtituit* Hieronymus BUSLIDIUS, *qui doctrinam non vulgarem incredibili quâdam modeſtiâ, planéque pudore quodam virgineo condecorat.* —— *Ex* Anderlaco. 24. Sept. 1521. Quo amicitiæ gradu RESCIUM ERASMUS habuerit, lege (p. 230.) Epiſtol. *Paſchaſii* BERSELII ad ERASM. —— *Saluta, ſi me amas, filium tuum ac meum fratrem* Rutgerum RESCIUM; *ſcribam illi, cùm per ocium licuerit.* —— *è cellulâ noſtrâ apud* Leodium, 7. Januar. 1517.

(d) *Hieronymus* BUSLIDIUS, Præpoſitus *Arienſis*, Regis Catholici Conſiliarius, *Franciſci* Archiepiſcopi quondam *Beſontini* frater, *Lovanii* magnis impendiis inſtituit Collegium, in quo publicè tres Linguæ doceantur, *Hebraica*, *Græca*, *Latina.* ERASM. *Epiſt.* p. 378 & 652. & 972. & 1638. In eo *Matthæus* ADRIANUS Hebraicæ Litteraturæ doctiſſimus ann. 1517. *pag.* 1538. 1655. Huic *Hieronymo* ERASMUS ann. 1506. LUCIANI *Dialogos* à ſe verſos dedicat. Hic Lovanii *Collegium inſtituit Teſtamento, nam in Itinere* Hiſpanico *periit.* Lege Epiſtol. ERASMI ad GLAREAN. anno 1517. pag. 1654.

(e) Et pag. 523.] ERASMUS *Rot.* JOANNI ROBINO, Decano *Mechlinienſi* S.D. —— PAULUS *gloriatur ſe vinctum eſſe* JESU CHRISTI; RUTGERUS *gloriari poteſt ſe vinctum eſſe Collegii trilinguis. Diſſimulent quantumlibet, hoc Collegium illos peſſimè habet. Atque hæc auguria mihi portendunt, olim florentiſſimum futurum. Sic natum eſt* Romanum *Imperium; ſic crevit* Hebræorum *gloria; ſic orta, ſic conſtabilita Chriſtiana Religio. Nulla res egregia, niſi difficilibus initiis nata eſt. Argumentum omne coguosces ex* BARPTOLOMÆO, *qui fuit non modò ſpectator, verùm etiam affinis periculo. Ut ſunt res humanæ non usquequaque puræ, etiamſi quid commiſſum eſſet, tamen humanitatis veſtræ fuerat aliquousque favere Profeſſori. Nunc & tali, & innocentiſſimo, multo minùs debetis deeſſe. Doctior an inveniri poſſit, neſcio; certè diligentiorem, ac moribus puriorem, vix invenias. Utimur eâdem mensâ; & inter pocula quidvis garrimus. Ille tot modis fuit laceſſitus: hunc enim ſtudio expetunt, ne quid offendant magis maſculos. Nec unquam tamen audivi illum quicquam impotentiùs loquentem. O pectus verè Chriſtianum! Modò cum* PAULO *contuli* RUTGERUM, *qui hâc certè parte vincit, quòd qui* PAULUM *affligebant, errabant, nimirum alieni à profeſſione Evangelicâ. Hi proceres Chriſtianæ doctrinæ, prudentes, de compoſito hæc deſignant. Inhibuerunt &* NESENUM *aggreſſum* Geographiam POMPONII MELÆ. *Qui ſi domi ſuæ lupanar aliquod inſtituiſſet, tolerandus erat. O ſanctam Academiam, ſi cum aliis conferatur, ſed dignam aliis, quorum arbitrio temperetur! Mihi multis modis videtur hoc mereri* RUTGERUS, *ut illi ſalarium,*

*quod*

Eʀᴀsᴍᴜs, (a) cui tamen non ſemper placuit, præſertim poſtquam (b) uxorem duxiſſet; quod ei nonnihil turbæ apud Collegii

*quod jam aliquâ portione eſt auctum, augeatur usque ad octodecim libras.* ——— Lovanio 1. Dec. 1519. Et pag. 683] Eʀᴀsᴍᴜs Rᴜᴛɢᴇʀᴏ Rᴇsᴄɪᴏ ſuo S. D. *Ni tam atrox eſſet contumelia, mi* Rᴇsᴄɪ *doctiſſime, prorſus auctor tibi futurus ſim, ut vel iniquis conditionibus pacem admitteres. Nunc cùm ejusmodi ſit contumeliæ genus, ut nemo non deteſtaturus ſit, ſi quid ejusmodi commiſiſſet herus in ſuum mancipium, cujusmodi malitioſâ conſpiratione deſignârunt ii, quorum partes erant omnem injuriam à frugi Scholaſticis depellere, non auſim, ut facias, ſuadere, quod tamen tuo bono factum eſſe cuperem. Mira verò tyrannis: ipſi quum ne voculæ quidem ullius injuriam ferant, poſtulant, ut tu tam inſignem contumeliam muſſes, ac propemodum etiam ultro veniam poſtules, ne quid ſcilicet illorum decedat dignitati. Res erat digna, quæ poſteris innoteſceret. At ego puto generoſius eſſe vindictæ genus, ſi, quemadmodum hactenus feciſti, Græcæ literaturæ Profeſſionem quàm maximè cohoneſtes & integerrimis tuis moribus, & docendi vigilantiâ. Quòd ſi non impetras hoc ab animo tuo, ut litem remittas, id quod ego nolim abs te flagitare, quando famæ res agitur, fac ita litiges, quemadmodum hactenus eſt à vobis litigatum. Nam quum proximè eſſem* Lovanii, *ſic obeſulus, ſic rubicundulus & alacer eras, ut mihi lite non macerari, ſed ſaginari videaris. Et habes te dignum adverſarium* Jᴏᴀɴɴᴇᴍ Cᴀʟᴀʙʀᴜᴍ *Medicum, qui te pallore maciéque refert, exceptâ ætate adeo tui non diſſimilis, ut periculum ſit, ne cui videaris litigare cum patre. Quanquam vir ille, meâ ſententiâ, non peccavit malitiâ, ſed obſequio. Bene vale,* Rᴇsᴄɪ *chariſſime.* Anderlaco. *anno* 1521. Eum ſalutat Eʀᴀsᴍᴜs in Epiſtol. (p. 1069.) *Baſileæ* 19. *Mart.* 1528. ad Nɪᴄᴏʟ. Vᴀʀɪᴜᴍ datâ. Et p. 1479.] Eʀᴀsᴍᴜs Cᴏɴʀᴀᴅᴏ Gᴏᴄʟᴇɴɪᴏ S. ——— *Doleo Collegium iſtud tam citò frigeſcere, & periturum video, niſi Præſidis & Exſequutorum cura vigilet, ut Profeſſorum adſit diligentia.* Campenſis *abeſt. Tu litigas, quanquam cœlebs.* Rᴇsᴄɪᴜs *varias perſonas ſuſtinet.* ——— Friburgo 7. Nov. 1533.

Collegium hoc erat *Buslidianum*, cujus ſocii erant Rᴇsᴄɪᴜs (uti ſuprà notatum eſt) & Gᴏᴄʟᴇɴɪᴜs; ille Græcæ, hic Latinæ (p. 822. Eʀᴀsᴍɪ Epiſtol. ad Gᴏᴄʟᴇɴ. ann. 1524. & p. 569. ann. 1520.) Linguæ Profeſſor.

(a) Et p. 1522.] Eʀᴀsᴍᴜs Gᴏᴄʟᴇɴɪᴏ S. P. ——— *Opinor tibi redditas litteras, quas per nundinas ſuperiores miſi, tibi,* Rᴜᴛɢᴇʀᴏ, Aɴᴅʀᴇæ, Lʏᴘsɪᴏ, & Sᴄʜᴇᴛᴏ. ——— *Quid neceſſe fuit,* Rᴜᴛɢᴇʀᴜᴍ *interpretari Græcas Inſtitutiones è Latino verſas? conducibilius erat interpretari* Dᴇᴍᴏsᴛʜᴇɴᴇᴍ, Lᴜᴄɪᴀɴᴜᴍ, *ſi quid habet caſti, Tragœdias gravibus ſententiis refertas, ac ſimiles Auctores, unde diſcitur Græci ſermonis elegantia. Sed ille totus ad quæſtum ſpectat, & graviter perdit iſtud Collegium. Vale.* Baſilea 28. Junii, *anno* 1536.

(b) Et p. 1017.] Eʀᴀsᴍᴜs Rot. Rᴜᴛɢᴇʀᴏ Rᴇsᴄɪᴏ S. D. *Res erat levior quàm ut ejus gratiâ negotium faceſſeres exſecutoribus. Ab illis nihil erat perſcriptum, & bene tibi volebat, qui ſignificarât, nimirum hoc agens, ne loco movereris; quod quidem à me curatum eſt. Nec tamen ea cauſa tam nullius eſt momenti, quàm tu vis videri. Non admodum prolixa vox eſt* Uxorcula, *verùm ea vox multa ſecum trahit. Omitto affectus uxorios, curam liberorum, ſtudium augendæ rei, aliáque permulta, quæ profitendi intentionem remittunt ac refrigerant, etiamſi non exſtinguunt, certè à Collegii contubernio te ſemovet uxor; ad quod exemplum ſi cæteros item invitet quæſtus, quò proclives ſumus omnes, jam Collegium non erit Collegium ſed ſordida quæpiam Schola. Uxorem fortaſſe duxiſti inconſultis Exſecutoribus. Dices, Cur non protinus amoverunt? Non erat paratus, qui ſuccederet, & prudentes haud facilè novant, ubi res eſt tolerabilis. Hæc civilitas illorum benignitáſque, mi* Rᴇsᴄɪ *chariſſime, magis exſtimulare debet animum tuum, ut & ſusceptæ Profeſſioni, & talium virorum judicio ſimul & exſpectationi reſpondeas. Habes, ut audio, frequens auditorium, hôc nomine tibi gratulamur; verùm & optamus, & ſperamus tuâ diligentiâ futurum, ut habeas multò frequentius. Offerun-*

gii Curatores excitavit. (a) Non mihi videtur profeſſorii muneris officium depoſuiſſe, cùm typographicum ſuſciperet; quo non ſinè laude functus, poſtquam Libros (b) Græcos plerumque optimos ſuis & ſæpius Bartholomæi Gravii ſub Sole aureo commorantis ſumptibus excudiſſet, anno (c) 1545. diem ſupremum obiit.

At

*runtur aliunde magnificæ conditiones. Quid, quòd iſthuc ipſum quodammodo debes, non ſolum exſecutoribus, verùm etiam ipſi profeſſioni, quæ te ornavit, quæ tibi clarum celebréque nomen peperit, & fortaſſis uxorem dedit? Nec hìc tantùm ſpectandus eſt quæſtus, ſed multo magìs honeſta fama, quæ multa commoda, quamvìs non affectes, ſecum trahit. Quòd ampliſſimis promiſſis invitaris in* Galliam, *ſcis qualia vulgò ferantur* Gallorum *promiſſa; nec ignoras, quid acciderit* Æſopico *Cani. Sed donemus conditiones non minùs certas eſſe quàm magnificas, memineris hujus etiam commodi portionem non minimam te iſti debere Collegio. Quare te rogo, mi* Resci, *literas, quæ te ornârunt, viciſſim ornare contende diligentiâ dexteritatéque profitendi. Certa cum* Goclenio, *certa tecum. Id magìs tuâ refert quàm ſtudiorum, ſive perſeveras iſthìc, ſive quò aliò te vocat aura fortunæ. Epiſtola tua ſapiebat neſcio quid* ἐριστικὸν καὶ δικανικόν. *Si delectat litigare, cum improbis potiùs & Muſarum hoſtibus litigandum cenſeo. Tibi cum humaniſſimis viris res eſt, quibuſcum nemo poteſt litem ſuſcipere, niſi difficilis & iniqui lucrifaciat opinionem. Illi te non movebunt loco, niſi gravis aliqua cauſa urgeat, idque multo minùs facient, ſi non tantùm vigilantiâ docendi, verùm etiam morum integritate Profeſſionem & Collegium honeſtes. Nec tu, quæ tua eſt probitas, deſeres illos temere. Quòd ſi quid inciderit, quod meritò vos dirimat, id fiet & amicitiâ noſtrâ & famâ tuâ incolumi. Quod ego ſanè ſpero non futurum. Concordiâ mutuâ, ſtudio profitendi & morum civilitate vincetis, quicquid eſt hoſtium, feliciſſime. Hæc ut ab amantiſſimo tui profecta, tu ſimili accipies animo. Dulciſſimam conjugem tuam reſalutabis ex me diligenter, ac pubem honeſtiſſimorum ſtudiorum alumnam. Bene vale. Datum* Baſileæ 7. Octobris, *Anno* 1527.

(a) Excudebat enim ann. 1531. & conſtat ex Epiſtolâ antè allatâ eum anno 1536. egiſſe adhuc Profeſſorem.

(b) Platonis & Luciani quædam ann. 1531. Homer. 1535. & nonnulla alia cum *Barthol.* Gravio; Euripidis *Andromacham* ſuis ſolius ſumptibus ann. 1537. impreſſit. Platonis Libros *de Legibus Franciſco* Craneveldio Cæſ. Conſiliario dedicavit, & in Epiſtolâ collata in ſe agnoscit ejus beneficia; affirmans hoc Opus *in locis non paucis eſſe cæteris Exemplaribus emendatius*; optátque *ei tantum contingat otii, ut quemadmodum anno ſuperiore* (Epiſtola autem *Lovan.* Prid. Id. *Jan.* 1531. data eſt) *à ſe illi datos* Xenophontis *Commentarios Latinos fecerat, ita hos quoque* Platonis *libros Latinitate donet.* De hôc Craneveldio, Urbis *Brugenſis* à Conſiliis anno 1520. Lege Erasmi Epiſtol. pag. 615. 853. 875. Lege mutuas inter ipſum & Erasmum Epiſtolas pag. 581. 602. *Joannes* Varennius *Mechlinienſis* ſuam Rescio, non abſque honorificâ ipſius mentione in præfixâ ad *Phil.* Clericum Epiſtolâ, imprimendam anno 1532. *Syntaxin Græcam* commiſit.

(c) Caille p. 30.] „ *Reutger* Rescius ſavant dans les Langues Hebraïque & Grecque ſe vint établir à *Louvain*, il occupoit la premiere Chaire des Profeſſeurs en Grec. Il s'appliqua à imprimer & à corriger les Auteurs qu'il imprima en grand nombre; (*quorum tamen paucos adhuc videre contigit*); „ Et quoi que ces Editions ne ſont pas des plus belles, elles ne laiſſent pas d'être eſtimées. Il mourut en 1545. “ Et *Valer.* Andr. in *Biblioth. Belgic.* p. 805.] Rutgerus Rescius, Dryopolitanus *ſive* Maſeicanus, *J. C. primus fuit in Collegio Trilingui* Buslidiano Lovanii *Linguæ Græcæ Doctor. Poſtea celebre ibidem Ty-*

*po-*

At me ſenſim longiùs provectum ad Centuriæ hujus initia revocant Typographi his non incelebriores; inter quos locum primum tempore, & meritis ex virorum doctorum, Erasmi præſertim, ſuffragio non ſanè poſtremum ſibi vendicat Jodocus Badius *Aſcenſius*.

(a) Hic (b) *Aſcæ* in agro *Bruxellenſi* (c) anno 1462. natus, (d) *Gandavi* (e) ſub Fratribus, quos *in communi viventes* appellat vulgus, prima litterarum rudimenta poſuit, deinde *Bruxellæ*, poſtea *Ferrariæ* Baptistam Guarinum *litteras docentem audivit*. Indè in *Galliam* migravit, & *ſuâ eruditione exornavit* Lugdunum, *ubi Poetas publicè & privatim legebat*, *plures inſtruebat Magnatum filios*, *multa præclara carmine & proſâ ſcribebat* (f) *Opuſcula*, *anno Chriſti* 1494., *ætatis ſuæ* 32.

Tantam de Badio Erasmus habuit opinionem, ut (g) in ſuâ

*pographeium inſtituit*, *& Græcos potiſſimùm Scriptores*, *à ſe caſtigatos*, *evulgavit. Sunt in iis* Inſtitutiones Juris *Græca per* Theophilum, *à* Rescio *recognitæ*. 1536. 4. Hippocratis Aphoriſmi, *cum M.SS. collati*. 1533. 8. Plato de Legibus, *ab eodem recenſitus*. —— *Moritur ann. Dom.* CIↃ. IↃ. XLV. *Profeſſionis* XVII. VI. *Non.* Octobris.

(a) Lege Trithem. *de Scriptorib.* & *Val. Andreæ* Desselii *Biblioth. Belg.* & Caille, pag. 72.

(b) Unde ipſe ſe conſtanter *Aſcenſium* appellavit.

(c) Id conſtat ex mox infra-dictis.

(d) Hinc eſt, quòd Trithemius eum *Gandenſem* dicat. Judocus Badius Gandenſis *natione* Teutonicus, *vir in ſæcularibus litteris eruditiſſimus*, *& divinarum non ignarus*; *Philoſophus*, *Rhetor*, *& Poeta clariſſimus*, *ingenio excellens & eloquio diſertus*.

(e) Ut ipſe in Vitâ Thomæ *Kempenſis* teſtatur; *Valer.* Andr. *Bibliothec. Belg.* p. 589.

(f) Trithemius inter ejus Opera memorat hæc; *Opus metricum inſigne contra vitia*, *quod prænotavit*, Sylvam Moralem [excuſ. *Lugdun.* apud Trechsel. ann. 1492. Vide Vol. I. *Annal. Typogr.* pag. 316.]: *contra* Vincentium: *Pſalterium* Mariæ, *Sapphicis*: *de Grammaticâ*: *Epigrammata plura*: *Epiſtolas varias*: *& alia complura.* His addit *Valerius* Andreas; *Naviculam ſtultarum mulierum*: *De conſcribendis Epiſtolis*, Pariſ. 1512. 4. *cum* Auguſtini Dathi *Libello*, *de elegantiâ*, *cujus & Epitomen dedit. Vitam* Thomæ à Kempis, *Operibus illius præfixam. Commentarii verò ſive Familiares Enarrationes circumferuntur*, *in* Horatium Flaccum: *in* Persii *Satyras*: *in* Terentii *Comœdias*: *in* Juvencum: *in* Theocriti *Idyllia &c. In Epiſt.* Ciceronis *ad familiares.* Mediolani. 1519. *In Philippicas Orationes ejuſdem.* Pariſ. 1529. 4. *In Officia*, Lælium *ſive de Amicitiâ*, *De Senectute & Paradoxa.* Lugd. 1514. *In Libros Rhetoric. ad* Herennium. Pariſ. *In* Salustium. *In* Valerium Maximum. *In* M. F. Quinctiliani *Inſtitutiones Oratorias. In* A. Gellii *Noctes Atticas*, *ex Annotationibus* Ægidii Maserii. Pariſ. 1530. *fol. In* Laurentii Vallæ *Elegantias.* Argentorati, 1512. *In* Aug. Politiani *Epiſtolas & Miſcellanea*, 1519. *In* Bapt. Mantuani *Bucolica*, *atque Opera pleraque. In* Phil. Beroaldi *Næniam de Paſſione Domini. In* Pet. Burri *Pæanas* V. *Feſtorum Virg. Dei-paræ*, 1508. 4. *In* Calphurnii *Eclogas*: Franc. Petrarchæ *Bucolica*, *&c. Sebaſtianus* Murrho in Epiſtolâ *Schureriana* Cicer. *Epiſtolar. famil.* Editioni præfixâ hanc Badii habet cenſuram: —— *Adjecta ſunt ſingulis ſingula* Badii *argumenta*, *quæ tametſi puerilia ſint*, *adjecimus tamen*, *ne ſi qui fortè (qui meâ ſententiâ pauci erunt*, *aut nulli) ea deſiderarent*, *voto ſuo fruſtrarentur.*

(g) Erasm. *Ciceronian.* Edit. ann. 1530. pag. 377.

Eras-

ſuâ Scriptorum quorundam cenſurâ, eum, coætaneis ejus (a) ROBERTO GAGUINO & (b) GUIDONE JUVENALE vix inter Latinè loquentes receptis, *in hoc laudis certamen citiùs admiſerit quàm* APULEIUM; *quod nec infeliciter omnino ceſſerit conatus* BADIO, *adſitque illi facilitas non indocta; feliciùs tamen ceſſiſſet, niſi curæ domeſticæ, reíque parandæ ſtudium interrupiſſent iſtud otium Muſis amicum, hujus laudis candidato neceſſarium.* Juge fuit inter ERASMUM & BADIUM (c) litterarum commercium, eámque de hujus fide

(a) ERASMUS multùm mutatus erat ab illo ERASMO qui in GAGUINI de Geſtis Francorum Hiſtoriâ *Sermonis puritatem, elegantiam* Saluſtianam, Livianam *felicitatem, ſummam luculentiam, varietatem jucundiſſimam* mirabatur. Lege ERASMI Epiſtolam illi Hiſtoriæ præfixam, & Epiſtolas quasdam ante annum 1500. ſcriptas. ERASMI forſan amor in GAGUINUM refrixit, quòd (utì indicat Epiſtola illius ad BUDÆUM ann. 1516. ſcripta: lege p. 178.) ROBERTUS GAGUINUS *ei olim ſub alienâ perſonam ſuam indicans ſententiam retulerit in hôc ipſum à Criticis reprehenſum, quòd in primis illis* [ſcil. Chiliad.] *collectaneis oppidò quàm jejunus eſſet, & è tam multis paucula modò recenſuiſſet.* Videmus quanta ſit Criticorum quorundam, neque ex claſſe infimâ, levitas; qui ſuum plerumque judicium deferunt, quò rapit partium ſtudium; déque aliis, non pro ipſorum meritis, ſed pro ſuis erga ipſos affectibus pronunciant.

(b) BADIUS (in Edit. TERENT. 1497. 4°) ſic de *Guidonis* JUVENALIS familiaribus in TERENTIUM interpretationibus interrogatus, respondit *optimè quidem placere, quippe quibus plurimum facilis atque bonæ eruditionis* Gallicæ *juventuti partum intelligebat; non deeſſe tamen locos pauculos, quos ipſe aliter interpretatus fuiſſet.* Modeſtè à BADIO reſponſum.

(c) ERASM. Epiſtol. p. 1522.] JODOCUS BADIUS Aſcenſius DES. ERASMO Rot. S. D. *Enimvero*, ERASME *diſertiſſime, non poſſum candido tuo, atque gravi, de* VALLÂ *noſtro, judicio non ſubſcribere; ut enim nullius æquè cenſentis invidiam, ita ſtudioſorum omnium non infimam & gratiam & benevolentiam meruit: nam, ſicut in Doctrinâ Chriſtianâ rectè ſentit Divus* AUGUSTINUS, *in unâ Linguâ ſubobſcura ex alterius collatione fiunt illuſtria & aperta; quæ tandem invidia, ſi eos locos, in quibus* Latina *Exemplaria ab* Græco *Exemplari modò discrepant, modò etiam frigent, in medium afferat; niſi id illi forſan invidemus, quòd tanto nos labore levârit. Sed deſino ſtomachari; ſpero enim fore, ut Venatio * tua omnibus divinæ lectionis ſtudioſis, ut eſt gratiſſima, ita ſit & jucundiſſima. Vale,* Pariſiis 8. Martii, *Anno* 1505. Et pag. 1540.] JODOCUS BADIUS Domino ERASMO S. *Domine* ERASME, *amicorum præſtantiſſime, accepi Litteras tuas, ſolitæ in me benevolentiæ teſtes ampliſſimas; Deus faxit, ut commodis tuis honorificis aliquando ex ſententiâ inſerviam. Animus certè præſens eſt, & providentiæ facultatem fecerit, ſi admonueris.* Franciscus *de* Adagiis *tuis magnis ſatìs probè mecum egit. Reliqua tua cum præconio tuo novo & inſtrumento in* Alemaniâ *impreſſa meo detrimento ſunt: ſi tamen ita è re tuâ, aut honore eſt, patiar, & quidem æquiori animo. Valent* COPUS & FABER, & *reliqui amici tui, quos excellentiſſimâ literaturâ & doctrinâ ſingulari non ſolùm tibi conciliâſti, ſed etiam demeruiſti.* BUDÆUS *Opus* de Aſſe *relambit.* A. RUELLA DIOSCORIDEM *impreſſioni aptat. Nos* QUINTILIANUM, *ut poſſumus, reponimus, freti Codice ſatìs fideli, à* LAURENTIO VALLENSI, *dum vivebat, poſſeſſo. Vale.* Pariſiis 20. Aug. *Anno* 1515. Et p. 1561.] JODOCUS BADIUS ERASMO S. ERASME *ſuaviſſime, accepi abs te nuper litteras binas, & cum prioribus Opus* Similitudinum *repoſitum, quod quanquam magìs ut pignus amici-*

* Alludit ad Epiſtolam (pag. 99.) in quâ ERASMUS agit de *Laurentii* VALLÆ Annotationibus in Nov. Teſtament. quas dicit ſe reperiſſe in perveruſtâ quâdam Bibliothecâ, dum in eâ venaretur.

fide & curâ ſpem ille jam ab initio usque concepit, ut hunc in ſuorum

*micitiæ, quàm ut Cerbero objectam offellam amplector, tamen quia abs* Theodorico *noſtro* Aluſtenſi *his diebus impreſſum eſt, ne illi damno ſim, non auſim prælo noſtro committere: ſanctiùs enim amicitiam colo, quàm qui* Copiam verborum, *magno munere mihi miſſam non ſinè præfatione tuâ, labores noſtros non parum elevantes, impreſſerunt, ac qui* Adagia, *mihi tam ſanctè promiſſa, non minoris ac Philippeo vendiderunt ſingula, ſesquiannum antequam unum (nondum enim omnia recepi) reciperem, redemta. Quam injuriam conſtitueram, imprimendo Novo Teſtamento iisdem formulis, nihil ad hoc comparatis, ulciſci; ſed omnem,* Erasme *ſuaviſſime, amicitiæ tuæ & hoſpitis noſtri remitto atque condono; nihil ſint Impreſſores tui ſuper priore quidem Impreſſione ſolliciti, nihil illis nocuero, humaniter tamen egerint, ſi viciſſim parcant mihi. Sed hæc hactenus. Pertuli litteras tuas ad* Budæum, *qui has noſtris annexas ad te dedit, item ad* Fabrum, *qui te plurimùm colit & ſalvere cupit: aſſurgunt tibi boni omnes, & vix detrahere audent mali, malos dico, bonarum lucubrationum calumniatores. Jube, precor, hoſpites noſtros,* Jacobum *&* Petrum *cum uxorculis lepidiſſimis etiam verbis noſtris ſalvere: ac vale.* Pariſiis 6. Julii. *Anno* 1516. In eâ Epiſtolâ emicat Badii candor, qui inter ὁμοτέχνοις rariſſimus; ejusdem etiam apparet apud Budæum gratia. Ab eodem ſatis (ut opinor) apertè notatur Frobenius, cui iſtorum Librorum impreſſionem invidebat & meritò, cùm ſibi antea promiſſa fuiſſet, & generosè, cùm ulciſci nollet. Hujusmodi querelam continet alia Epiſtola (p. 1571.) Jodocus Badius Domino Erasmo S. D. *Accepi* Similium *Opus tuum luculentum, quod licèt (quæ tua eſt modeſtia) per me ornatum iri optes, Officinam meam cum primis ſit ornaturum, niſi quod damnum mihi inferant plurimi, illis referre graver, quod ſi non intelligis, ejusmodi eſt. Ea de te eſt mortalium opinio, ut ſi recognitum quodvis Operum tuorum à te prædices, etiamſi nihil addideris, priùs impreſſum nihili æſtiment; quam jacturam in* Copiâ Linguæ Latinæ, *in* Panegyrico, *in* Moriâ, *in* Enchiridio, *(nam quingenta redemeram Volumina) & in* Adagiis, *quorum* 110. *emere facere coactus ſum. Itaque è re noſtrâ faceres, ſi uni unam operam addiceres, nec priùs, quàm illius Exemplaria diſtraxerit, immutes, quod in* Similium *Opere ſervâſti ex parte, ſi priorem Impreſſorem præmonuiſti, &* Theodoricum *ad id imprimendum non es hortatus. Miſeram te hortante bonam vim* Panegyricorum *tuorum* Alemanniam, *ubi quia impreſſi ſunt, quid niſi* Noctuam Athenas. *Quia tamen* Copiæ *congruunt* Similia, *primo quoque prælo expedito, iisdem formulis & ſimilibus chartis excudentur. Disquiro jampridem locum in fronte Libri non vulgaris, cui quanti ſapientem iſtam eloquentiam faciam, ut arundineto illi clamitem, nihil quidem novi facturus, aut vulgatæ opinioni additurus, ſed impatienti deſiderio meo, ne in rabiem vertatur, offellam objecturus; ad quam allidere memini, cùm ſuperioribus tuis latè reſponderem, &* Budæi *noſtri litteras accuratè ſcriptas genero* Jodoci *donarem, tabellionis dominorum à ſecretis* Gandavi *agentium ad te darem, quas receperis, néc-ne,* Budæus *ſcire percupit: ſcriptæ ſunt, poſtquam in* Brabantiam *veniſti abhinc forte dies quadraginta. Puer hic meus referendo reſponſo aptus fuerit. Vale.* Pariſiis 29. Septembr. 1516. Et pag. 1600.] Erasmus Badio ſuo S. D. *Utinam, mi* Badi, *fuiſſet tibi copia formularum Græcanicarum! Nunc capitis periculo* Baſileam *adire cogor: neque enim edi poteſt Novum Teſtamentum, niſi coràm adſim. Scribunt ad me optimi fratres* Amorbachii, Joannem, *cognomento* Parvum, *neſcio quid minari, ſeſe excuſurum Opera* Hieronymi, *contemto ſummi Pontificis interdicto, imò neglectâ omni humanitate: videat etiam atque etiam, ne dum aliis ſtudio nocere parat, ſibi ipſi noxam accerſat. Non dubito, quin tibi ſit cum homine familiaritas; oro, ut à tam inhumano facto coerceas. Cura, ut* Budæus *&* Faber *ſuas recipiant litteras. Bene vale.* Lovanio 17. Aprilis. *Anno* 1517. Erasmus de Græcorum in Officinâ *Aſcenſianâ* characterum inopiâ conqueritur; quaſi per eam ſtaret, ne ibi ſuum Teſtamentum recuderetur; de cujus impreſſione Badius in Epiſtolâ ſuperiore injuriam ulciſci ſe conſtituiſſe dixerat. Et tamen poſtea typos Græcos non defuiſſe teſtantur Libri iis impreſſi, Budæi *Comment.* anno 1529. ac *Epiſtolæ* 1522. & *Græca Anthologia* 1531.

Et

rum poſtea Typographorum album receperit, huícque (a) multa ex ſuis edenda tradiderit Opuſcula. Imò ERASMUM eò ſuæ in BADIUM amicitiæ vis abripuit, ut eum cum BUDÆO non dubitaret

Et pag. 1669.] ERASMUS Rot. JODOCO BADIO, optimo litterarum optimarum Profeſſori S. D. *De Similibus nihil prorſus antehac intellexeram, ſed tamen gaudeo. Nec eſt, cur huc mittas quicquam. Si* PETRUS ÆGIDIUS *habet, ſat eſt; & tamen miror, ſi recepit: nam is, opinor, ad me miſſurus erat, vel ob tuum de me teſtimonium, niſi fortè premit in gratiam* THEODORICI. *A* DELOINO *nullas accepi litteras præter unicas illas, quibus me ad ſcribendum provocat. Quòd nos ornâris tuo teſtimonio, gratiam habeo, lætus laudari à viro laudato; curabóque pro virili reſpondere officio.* ÆMYLII Hiſtoriam *tandem huc allatam eſſe gaudeo. Cæterùm* Linacrica *non prodire demiror: rogâram* LUPSETUM, *ut unum Volumen ad me mitteret; verùm is, ut apparet,* Britannicâ *egit fide. Rogo mittas denuo qui Litteras exigat à* BUDÆO *ac* DELOINO. *Bene vale, humaniſſime* BADI, *cum tuis omnibus.* Lovanio 16. Januarii, *Anno* 1518. ÆMYLII *Hiſtoria* à BADII prælo prodierat; & hanc Editionem (ut puto) innuit ERASMUS (p. 184. 185.) in Epiſtolâ ad BUDÆUM 21. *Feb.* ann. 1516. datâ; in quâ ſe gaudere ſcribit THOMÆ LINACRI *lucubrationes ex Officinâ* Badianâ *propediem exituras.*

(a) ERASM. Epiſtol. p. 105.] ERASMUS Rot. ANDREÆ AMMONIO ſuo S. D. ——— *In negotio* Proverbiorum *peſſimè ſum acceptus ab iſtis Bibliopolis. Quidam ea formulis excudit* Tubingæ, *ſed ita imitatus Editionem* Aldinam, *ut parum attentis eadem videri poſſit. Commiſeram Exemplar emendatum ac locupletatum* Franciſco, *qui Libros ferme omnes ſolitus eſt huc importare, ut vel* BADIO, *vel ex illius ſententiâ committeret alii. Is bonus vir rectâ* Baſileam *deportavit, ei in manus dedit, qui jam excuderat, ut hæc tum demum edat, cùm ſua divendiderit, hoc eſt, poſt decennium. Complures item Libellos, ex* PLUTARCHO *ac* LUCIANO *verſos, commiſeram* BADIO *tradendos, ut ſuperioribus, quos habet, adjungeret; & hos illi, utì ſuſpicor, tradidit; útque plures mittam, rogat.* ——— Cantabrigiæ 21. Dec. 1510. Et. p. 135.] ERASMUS PETRO ÆGIDIO S. D. ——— *Dabis operam, ut hæc quàm primùm ad* JODOCI BADII *manus perferantur. Paravi* Proverbiorum *Opus, & ita locupletavi, ut prorſus aliud reddiderim: at multo, ni fallor, melius, cùm eſſet non admodum malum. Quare nihil eſt, quòd aliorum timeat Editiones. Convenerat cum* Franciſco *Bibliopolâ, ut illi Exemplar committerem, verùm inſalutato me diſceſſit. Precium, quod in ſuis Literis præſcripſit, lubens accipio: nec enim magnopere commoveor lucello. Ipſe paret omnia, ut Opus ſic exeat ex ipſius Officinâ, ut non facile ſit cuipiam æmulari. Abſolvam caſtigationem novi Teſtamenti, abſolvam Epiſtolas Divi* HIERONYMI, *& ſi dabitur ocium, emendabo &* SENECAM. *Fieri poteſt, ut ipſe vos reviſam à Paſchâ: quod ſi non licebit, mittam in primis* Proverbia, *cùm certus aliquis dabitur, per quem mittam. Nonnihil ſollicitus ſum, ut Græcis formulis huic Operi ſatisfaciat, quod ſemi-Græcum eſt. Proindè quantâ poteſt curâ præparet omnia, atque ipſe ſeſe in Græcanicis literis nonnihil exerceat: id quod in alias quoque Librorum Editiones erit uſui futurum. Non mittat pecuniam neque Libros, priusquam ad illum, quid velim, perſcripſero.* Dialogos LUCIANI, *quos ad eum miſi, nondum prodire video: video quosdam ex illis excuſos* Lovanii: *quâ de re cupio certior fieri. Verti complusculos* PLUTARCHI *libros, quos emendatos remittimus. Accepi poſtremas* BADII *Literas per* Anglum *quendam, in quibus ſcribit* Moriam *à ſe formulis excuſam, quam tamen hìc non vidimus. Bene vale.* Lovanio *Anno* 1514. Et pag. 808. in Epiſtol. ad HAIONEM HERMANNUM *Friſium Baſil.* 31. *Aug.* 1524. ——— HECUBAM & IPHIGENIAM *à me verſas jam* BADIUS *excuderat, antequam adirem* Italiam. Ex Officinâ autem *Badianâ* prodierunt anno 1506.

(a) MAL-

taret (a) conferre; cúmque ea res in contentionem veniret, & ſiniſtrum id judicium graviter ferrent quidam, præſertim è *Gallis*, eru-

(a) MALLINKROTIUS (p. 93.) ſcribit, quòd ERASMUS *in* Ciceroniano BADIUM *ipſi* BUDÆO, *quoad* Tullianæ *dictionis elegantiam, prætulerit; nec ſinè fremitu* Gallorum, *ut ex* GERMANI BRIXII *expoſtulatoriâ* (de quâ mox) *ad* ERASMUM *Epiſtolâ conſtat.* Id tamen in *Ciceroniano* non affirmatur diſertis verbis, nec niſi obliquè; ipſa igitur verba hìc ſubjiciam (*Ciceronian.* p. 378.) Poſtquam BADIUM (ut ſuprà dixi) APULEIO prætulit, pergit ſic ——— *BUL. Fortaſſis hujus honorem tituli* (ſcil. Latinè loqui) *tribues* Galliarum *decori* GUILHELMO BUDÆO. *NOS. Quì tribuam, quod ille nec ambit, nec agnosceret, ſi tribuero! Quanquam is alioqui eximiis variiſque dotibus ſuſpiciendus eſt.* Neque diffiteor ab ERASMO hìc Latinum BUDÆI ſtylum perſtringi. Sed id apertiùs agit ERASMUS (p. 695.) in Epiſtolâ ad *Joannem* CARONDILETUM Archiepiscop. *Panormitan.* 1522. ſcriptâ. ——— GUILHELMUS BUDÆUS, *vir inter hujus ævi Scriptores celeberrimus; adeò ſublimis, ut tubam ſonare credas, non hominem; adeò feliciter elaboratus, ut eruditum lectorem nunquam ſatiet, trivialiter literatos procul ſubmoveat. Porrò ſermonis obſcuritas, tametſi partim indè eſt, quòd frequenter orationem diverſis è membris contextam, vix tandem longo circuitu abſolvit: tamen illud etiam officit orationis perſpicuitati, quòd in argumento, per ſe ſubtilitatibus involuto, laudem etiam affectavit argutiæ, nonnunquam & copiæ: quod idem in* Aſſe *fecit* BUDÆUS. Litis inter par hoc virorum eruditum originem tangit LUDOVICUS VIVES in Epiſtol. ad ERASM. 1522. (pag. 687.) ——— *Quòd tecum Epiſtolis luſit paulo, ut videbitur forſan iis, qui vos non nòrunt, acerbiùs; & contra id, quod veſtram amicitiam decebat, multa, ut tum ex utroque veſtrum, tum etiam ex re ipſâ intelligo, in cauſâ fuerunt. Primùm quòd uterque occaſionem quæritabat prolixè ad alterum ſcribendi, nec ſemper de laudibus.* ——— *Qumque Eloquentia ipſa ſinè aliquo velut antagoniſtâ jaceat, libuit initio vos levibus quibusdam ſtimulis invicem pungere.* ——— *Dúmque alter ab altero, cur quicque fecerit, rationem poscit, ac uterque conſilia ſcriptionum explicat, leviter vel à ſe avertit, vel in alterum rejecit, quod alter ſi non improbabat, certè ita factum eſſe mirabatur. Hinc prima origo concertationum. Puduit utrunque non approbari alteri per omnia. Et dum longiùs repetitis conſilia, & conſiliorum cauſas, prodiit tua ad* FABRUM Apologia, *quæ velitationem paulo magìs accendit, dum tu* BUDÆO *nimius videris, aut certè videri fingeris, ne pergas aliis ſcriptis* FABRUM *impetere, tibi contra nimis quam paucus modicúſque exiſtimare. Hinc progreſſum eſt ad illa, quæ quidam jam nimia, jam atrocia, & intolerabilia judicârunt, quum tibi, quod unum* BUDÆUS *ſatìs ſibi eſſe putat, nunquam amicitiæ clauſtra videantur exceſſiſſe.* De acriori hâc inter ERASMUM & BUDÆUM velitatione qui cupiet plura, adeat ipſorum Epiſtolas. Satìs ſupérque evagatum me ſentio.

(b) ERASM. Epiſt. pag. 1091.] GERMANUS BRIXIUS ERASMO Rot. S. D. —— *Equidem magnopere optârim,* ERASME *amiciſſime, ſanctius verbum uſurpare hìc non poſſum, nullam nubeculam, hôc præſertim tempore, alioqui ſtudiis humanioribus ſatis infeſto, ſubortam fuiſſe, per quam amicitiæ cum* BUDÆO *tuæ ſplendor obſcurari poſſet.* ——— *Talis eſt* Gallis *ſuis* BUDÆUS, *qualis* Germanis *ſuis* ERASMUS: *quò major indignatio noſtrorum omnium animos ſubit, quòd hâc in opinione, juſtâ de cauſâ, quum ſint, exiſtiment illum abs te non tantùm* BADIO *collatum, ſed & poſtpoſitum. Scio* BADIUM *non eſſe prorſus* ἄμουσον. *Verùm qualis qualis eſt, talem ſe certè hominibus noſtris hactenus probavit, ut quoties de doctis ſermo inter doctos incidit, de* BADIO *plane* οὐδεὶς λόγος. *Illi, quod non inficiaris, quæſtus tantùm, non eloquentia ſcopus eſt.* ——— *quum apud me plerique graviſſimè quererentur, poſt* Ciceroniani *Editionem, ob multa in eo Libello, quæ non omnibus arriderent; ſed præſertim ob perſtrictum, ita enim loquebantur,* BUDÆUM ——— *Equidem quòd tu mihi videaris ad collationem eam, quâ de agitur, paulo inconſideratiùs deſcendiſſe, optârim vel exiſtimationis meæ detrimento aliquo redemtum eſſe, te, vel* BUDÆI *nomen* in

eruditi, (a) cogeretur ſe purgare, & nonnihil de nimiùm iniquâ, quam inter illos inſtituerat *Belga Belgæ* favens, collatione remittere cogeretur. Nec tamen velim ſolidæ, quam BADIUS meruit, laudis quicquam deminui, quòd cum BUDÆO collatus videatur paulò inferior. BUDÆUS certè de BADIO tam bene ſentiebat, ut

*in* Ciceroniano *tuo prorſus ſuppreſſiſſe, vel de* BUDÆO *ſeorſum, quid ſentires, enunciâſſe, vel eundem cum alio quovis potiùs quàm cum* BADIO *commiſiſſe : ea enim una commiſſura adeò noſtris omnibus invidioſa eſt, ut multorum tibi benevolorum animos à tui ſtudio abalienârit : ob id quod exiſtimant* BUDÆUM *cum* BADIO *commiſſum perinde eſſe, ac ſi quis* ACHILLEM *cum* THERSITE *committeret. Tamen illi de* BUDÆO, *talem item de* BADIO *opinionem unanimes imbibere, quum tamen* BUDÆUS *ipſe mihi viſus ſit totam hanc fabulam, quum de eâ primum inter nos ſermo incidiſſet, ſúsque déque ferre : eâ eſt enim tum prudentiâ, tum animi magnitudine præditus* BUDÆUS, *ut ſua omnia ad conſcientiam, non ad oſtentationem referat; ſtudiorúmque ſuorum non ex illius, vel illius ſermone mercedem, ſed ex ipſismet ſtudiis petat. Non deſunt tamen, qui mihi narrant illius animum nunc hâc de cauſâ eſſe nonnihil offenſum, ſed quòd multis jam diebus hominem non viderim, id mihi planè compertum eſſe non poteſt.* &c. ——— *ex hortis noſtris* Gentiliacis 12. Aug. 1528.

(a) ERASMUS in Epiſtolâ ad GERMANUM BRIXIUM (p. 1113.) *Baſileæ 6. Septemb.* 1528. datâ : *Admonueras pridem, ornatiſſime* BRIXI, Ciceronianum *editum mihi nonnullam iſthic invidiam conflâſſe, quod ego facilè augurabar fore.* ——— * *Nec enim tam ſum cæcus, ut non videam M.* TULLIUM *ſic eloquentiæ Principem eſſe, ut cæteri, quamlibèt per ſe facundi, ad hunc compoſiti velut obmuteſcere videantur. Proinde non video, cur illos offendat argumentum, ad quod ſuſcipiendum literis hortatus ſum* Gulielmum BUDÆUM; *& ille ſignificârat ſibi in animo eſſe, per occaſionem hoc genus hominum accipere. Quod ſi huic non diſplicuit argumentum, quid eſt, quod fremunt iſti, qui* BUDÆI *valde ſtudioſi videri volunt?* ——— *Verùm, illud prædicant crimen eſſe nullâ purgatione diluendum, quòd* BUDÆUM *cum* BADIO *contulerim. Primùm illic non jugatim commemorantur eruditorum nomina, quemadmodum* QUINTILIANUS Græcos *cum* Latinis *committit, ſed juxta regiones.* BUDÆUS *autem &* BADIUS *fors ſimul occurrebant, quoniam uterque* Gallus, *uterque vivit* Lutetiæ. *Niſi forſitan hoc quoque putant non ferendum, ſi in eodem catalogo recenſeantur* BUDÆUS *&* BADIUS. ——— *Nec aliter confero* BUDÆUM *cum* BADIO, *quàm* Leonardum ARETINUM *contuli cum* QUINTILIANO, PHILELPHUM *cum* PLINIO. *Sed anteponis, inquiunt, propemodum* BADIUM. *Nimirum in eo præfero, in quo præferendus eſt, in quo quamlibèt prælatus nihil officit gloriæ* Budaicæ. *Si quidem hoc illic agitur, celeberrimos quosque Scriptores fuiſſe* CICERONI *diſſimiles. Proinde quo magis antecellit eruditione facundiâque* BUDÆUS, *quóque longiore intervallo à tergo relinquitur* BADIUS, *hoc exemplum eſt aptius ad id, quod illìc molior. Demiror iſthìc eſſe doctos, qui hæc non videant, & ſi vident, magis etiam demiror eſſe, qui vociferentur, qui maledicis verſiculis rem dignam exiſtiment. Poſtremò, ne quis improbus arriperet anſam calumniandi, de collatione diſpari, ſubjicio,* quanquam GULIELMUS BUDÆUS aliis multis eximiiſque dotibus ſuſpiciendus eſt. *Quod hic verbum, quod non habeat emphaſim eminentiæ?* ——— *Aliis liberum erit de* BADIO *judicare, quod volunt, ego ſemper illum habui in eorum numero, quorum nec eruditionem, nec ingenium, nec eloquentiam poſſis contemnere, tametſi non diſſimulo illum longè majorem fuiſſe futu-*

* Pag. 1715.] ERASMO ROT. LEONARDUS CASPEROTUS S. ------ *Unum reſtat, perficiundum, quod a* FROBENIO *perceptum intellexi.* Italorum *nonnullorum ut nimirum demonſtrentur orbi ſtulta & φίλαυτα judicia, qui præter unum* CICERONEM *ne tantillum quidem permittant cuiquam laudis in dicendo. Multos hæc opinio in tui, tum cæterorum haud trivialium Auctorum, contemtum adduxit : præſertim* Bononiæ, *ubi* LAZARUS *quidam regnavit* Ariſtarchus, *non dicam* Eraſmo-maſtix. *Proinde exſpecta à tuo* FROBENIO *cætera.* ------ Patavio 6. Jun. *ann.* 1526.

ut non alium mallet, per quem (a) ſuæ lucubrationes in publicum prodirent: huícque, donec vixit, eandem apud (b) litteratos omnes ſtetiſſe gratiam ſatìs compertum eſt.

BADIUS inprimis *Lugduni* (c) inclaruit *publicus Artium Doctor*, & apud Typographos *Lugdunenſes* (d) JOANNEM TRECHSELLIUM & (e) JOANNEM DE VINGLE Correctoris munere functus eſt; *in quo non ſinè incrementis & famæ ſuæ & divitiarum laudati* TRECHSELLII *deſudavit.*

BADIUS (f) *Thelifam* TRECHSELLI filiam duxit uxorem, ex quâ (g) filium *Conradum* (h) tréſque filias tribus poſtea Typographis celebribus, *Roberto* STEPHANO *Petronillam*, *Michaeli* VASCOSANO *Catharinam*, *Joanni* ROIGNY *Joannam* in matrimonium collocatas, ſuſcepit. Habuit fratrem (i) JOANNEM BADIUM,

*futurum, ſi fortuna benignior ocium ac tranquillitatem ſtudiorum ſuppeditâſſet.* Sed hæc ſufficient. Legat, cui vacet, reliquam Epiſtolam, quæ tota in eâdem materiâ verſatur; & p. 1158. Epiſtol. ERASMI ad EGNATIUM, in quâ ſe ob ſuum CICERONIANUM *maledicis Epigrammatiis à quibusdam lapidari, in quibus eſſe* LASCARIS *dicitur*, ſcribit. & p. 1178. Epiſtol. ERASM. ad *Ludovic.* BERUM. & p. 1310. ad BRIXIUM & p. 1330. ad EGNATIUM.

(a) BUDÆI *Commentar. in Ling. Græc.* 1529. *in Pandectas* 1524. &c. ex prælo *Aſcenſiano* prodierunt.

(b) Plurima *Thomæ* LINACRI (quorum antea mentio) aliorúmque, quæ in Catalogo recenſebuntur, Opera BADII Officina emiſit. ——— ERASMUS (p. 1638.) LUPSETO ——— *anno* 1517.] ——— *Scripſi* BADIO, *ut te moneret, curares* GALENUM *à* LINACRO *verſum ad me mittendum, non dono, ſed ære meo redimendum.* ——— *Et* CAROLUS OFHUYS ERASMO ——— *ſcripſit* FABER *enarrationem in* PAULUM, *quam pleriſque locis uti juſtè ſic item amicè carpis, ut ne* Stapulenſis *ipſe vel tantillum refragetur. Id quod à paucis diebus* BADIUS *noſter, dum unà jentaculum faceremus, fideliter retulit.*

(c) ZELTNER. *Centur. Correct. typogr.* pag. 76.

(d) CHEVILLER. p. 137.] ——— „ Il commença par faire l'office de Cor- „ recteur à *Lyon* dans l'Imprimerie de *Jean* „ TRECHSEL *Allemand*: *cujus ſtipendiis* „ *alebatur*, dit *Robert* GAGUIN dans ſa „ Lettre à *Durand* GERLIER; & en cet- „ te qualité il fit pluſieurs Editions, com- „ me celle du *Dialogue* d'OCHAM *in fol.* „ 1494. celle du Commentaire de ce mê- „ me Auteur ſur les Sentences *in fol.* 1495. „ celle de *Jean de* TURRECREMATA, „ *Summa de Eccleſiâ* in fol. 1496. celle de „ l'HOLCOT ſur les Sentences *in fol.* „ 1497. Il mit à cette derniere un Qua- „ drain adreſſé au Pere MARC de *Bene-* „ *vent*, ſavant Religieux *Celeſtin*, à qui „ le Livre fut dedié :

„ Jam portum optatum per inhoſpita ſaxa ſecuti
„ Prendimus, ex alto proſpiciente Deo.
„ Si qua tamen laceræ portent inculta carinæ,
„ Humanè ignoſces, MARCE diſerte. Vale.

„ C'eſt une maniere élégante de deman- „ der excuſe des fautes, qui ſont reſtées „ dans une Impreſſion.

(e) BADIUS ad Lectores in TERENT. Edit. 1497. apud *Joannem de* VINGLE. ——— *multa minùs diligenter ab Impreſſoribus animadverſa correximus.*

(f) Lege poſtea Epitaph. BADII & CHEVILL. p. 138. & CAILLE, p. 72.

(g) CAILLE p. 75. De illo poſtea.

(h) Lege *Hiſtor.* STEPHAN. & *Pariſienſ. Typograph.*

(i) De quo CAILLE p. 88.] „ Il fit im- „ pri-

DIUM, & FABRUM *Stapulenſem* (a) compatrem.

Eo litterarum ſtudio, quo BADIUS, non tantùm ejus filius flagrabat, (b) ſed filiæ etiam haud leviter afficiebantur. (c) PETRONILLÆ *enim eorum, quæ Latinè dicebantur (niſi rariùs aliquod intermiſceretur vocabulum) haud multò difficilior erat intellectus, quàm ſi dicta Gallico ſermone fuiſſent.* Nec eſt, ut ſuſpicer PETRONILLÆ ſorores illâ fuiſſe minùs litteratas. (d).

Defuncto ſocero (e) *Pariſios migravit Officinam inſtructurus*, (f) *ubi Typographiam multùm auxit* (g) *Librorum imprimendorum diligentiſſimus caſtigator*, (h) & anno ibi primùm 1500. RICHARDI DE BURI Epiſcopi *Dunelmenſis* Philobiblon, JOANNE PARVO Bibliopolâ unà

„ primer AULII GELLII *Noctes Atticæ* „ in folio en 1517. ALBERTI PII *Carporum* Comitis illuſtriſſimi tres & viginti „ Libri in locos lucubrationum variarum „ *Deſiderii* ERASMI, quos cenſet ad eos „ recognoſcendos & retractandos, in fo- „ lio en 1533. " Et ERASM. Epiſt. (p. 1425. ad *Matthiam* KRETZERUM anno 1531. ——— ALBERTUS PIUS, *quondam* Carporum *Princeps, ante duos annos in hoc argumentum velitatus, nunc idem ſeriò tractat conductis operis, quæ ex omnibus meis lucubrationibus collegerunt, quicquid ad calumniam detorqueri poteſt. Idem Pontificis in me animum ſi minùs alienavit, certè refrigeravit. Opus excuditur à* BADIO. *Vetus eſt*, de Conſule fieri Rhetorem, *nunc videmus* è Principe fieri, *penè dixerim*, ſycophantam.

(a) HOMER. Iliad. ex Tralat. *Nic.* VALL. apud BAD. 1510. JODOCUS BADIUS Aſcenſius JACOBO FABRO Stapulen. *Philoſophiæ decori & compatri cum primis obſervando S. P.*

(b) ZELTNER. *Centur. Correct. Typograph.* pag. 78. ——— *filias ſuas tres ipſe Linguam Latinam docuit: in quibus una fuit, quæ* ROBERTO STEPHANO *nupſerat.*

(c) Lege Præfat. H. STEPH. ad AUL. GELL. ann. 1585. pag. 12. ubi non inficias eo, quin ex *Henrici* STEPHANI verbis poſſit æquè intelligi, eam in familiâ mariti, ídque magìs ex uſu quàm regulis, Latinè didiciſſe. En verba ipſa HENRICI ad PAULUM filium. ——— *De avi quidem certè tui* ROBERTI STEPHANI *familiâ non deſunt, qui teſtari poſſint, ſe in eâ, quod aliâ in nullâ, ad rem literariam quod attinet, vidiſſe: ipſas etiam famulas magnam Latinarum vocum partem intelligentes, multa etiam (ſed quasdam depravatè) loquentes. Aviæ autem tuæ eorum, quæ Latinè dicebantur &c.* ——— *Quid de ſuperſtite ſorore meâ, amitâ autem tuâ, nomine* Katharinâ, *dicam? Illa quoque eorum, quæ Latinè dicuntur, interpretem non deſiderat: multa verò & ipſa eodem loqui ſermone poteſt, & quidem ita (licèt nonnunquam impingat) ut ab omnibus intelligatur. Unde illi hæc Latinæ Linguæ cognitio? Artem certè Grammaticam haud magiſtram habuit, nec alius illi hâc in re quàm uſus, præivit: eodem enim modo Latinam Linguam didicit, quo inter Gallos Gallica, inter Italos Italica, inter alios alia diſci ſolet.*

(d) CHEVILLER. p. 138. CAILLE, p. 73.

(e) ZELTNER. *Centur. Correct. Typogr.* p. 77.

(f) MALLINKROT. p. 93. ex MIRÆI *Elogiis Belgicis.*

(g) CHEVILLER. p. 138. ex GAGUINI Epiſtolâ ad GERLERIUM.

(h) CHEVILLER. p. 138. Et BADIUS in fine Epiſtolæ ad *Laurentium* BURELLUM *Carmelitam*, Confeſſorem Regium & *Ciſtarcenſium* Epiſcopum ——— *Vale & JOANNEM PARVUM Bibliopolam optimum, qui hoc munus nobiſcum ſuſcepit nobiſcum amore tuo proſequere. Ex* Lutetiâ Pariſiorum *ad Calendas* Majas *anno* M. D.

CAILLE p. 73.] *Ce fut à lui, que le ſavant* ROBERT GAGUIN *vingtiéme Genera*

unà cum ipſo munus hoc ſuſcipiente, impreſſit. Ille enim (pro more & olim ſemper & nunc inter Librarios frequentato) ne unus ſumptibus faciendis non ſufficeret, aliorum ex ſuis ὁμοτέχνοις operam ſubſidiariam mutuatus, ſe illis aut illos ſibi in Operis ſocietatem ſolebat adjungere, (a) JOANNEM PARVUM frequentiſſimè, (b) ANDREAM BOCARDUM, (c) DIONYSIUM ROSE, (d) OLIVERIUM SENANT, (e) MARNESIOS, (f) HENRIC. STEPHANUM, (g) JOANNEM VATELLUM, & generum

*ral de l'Ordre des Trinitaires, qui connoiſſoit ſon mérite & ſa capacité pour la Correction des Impreſſions, écrivit pour imprimer ſes Ouvrages, ainſi qu'on le voit par la Lettre, que ce General lui adreſſe, qui eſt à la tête de ſes Epîtres*, in quarto 1498. *ce qui obligea* BADIUS *à venir à* Paris *vers l'an* 1499. *ou* 1500. *après la mort de ſon Beaupere, tant pour y enſeigner la Langue Grecque, que pour y rétablir l'Art de l'Imprimerie, qui commençoit à décliner, & qui étoit tombé dans le Gothique, comme on le peut voir par les Livres, qui avoient été imprimez quelque temps avant lui. Il le retablit donc, & imprima en très-beaux caracteres ronds & parfaits*, Provinciales, ſeu Conſtitutiones *Angliæ* cum annotationibus *Guillelmi* LINDEWOD. in folio *deux Volumes en* 1501. *Ce Livre eſt extraordinairement rare, & neceſſaire pour l'intelligence des vieux mots Gaulois, dont on ſe ſervoit du temps de* GUILLAUME *le Conquerant.* At CHEVILLER. p. 108.] *Selon l'Idée, que donne le Pere* DU MOULINET *dans ſon Ecrit de la Fortune des Lettres Romaines cité* I. *Part. Chap.* III. *p.* 53. *il ſemble que ce ſoit* JOSSE BADE, *qui ait arrêté tout le cours de la Lettre Gothique. Et on dit nettement de lui dans l'Hiſtoire de l'Imprimerie pag.* 73. *qu'il étoit venu de* Lyon *à* Paris, *pour y retablir l'Art de l'Imprimerie, qui commençoit à décliner, & qui étoit tombé dans le Gothique* —— *il le retablit donc, & imprima en très-beaux Caractères; c'eſt dequoi nous ne ſommes point d'accord. L'Imprimerie de* Paris, *qui a été la premiere fondée en* France, *a toûjours été en état d'enſeigner l'art de bien imprimer aux autres Villes, plûtôt que d'en recevoir d'elles des préceptes. Elle n'a jamais eu beſoin, qu'il vint un homme de* Lyon *pour la redreſſer, puis qu'elle a toûjours eu des Maîtres aſſez ingenieux & aſſez habiles pour le faire. Et quand* JOSSE BADE *vint à* Paris, *ce qui fut environ l'année* 1500. ULRIC GERING *y vivoit encore : c'étoit le premier Maître de* France, *qui imprima, cette même année-là, le* NICOLAS PEROT *d'une très-belle lettre ronde.*

(a) CLEOPHIL. *de cœtu Poetar.* ann. 1503. LUCAN. 1506. LIV. & VALER. MAX. 1510. CICERON. *Orat.* & *Opuscul.* POLITIAN. & BEROALD. 1511. MACROB. 1515.

(b) FR. PHILELF. *Carm. Bucol.* cum not. BADII. operâ BOCARDI. 1502.

(c) HORAT. operâ ipſius *Aſcenſii*; venundatur à *Dionyſio* ROCE, 1503.

(d) PLUTARCH. quæd. Opuſcul. Latinè in ædibus *Aſcenſianis* : pro *Oliverio* SENANT. 1505.

(e) *Grammatic.* SULPIT. venundatur, ubi impreſſa eſt, in ædibus ipſius *Aſcenſii*, *Joannis* PARVI, & Bibliopolarum DE MARNEF. 1508.

(f) EUSEB. *Chron.* 1512.

(g) *Theod.* GAZ. *Gramm. Gr. Lat.* 1521. VATELLI hujus Inſigne erat Coluber prono capite cauli Liliorum circumvolutus. Ipſum eruditiſſimum fuiſſe ex Epiſtolâ hâc, quam illius Grammaticæ Editioni præmiſit, conſtat.

„ JOANNES VATELLUS *doctiſſimo Viro*, FRANCISCO DELOINO, *Regio Conſiliario S.*

„ Comparatum aut fato aliquo, aut naturâ eſt, *Franciſce* DELOINE, ut quo „ quiſque minùs valet juxta proverbium, „ eò intendat magis, nitatúrque in vetitum „ ſemper. Quemadmodum contrà videmus, ut qui præſtare ex ſe quicquam „ poſſunt (cujusmodi rara avis) ii præter „ cæteros nihil navent egregiè, iniqui, invidi, alieni operis ſtudioſi reprehenſores. „ Quòd ſi omnes fungeremur, ſuo quiſque „ offi-

„ officio, nos tacendi, illi aut ſcribendi, „ aut docendi, non tam perditè laborarent ingenia, conſtarétque res literaria „ undique ſibi abſoluta, integra, candida. „ Id quod ſæculo expectandum noſtro „ non eſt, in quo maxima ſtudiorum labes „ avaritia corda hominum ita occupat, ita „ tenet venenis imbuta lucri, ut publica „ habeatur contemptui, privata impune „ quæratur utilitas. Tacendum itaque nobis, relinquendúsque doctis labor erat „ hujusmodi traducendi, niſi tanto jam „ tempore, id quod ſtuduimus hìc præſtare, illi invidiſſent Græcè diſcentibus. „ Sed ad rem propiùs. Studium in hôc „ noſtrum fuit, ALDUM ipſum ut poſſemus imitari, qui Latinam in Grammaticam *Conſtantini* LASCARIS interpretationem αὐτολεξεὶ è regione edidit. „ Verùm diſpar ingenium, diſpárque & „ phraſis & character effecere, quòd id „ minùs procederet. Paravimus tamen „ utcunque hæc, concinnavimúsque ex „ multis doctorum virorum exemplaribus; „ ſed ex tempore, & urgente prælo, ut „ electioni nullus eſſet, nec judicio ulli „ locus, ſinè quo legendus GAZA non eſt. „ Quâ in re quantum in duobus primis „ ERASMO debemus, à quo diſcedere, „ niſi in pauciſſimis, non licuit, tantum & „ *Jacobo* TUSANO in tertio omnes mecum „ literati debent, viro ſecundùm BUDÆUM „ in *Galliâ*, ut nôſti, Græcè doctiſſimo, „ qui ex lectione Operum THEODORI „ quàm plurima illuſtravit; atque in commune hoc negotium benignè, ac ſtudioſè contulit. Nam in quarto ut *Ricardus* „ CROCUS, homo alioquin non ſpernendus, ſatis nobis non faceret, in cauſâ „ fragmenta quædam fuere ſtilum referentia ſive ERASMI, ſive COPPI, aut „ alterius cujuſpiam hujus farinæ. Nam „ legiſſe & hæc CROCUS ipſe videbatur, „ pugnabat in multis tamen. Quamobrem in illius luto interdum hæſi, interdum in his, atque id magis, ut anſam „ aliis exhiberem *Theodoricæ* eruendæ lectionis. Cæterum in exemplis non plurimùm adjuvârunt cùm alia Exemplaria, „ quæ undique in hoc ab *Henrico* GLAREANO, *Petro* DANESIO, MUSTELLIO, „ aliisque Græcè doctis nactus eram, tum „ Codex D. *Auguſtini* JUSTINIANI Epiſcopi *Nebienſis*, diligenter ab eodem „ lecti: ad quem (quia *Aldinus* & fidelis) „ multa, ſecus quàm legantur in vulgatis, „ immutanda, addendáque cenſuimus. „ Viderit, an probè, lector. Videris & „ tu, doctiſſime DELOINE, non tam „ quòd nuncupamus noſtrum hunc laborem tibi, quàm quòd BERALDI tui „ nomine. Memineris itaque te patronum „ hujus. Vale *Parrhiſiis* Menſe *Octobri* „ M.D.XXI.

Idem VATELLUS *Cœnilienſis* in Latinam, quam *Gulielmus de* MARA metricè fecit, MUSÆI verſionem commentarium ſcripſit familiarem, quem *Joanni* FABRO Cantori *Regineo* (Pariſiis *ex Academiâ* Haricurianâ, *quindecimo Calen.* Apriles, *anno ſeſquimilleſimo decimo quarto*) inſcripſit. Ex anno, quo data eſt Epiſtola, conjici poteſt prodiiſſe ann. 1514. Nullam tamen anno 1538. apud WECHELUM priorem Editionem vidi, nec ipſe FABRICIUS (in *Biblioth. Gr.* L. I. c. 16. p. 105.) agnoſcit. Non gravabor hìc integram VATELLI Epiſtolam & bina ejusdem carmina ex MUSURI Græcis verſa tranſcribere; quò meliùs de illius in utroque ſermone peritiâ lector judicet.

„ JOANNES VATELLUS Cœnilienſis, „ JOANNI FABRO *Cantori* Regineo „ Cartonenſi*que Eccleſiæ* „ *Canonico benemerito S.*

„ Accuratiſſimam illam priſcorum ſolertiam mecum ipſe recogitans, quâ in „ inveniendis Artibus, atque Diſciplinis „ uni non ſinè ingenti ſuâ laude, & gloriâ „ circunquaque memorantur, noſtram „ non poſſum non mirari ignaviam, qui „ in eis tanto labore olim, tantâque diligentiâ comparatis, veluti agris fertilibus „ excolendis, nullum ſtudium adjungimus: „ ſed inerti torpeſcentes otio, vitam ſinè „ ullâ liberali curâ, de illorum more traducimus, qui ſuorum parentum ſucceſſione ditati ampliſſimâ, & ſibi infeliciter „ & ventri obediunt, nullámque navant „ nanciſcendis operam. Et quemadmodum interim ruere, ipſorum quicquid „ eſt,

,, eſt, & in caſum trahi pro rerum muta-
,, bili , & evanidâ conditione , eſt neceſ-
,, ſum : ſic & ipſæ Artes, & quæ longo
,, labore ac exercitio paratæ ſunt , Scien-
,, tiæ, nedum manere in precio , & glo-
,, riâ , verum etiam elabi turpiter, atque
,, obliterari , niſi aſſiduo cultu eniteant ,
,, inſpectantur. Quòd ſi igitur, ut decet,
,, quod noſtro & honori in primis, & of-
,, ficio incumbit , exigere concupimus ,
,, nobis eſt (ſi rectè inſpicio) pro viribus
,, enitendum, ut tam multiplex , támque
,, fœlix Diſciplinarum poſſeſſio , nobis o-
,, lim à majoribus veluti teſtamento , &
,, ultimâ (ut ita loquar) voluntate legata,
,, non minuatur modò & decidat, ſed ſi,
,, fieri pro conatu & ſtudio poteſt , ſuum
,, ſumat incrementum. Quanquam ta-
,, men pleroſque eſſe non ambigam , qui
,, (juré-ne , an injuriâ, neſcio) quæcun-
,, que hâc ætate fiunt , vel augentur adin-
,, venta , tanquam ſuperflua , nulliſque
,, uſui accommoda inſimulent. Sed ſua
,, eſt , meo quidem arbitratu , quæ eos
,, fallat veluti inteſtino quodam livore
,, ſubornata opinio, propter quam (ſi quid
,, eſt, quod noſtra poſſit induſtria , poteſt
,, autem, ſi volumus) quod in rem eſt ,
,, & aliquâ ex parte profuturum, nequa-
,, quam ſit declinandum. Quâ revera ego
,, ſententiâ tum demum adductus (ut qui
,, etiam jam antea feciſſem eâdem in re
,, periculum) quendam tumultuarium, ac
,, planè familiarem Commentarium ſub-
,, junxi ad hujuſce vetuſtiſſimi Authoris
,, Musæi Leandrum, quem *Gulielmus*
,, *de* Mara, vir utique doctiſſimus, ſupe-
,, rioribus hiſce annis , dum per legalia
,, munera, ſuúmque à ſecretis officium li-
,, ceret, è Græco Latinum fecit , atque
,, ita traduxit fideliter , ut qui eſſet ætate
,, propemodum ſterilis , ille idem , deli-
,, neamentis omnibus quàm optimè ſerva-
,, tis, Æsonis *Ovidiani* more juvenis ac
,, ævo florens effectus nuper eſſe videatur.
,, Quâ in re quantum ipſe laboraverit ,
,, fueritque laudis & gloriæ conſecutus ,
,, ipſi quidem ſoli dignoſcere poſſunt, qui
,, traductionis artem , Græcæ'que ac La-
,, tinæ elocutionis diverſitatem noverint.
,, Quarum cùm alteri magis adhæſerit ,
,, pro debitâ in Musæum fide ac reve-
,, rentiâ ; ſe tamen vir modeſtus non in-
,, terpretem, qui revera eſt, ſi rectè per-
,, ſpexeris , ſed paraphraſten , & ad ſen-
,, ſum locutorem appellavit. Hic igitur
,, ille eſt vetus Author , atque inclytus
,, Heros , qui Græco pallio circumamic-
,, tus, in hanc diem , his noſtris ciſalpinis
,, partibus fuerat incognitus. Nunc au-
,, autem Latiali togâ , Romanóque plec-
,, tro inſignitus, hilaris inſilit, ac lætabun-
,, dus prodit in medium. Proinde hunc
,, tu, ſi me amas , excolito , tu protege,
,, ac tutator , & ſi quid id eſt , quod tibi
,, nuncupatum adjecimus , cum veniâ &
,, æquanimitate relege, & penſita. Vale.
,, *Parrhiſiis*, ex Academiâ noſtrâ *Haricuria-*
,, *ná*, quindecimo Calend. *Apriles*, anno
,, ab incarnati Verbi myſterio , ſeſquimil-
,, leſimo decimo quarto.

## Μάρκου Μουσούρου τοῦ Κρητός.

Νηὸς ἔην ἀνὰ Σηστὸν, ἀγίνεον ἦχι θυηλὰς
Κυπρογένει σπεύδοντες ἐτήσιον , αὐτὰρ ὁ τόξον
Οὖλος ἔρως βάσταζε , διοιστεύσας δὲ μεμηνὼς ,
Ὀξέα δινδιλλεσκε, πικρὸν δ' ἴθυνεν ὀϊστὸν
Μητρὸς ἐπ' ἀρήτειραν , ἐπισπέρχων δ' ἐπελάσθη
Ἤπατι Λειάνδροιο , κόρης φρένας αἶψα πηρώσας.
Ἀμφότεροι δὲ πόθου, αὐτῷ πεφορημένοι οἴστρῳ,
Ἀλλήλων ἀπόναντο , γάμων δὲ συνίστορα λύχνον
Λαθριδίων θήκαντο, σιδήρειον δὲ λελογχὼς
Αἶμα , πολυπλάγκτης πρῴδωκε ποθεῦντας ἀέλλαις.
Καί σφε φάους μὲν ἄμερσεν , ἄμερσε δὲ καὶ φιλοτήτων.

## Τοῦ αὐτοῦ εἰς Μουσαῖον.

Καὶ φρένας ἀδρήστεια θεῶν ἔλε· δὴ γὰρ ἀοιδαῖς
Στεῦτο λαχεῖν Ἄρης μοῦνος ἄποινα πόνων.
Τοῦτο κλύων νεμέσησ' ὅθ' ἑοῖς ἐπενήνοθεν ἔργοις
Ἀχλὺς ἄδην , Ἄρεος τ' οὐ χάδεν ὕβριν Ἔρως.
Μουσαίῳ δ' ἐπέτελλεν ἐὸν ἐκλήϊζε ποθεύντων
Οἶστρον ἀποδρέψας παρθενίης κάλυκας.
Ἀντιάσθω δὲ μικρῆσιν ἐπιστίξας σελίδεσσιν,
Ὅσσ' ὀλίγαις παίζων χερσὶν ἔεργεν Ἔρως.

Τω

um ſuum ſuum (a) JOANNEM ROIGNY. (b) JOANNIS *Confluentini* (c) aliquando impenſis prælum locavit. (d) *Artis ſuæ* (e) *imagini in Libri frontiſpicio carmen hoc ferè adſcribebat* :

(f) *Ære meret Badius* laude auctorem, arte legentem.

(a) JA-

VATELLI *Carmen dodecaſtichon ex* MARCO MUSURO.

Templum erat in *Seſto*, libamina porriciebant
Annua tunc *Veneri* properantes undique : at arcum
Fortè gerebat Amor jaculandi captus amore.
Qui circumſpiciens, telum contorſit amarum
Matris in ancillam, jecori quod deinde *Leandri*
Protinus hæſit, ubi præcordia tranſcidit Herûs.
Sicque *Cupidineo* correptus uterque furore,
Convenere ſimul; clandeſtiníque hymenæi,
Conſcia quæ fieret ; claram poſuere lucernam.
Illa autem infelix nimiùm, ſortitáque fatum
Sanguineum, tumidis ambos malè prodidit undis,
Privavítque animâ, dulci quoque *Cypridis* uſu.

*Ejusdem Elegum ex eodem.*

Et Superûm livor tetigit præcordia. nam *Mars*
Præmia (ait) numeris digno labore fero.
Invidus ac triſtis (quod adhuc ſua geſta laterent)
*Gradivi* faſtus non tulit acer Amor,
*Muſaúm*que adiit. Tunc is celebravit amantum
Virgineos floſes carpat ut igne furor.
Ergo laudetur parvo panxiſſe libello,
Quæ geſſit parvâ dante *Cupido* manu.

(a) CICER. Epiſtol. 1551. & CÆS. Comment. 1533.

(b) Ejus mentio antea ann. 1499.

(c) Vide *Catalog.* anno 1509.

(d) *Valer.* ANDR. *Biblioth. Belg.* pag. 589. Et CHEVILLER. p. 208.] *Le docte Imprimeur de* Paris JOSSE BADE *fit en l'année* 1516. *quelques Corrections, & quelques Augmentations au* Calepin. *Il donne avis dans le titre du Livre, qu'on prenne garde à l'Eſtampe qui contient ſa marque, ſi on veut n'être point trompé; que par un menſonge public on mettoit ſon nom à des Editions, qui n'étoient jamais ſorties de ſon Imprimerie:* Oratum faciens Lectorem, ut Signum inſpiciat. Nam ſunt qui titulum noménque *Badianum* mentiantur, & laborem ſuffurentur.

(e) Imago hæc erat figura præli typographici, impreſſore hinc, illinc typothetâ opus ſuum urgentibus : & his verbis [ PRÆLUM ASCENSIANUM ] torculari inſcriptis. Obſervavi non omnino (1) eandem in omnibus deſcribi præli figuram; & aliquando inſigne (2) negligi. Mos erat Librariis creberrimus, quoties aliqui inter ſe artis ſocietatem inibant, hujus modò ſocii, modò illius ſymbolum aut nomen (3) omnibus aut (4) diverſis ejusdem Editionis exemplaribus apponere.

(f) DESPAUTER. *Ars verſific.* 1532. Hujus verſus pars deſumitur ex HORAT. *Art. Poetic.* verſ. 345. BADIUS aliquando ſic variat ;

*Æra meret* BADIO *terſa atque impreſſa per ipſum.*

Prima pars *Gramm.* DESPAUT. 1521. Aut ſic ;

*Æra meret* BADIO *noménque decúsque parenti.*

Syntax. DESPAUT. 1521. Aut tantùm,

*Æra*

(1) Comparentur AUL. GELL. 1519. & MOSELLAN. in GELL. 1534. Nota inſuper titulum AUL. GELL. 1519. rubris & nigris characteribus imprimi : uti & in aliis quibusdam.
(2) HORAT. 1505. LONGOL. *Epiſtol.* 1526.
(3) CLEOPHIL. 1503. *Joannis* PARVI, GAZ. *Grammat.* 1521. VATELLI ſymbolum affigitur.
(4) AUL. GELL. ann. 1536 Exemplaria quædam PARVI, alia VASCOSANI, alia ROIGNY nomen gerunt. Et CICER. *Epiſtol. ad Famil.* 1534. quædam PARVI nomen & ſymbolum, alia VASCOSANI.

(a) Jacobum Tusanum ei nonnunquam in Libris corrigendis adfuiſſe videtur mihi veriſimile.

(b) Badius Gothico charactere, donec vixit, plurimùm uſus eſt; nec tamen pauci Libri reperiuntur nitidioribus & elegantioribus typis ab eo excuſi.

(a) Al-

*Æra meret* Badio. Egnatii *Panegyric. in* Francisc. I. 1515.

(a) Tusanus Epiſtolam ad Lectorem, ſuis annotationibus in Budæi Epiſtolas præfixam, Lutetiæ *in ædibus Aſcenſianis* pridie Id. *Februar.* anno 1526. ſcripſit. Eod. anno, 16. *Maii* Erasmus (p. 938.) ad Tusanum ſcribens jubet, Badium à ſe ſalutari. Eodem certè tempore Tusanus Badii liberos inſtituebat. Quod probat Epiſtola Libris Budæi *de contemptu fortuit. rerum* ab *Aſcenſio* excuſis præfixa.

Jodocus Badius *Aſcenſius*
Jacobo Tusano *&* Joann. Gyo
Casletano *D.* Gulielmi Budæi
domeſticis auditoribus, amicíſque
primariis & Græcæ & Latinæ
inter primos doctis. S.

*Et officioſè & ſolerter feciſtis, viri optimi & de literis præclarè meriti, qui floſculos quoſdam elegantiarum ſermonis Latini in excultiſſimis* D. Gulielmi Budæi de rerum fortuitarum contemptu *libris, qui earum referiſſimi ſunt, dum eos aut liberis prælegeret, aut amicis ſciſcitantibus (ut eſt humanus) exponeret: aut ipſe in eoſdem hortos fortè incidentes, ſic colligendos curâſtis ut etiam liberis noſtris veſtræ eruditionis ſtudioſis exſcribendos concrederetis. Quo nomine neſciam, privatimne an publicè plus vobis debeam: utroque enim modo debeo quàm plurimum. Privatim quidem, quod iſtâ eruditione meos dignati eſtis liberos, quâ nulla ad interiorum literarum traditionem efficacior; publicè verò &c.*

*Ne tamen qui Opus ipſum emerunt, ſe juſtè querantur hòc commento ad idem redimendum compelli: priùs ſeorſum imprimendas, mox tamen unà cum ipſo Opere redimprimendas curabo. Valete, viri humaniſſimi, & inſtituti noſtri rationem qualemcunque benevoli probate, ſimiléմque operam (ſi ſacris iſtis ſtudiis tantum temporis ſublegere poteritis) reliquis* Budæi *Operibus explicandis impendite. Ex Typographiâ noſtrâ ad decimum Calendas* Maias. M. D. XXVI.

(b) Cheviller. p. 108 ] *Quoique* Josse Bade *étant venu à* Paris, *y ait fait un grand nombre d'Editions en bonnes lettres, il eſt pourtant vrai qu'il en a fait auſſi pluſieurs en Gothique, & qu'il n'a pas tout-à-fait banni ce méchant Caractére de ſon Imprimerie. Il a perſeveré long-temps dans ce defaut, & presque jusqu'à la fin de ſa vie; tant s'en faut qu'il fût venu pour en corriger les autres. On voit qu'il a imprimé de cette lettre Gothique en* 1506. *le* Jacques Perez de Valence *ſur les Pſeaumes* in fol. *Et la même année le Vocabulaire* Catholicon Joannis Januenſis *in fol. En* 1507. *le* Navis ſtultifera *in* 4. *En* 1508. *le* Durand *ſur les Sentences in fol. En* 1510. *le Traité* De Oppoſitis *de* Robert Caubrais Ecoſſois *in fol. En* 1513. *le* Biblia aurea *in* 4. *d'*Antoine Ampigollus *Religieux Auguſtin Italien, ou peut-être* Rampegolus, *qui aſſiſta au Concile de* Conſtance, *& donna* Figuræ Bibliorum. ——— *En* 1516. *la Phyſique d'*Albert de Saxe. *En* 1517. *le Traité des Syllogismes d'*Antoine Coronel *Eſpagnol. En* 1518. *le* Guillel. de Rubione *ſur les Sentences. En* 1519. *le* Scot *ſur les Sentences, & le* François Mayron *ſur le Décalogue. En* 1520. *la Phyſique & Metaphyſique de* Paul Venitien. *En* 1521. *le Tome* 2. Doctrinalis fidei Thomæ *Waldenſis. En* 1530. *le* Jean Major *ſur le premier des Sentences. Tous Livres* in fol. *qu'on peut voir dans la Bibliotheque de* Sorbonne. *Et c'eſt particulierement de* Joſſe Bade, *comme je crois, que ſe plaint le nommé* Aſtenſis *dans ſa Préface au* Gregoire *de* Rimini *de* Chevalon, *quand il dit, qu'il y avoit des Imprimeurs, qui n'employoient que de méchans Caractéres pour les Livres de Théologie; au lieu que pour les Livres d'Humanitez, & l'Impreſſion des Poëtes, ils n'épargoient rien.* Lynceis utuntur oculis & Herculeo labore, ſi quando Ethnicorum aliquis, aut nugax Poëta, aut verboſus Orator eſt imprimendus; ſacris quosvis typos quamvis tritos & confuſaneos adhibent. Zeltner. *Centur. Corrector. Typogr.* p. 77.] ——— *Non niſi optima quæque doctorum virorum ſcripta eáque bene & eleganter procudiſſe fertur. Quod tametſi de pleriſ-*

*que*

(a) ALDI MANUTII *Romani* imitatorem ſe profitebatur; cujus certè, ſi non eandem famam, laborem tamen & induſtriam æquavit.

*que affirmari poſſit, de cunctis tamen non auſim aſſeveranter defendere. Quidam enim mihi viſi ſunt Codices ab eo exſcripti, qui ſi delectâſſe oculorum aciem dixero, à vero me ipſum aberrare crediderim.* BADII tamen character, ſi Editionem HORATII 1505. JUVENALIS 1512. VALERII MAX. 1510. & CICERON. Oration. multar. ann. 1531. usque ad 1535. inſpiciamus, paucorum eo tempore typis cedere videbitur.

(a) BADIUS in Epiſtolâ ad KOBERGERUM datâ (de quâ Vol. I. *Annal. Typograph.* p. 79.) ſic ſcribit —— *Illius* (JOANNIS AMERBACHII) *gratiâ (& nos ejusdem, licèt longo intervallo, & miratores & imitatores ſumus) hanc opellam eò lubentiùs ſuſcepimus: quòd & ipſe (ut audio) ſoleat meas eſſe aliquid putare nugas; & tua in omneis mortaleis clementia, non minimo* Badianum *nomen pendere. Cujus rei cùm fideliſſimi negotiatores tui, quos hîc ſæpe convenio, tum verò —— Dominus* Johannes TRITTEMIUS Spanhemenſium *Abbas certiſſimam abhinc (ſi rite recolo) triennium mihi ſignificationem* fecit. —— Cæterum ne in hujus Operis expunctione ſciolus quiſpiam vigilias ac lucubrationes noſtras invertat, vitióque det, quòd* neglego, intellego, omneis *& alia quædam præter nunc ſcribentium conſuetudinem Auctorum ipſorum cenſuram ſecutus poſuero, legat Epiſtolas, quibus* POLITIANUS *ſic ſcribendum contendit, ac ſe ſcripſiſſe fatetur. Curavimus igitur, quod ipſe in* LXXV. *Epiſtolâ precatur, ut quam minimum ſcripta quaſi degenerent ab origine: imitantes ſanè non tacendi, immo ſemper laudandi,* ALDI MANUTII Romani *diligentiam. Græcos tamen characteras vel nos ipſi tornaciuſculos ac magìs fabrefactos deſideraremus, ſi aliorum habendi facultas eſſet. —— Vale, probitatis ac Mercurialis negotii decus ac columen:* BADIÚMque *amato, vel ob hanc rem libentiùs. Ex Officinâ noſtrâ litterariâ, ad Idus* Februarias, *anno à natali Chriſtiano* M.CCCC.XCIX.

Audiamus præterea BADIUM in HORATII 1505. & JUVENALIS 1512. Editionibus in 8. JODOCUS BADIUS *Aſcenſius* HALLERO, adoleſcenti adeò nobili & cum primis ſtudioſo, ſalutem. *Quemadmodum* ALDUS MANUTIUS *Chalcographorum facilè diligentiſſimus operas ſuas in imprimendo* HORATIO SANNUTO *ſuo nuncupat: ita & meas in eodem reimprimendo atque adnotatiunculis illuſtrando tibi,* HALLER *ſuaviſſime, pro ingenuâ cùm Præceptoris tui Magiſtri* Petri DOTZLER *tum tuâ comitate & in me benificentia lubens & nuncupo & dedico: rogans in partem eas bonam accipias: ut quàm illuſtria ſint mei in te amoris argumenta. Vale & me, quod facis, ama. Ex Officinâ meâ litterariâ Ad nonas* Januarias *anni ad calculum* Romanum M.D.-VI. —— *Ut priùs ab* ALDO MANUTIO, *ita nunc quoque ultimo loco poſitæ ſunt Satyræ: ut reliquorum continuæ poſſent inſequi. Conſtituimus enim* PERSII & JUVENALIS *Satyras poſt* Horatianas *coimprimere: & in Enchiridion non ſanè turgidum colligere.* JODOCUS BADIUS Aſcenſius LUCÆ RITTERO adoleſcenti ſtudioſiſſimo & identidem dilecto S. *Totidem verbis quot* SCIPIONI *ſuo* ALDUS *ſuas nuncupavit & addixit operas; ego meas tibi,* PAULE *mi ſuaviſſime, & nuncupo & dedico: diſſimili tamen ratione ſuſceptas. Non enim idcirco quòd* omne in præcipiti vitium ſtetit, *hoc Opus rurſus imprimendum aut ab ingenuis legendum duximus: ſed quò tandem ſtare deſinat: & notum jampridem prudentiſſimus quiſque devitet: quod tibi & cœlitum favore, & genii inſpiratione & pædonomi tui magiſtri* Petri DOTZLERI *ductu, quàm facillimum fore & ſpero & confido. Vale. Ex Officinâ noſtrâ pridie Calendas* Martias. M.D.VI. Cùm verò BADIUS hìc ſibi in Exemplar *Aldinas* Epiſtolas propoſuiſſe ſe profiteatur, neceſſe eſt & illas etiam adjicere. ALDUS Romanus MARINO SANNUTO patritio *Veneto* LEONARDI Filio S. *Cùm celeberrimos quosque Poetas breviſſimâ formâ excuſos publicare ſtatuerim, impreſſis nuper* Virgilianis *Operibus: mox* HORATIUM FLACCUM *aggreſſi ſumus: ut ſicut poſt* MARO-

NEM

* Antea dictum eſt BADIUM à TRITHEMIO in Libr. *de Eccleſiaſtic. Scriptorib.* laudari.
† Scil. *Epiſt. Illuſtr. Virør.*

vit. Neque enim ſola Authorum ipſorum Opera (a) edebat in lucem, ſed eos inſuper cùm veteres tum recentiores, (b) CICERONEM, (c) VIRGILIUM, (d) HORATIUM, (e) SALLUSTIUM (f) VALERIUM MAXIMUM, (g) LUCANUM, (h) JUVENALEM, (i) AULUM GELLIUM, &c. (k) LAURENTIUM VALLAM, (l) POLITIANUM, (m) BAPTISTAM *Mantuanum*, &c. notis ſuis illuſtrabat. De litteris tam bene mereri ſemper ſtuduit, ut litterati complures, (n) ERASMUS, BU-

NEM *cultu & doctrinâ facilè ſecundus eſt; ita ſecundus exeat in manus hominum factus curâ noſtrâ Enchiridium. Eum igitur ad te dono mittimus*, MARINE SANNUTE *vir omnium humaniſſime, ut libris, quorum plenam tibi eſſe Bibliothecam vidimus, &* FLACCUS *breviſſimâ hâc formâ excuſus addatur: quò te ſuâ parvitate ad ſe legendum; cùm vel à muneribus publicis vel à* Venetarum *rerum componendâ Hiſtoriâ ceſſare potes, invitet. Sed in* Veronenſi *Quæſturâ in quâ nunc* Veneti *Senatûs ſuffragiis electus es; ſatìs ocii ad hæc cultioria ſtudia evolvenda futurum tibi exiſtimamus. Vale.* ALDUS SCIPIONI CARTEROMACHO ſuo S. J. JUVENALIS *Satyras: ut commodiùs teneri manibus & ediſci: nedum legi ab omnibus queant: minimâ formâ excuſas publicamus: atque eo tempore quo omne vitium magìs ſtat in præcipiti: quàm ſtabat, cùm conderentur: non enim dubito: ne non cognoſcat mores vita: legátque ſuos. Eas ad te mittimus*, SCIPIO *ſuaviſſime, ut tibi iterum familiares ſuâ brevitate ſiant: ut olim fuerant: cùm &* Romæ *adoleſcens continebas, quando eas non minùs tenebas memoriâ: quàm digitos unguéſque tuos. Vale.*

(a) CHEVILLER. p. 138.] *Il fit un très-grand nombre d'Impreſſions, qu'il ornoit ſouvent de Préfaces & d'Epitres dédicatoires addreſſées à quelque perſonne illuſtre par ſa naiſſance, par ſa pieté, ou par ſa doctrine. Il en fit une au Pape* CLEMENT VII. *à qui il dédia l'année* 1532. *le* I. *Tome de* THOMAS Waldenſis. *Il imprima ſi correctement en* 1516. *le* JEAN MAJOR, in quartum Sentent. *que l'*Errata *n'eſt que de cinq fautes. Il remit l'année* 1519. *ſous la Preſſe cette Edition revûë par l'Auteur, & dit*, quæ rurſùs erratulis terſa eſt.

(b) Ann. 1511.

(c) Ann. 1527. *Lugduni* apud *Jacob.* MARESCHAL.

(d) Ann. 1502.

(e) Ann. 1504.

(f) Ann. 1510.

(g) Ann. 1506.

(h) Ann. 1512.

(i) Ann. 1519.

(k) BADIUS ſcripſit Epitomen in ſex *Latinæ Linguæ Elegantiarum* libros *Laurentii* VALLÆ ſæpius excuſam apud *Sim.* COLIN. 1524. 1529. 1532. 1538. &c. apud *Rob.* STEPH. 1533. &c.

(l) Ann. 1520.

(m) Ann. 1499. Ad cujus Editionis calcem BIBACII THILETANI Epiſtola & Carmina leguntur. BIBACIUS THILETANUS JODOCO BADIO *Aſcenſio* ſuo Salutem. *Fama eſt* BADIUM *noſtrum commiſiſſe quidem facinus: ſed egregium, ſed perpetuâ laude dignum. Commentaria videlicet in* BAPTISTAM Mantuanum *excudiſſe ſane quàm utilia: quæ ad Bibliopolas noſtros propediem affutura ſperamus. Sed inter ſcribendum concepi neſcio quid: & Epigramma peperi: quòd partum ſubitò tibi, ad quem lallat, mitto: ne dicam papandum: ſed tuo cibo enutriendum: & uterinis fecibus abluendum.*

*Quòd tua doctiloqui per Commentaria Vatis*
*Parthenio verſu quæ latuere patent:*
*Quódque vaporatâ lector nunc ferveat aure,*
*Quò priùs erubuit cœtus adire rudis:*
*Multa*, JODOCE, *tibi debet* Carmelicus *Ordo:*
*Plura tamen numeris plebs minùs apta bonis.*
*Proinde tibi meritos optamus* NESTORIS *annos*
Theſpia *quem caſto turba liquore fovet.*
*Vale.*

(n) De ERASMO & BUDÆO priùs.

(a) *Fran-*

Budæus, & (a) Sylvius aliíque, ſuas lucubrationes evulgaturi, ad *Aſcenſianum* prælum confluerent.

Badius (b) in vico *Divi Jacobi* commorabatur (c) ſub tribus Lupis, Librarius Academiæ *Pariſienſis* juratus, eam ob cauſam ſolebat ſic ſuſcribere, (d) *Accuratione Aſcenſii in nobiliſſimo Pariſiorum Gymnaſio*: (e) *Ex ædibus noſtris in Pariſiorum Academiâ*: (f) *Ex Officinâ noſtrâ litterariâ in Academiâ Pariſienſi*: (g) *E Chalcographiâ noſtra in Academiâ Pariſiorum.* &c. (h) Decreta publica & Cenſuras Academiæ aliquando imprimebat.

De-

(a) *Franciſcus* Sylvius *Ambianus* Badio Commentarios ſuos commiſit, tradito illi Diplomate ſignato manu C. V. *Par.* Præpoſiti. Lege ad calcem Orat. pro Cluent. 1535.

(b) Horat. 1516.

(c) Vide *Catalog.* ann. 1510.

(d) Horat. 1516.

(e) Cheviller. p. 316.] Comment. in Cicer. *Rhetoric.* 1508.

(f) Ibid.] Epiſtol. præfix. Sabellio. 1509.

(g) Ibid.] Epiſtol. præfix. Origen. 1519.

(h) Cheviller. p. 351.] „ En l'année 1521. la Faculté de Théologie, après pluſieurs aſſemblées tenues en *Sorbonne*, fit la Cenſure des Héreſies de Luther, qui fut publiée ſolennellement aux *Mathurins*, dans une Aſſemblée générale le 15. *Avril*, où le Recteur ordonna à Josse Bade Libraire Juré, en vertu du Serment d'obéïſſance qu'il avoit fait, de l'imprimer fidellement, & défendit à tous autres Libraires de le faire, ſous peine de perdre leur Office. La Cenſure fut imprimée *in* 4. cette même année-là par *Joſſe* Bade. On lit à la fin de ſon Imprimé ce qui ſuit: *Nos præfati Decanus & Facultas, præmiſſa hæc omnia tempore multo examinavimus* ——— *Acta fuerunt hæc anno ab Incarnat. Domini* 1521. *die* 15. Aprilis. *In quorum teſtimonium iis inſtrumentis, quæ in Archivis & ſcriniis noſtris ad perpetuam rei memoriam reſervamus, Sigillum noſtrum duximus apponendum. Ad quorum Exemplar de mandato noſtro Præſentes fuiſſe fideliter Impreſſas teſtamur.* C'eſt la Faculté de Théologie, qui parle. Voici comme parle le Recteur en ſuite. *Nósque* Joannes le Coincte, *Rector Univerſitatis* Pariſienſ., *Mandavimus* Jodoco Badio Aſcenſio *Librario noſtro Jurato, in virtute fidei nobis præſtitæ, ut hanc Definitionem ſedulò imprimat, prohibemúsque cæteris omnibus tam Juratis, quàm non Juratis, ſub pœnâ amittendi Officii, ſi quod à nobis habent, & ſub præjudicio numquam habendi, ſi nullum habent, & ſummæ indignationis Univerſitatis, ne biennio proximo ſinè noſtrâ auctoritate imprimant, aut alibi impreſſam vendant, hâncque cautionem nominis noſtri ſubſcriptione, quod Sigilli inſtar eſſe volumus, duximus muniendam.* Auſſi-tôt que le Parti *Lutherien* eut lû cette Cenſure dans quelques Copies, qui furent envoyées promptement en *Allemagne*, on vit paroître pluſieurs Libelles, & ſur tout un, qui étoit fort emporté contre la Faculté de Théologie."

Badius etiam excudit illas Determinationes, de quibus *Gerardus* Morrhius ad Erasmum ſcripſit (p. 1751. Epiſt. Erasm.) ——— *Habes hic in Collegio* Sorbonico, *qui tibi optimè volunt, ſed quod ſentiunt, muſſare coguntur veriùs quàm proferre: nam eò quorundam tyrannis progreſſa eſt. Tertius jam annus agitur, ex quo cum Theologis verſor frequentiſſimè, nimirum qui in ædibus illorum habitem. Gaudent plurimùm, qui nominis tui ſtudioſi ſunt, quòd tam modeſtè reſponderis ad Determinationes illas à* Badio *excuſas: verebantur enim, ut univerſæ Facultati notam apud poſteros inureres, id quod tuo jure facere potuiſſes. Plura de hâc re*

*ſcri-*

Denique poſt (a) annos 41. rei litterariæ & typographicæ impenſos, anno vitæ (b) 73. Chriſtianæ Æræ (c) 1535. poſt (d) Nonas *Novembres* & ante exactum (e) *Decembrem* obiit. In JODOCI BADII & CONRADI etiam BADII mortem Epitaphia Græcè & Latinè ſcripſit (f) HENRICUS STEPHANUS, in quibus filium patri prætulit; hanc nempe ob cauſam, quòd ille ad *Genevenſes Calviniſtas* defecerit, hic Pontificiis, quibùs HENRICUS erat infenſiſſimus, ad ultimum usque vitæ momentum adhæſerit.

Ἰοδώκυ Βαδίυ Ἐπιτάφιον.

Κεῖνος ὁ καὶ Μύσαις καὶ Ἄρηϊ περιοσὰ πονήσας
Παρισίῳ Βάδιος κεύθεται ἐν δαπέδῳ·
Βίβλυς μὲν Μύσαισιν, Ἄρηϊ δὲ ἄρσενας ὑὺς,
Ἔργανα εἰρήνης, ἔργανα καὶ * πολέμυ.
Καὶ τάχα δ' ἔσκε πατὴρ ἴσων παίδωντε βίβλωντε,
Εἰ, ὅτε βιβλοτοκεῖν, ἤρξατο παιδοτοκεῖν.

JODOCI BADII EPITAPHIUM.

„ Hic, liberorum plurimorum qui parens,
„ Parens librorum plurimorum qui fuit,

„ Situs

*ſcriberem, ſed temerarium me judicares, ſat ſcio, qui litteris committerem, quæ poſſent & me & illos gravare invidiâ.* —— Pariſ. *ex Vico* Sorbonico 30. Martii, *Anno* 1532.

(a) Anno enim 1494. cœpit innoteſcere. CHEVILLER. p. 137.

(b) Natus eſt 1462. Vide priùs.

(c) ZELTNER. *Centur. Correct. Typogr.* habet 1534.

(d) Nam excudit CICER. *Orat. pro* CLUENT. ann. 1535. ad Nonas *Novembres.*

(e) CICER. CATO *Maj.* excudebatur in ædibus *Aſcenſianis* apud VASCOSANUM 1535. (ſic enim in fine Libri legitur) At nullam adhuc vidi VASCOSANI Editionem, quæ ante hunc annum ex Ædibus *Aſcenſianis* prodierit: nam poſt ſoceri mortem ejus prælo uſus eſt. Vide VASCOS. *Vit.* in *Hiſtor.* Pariſ. *Typograph.* Et CHEVILLER. p. 138.] *On a en* Sorbonne *ſes deux dernieres Editions, par où on apprend l'année de ſa mort, ſavoir l'*ALPHONSUS contra Hæreſes, *qu'il imprima* in fol. *l'année* 1534. *&* *le* Pierre LOMBARD *in* Epiſtolas PAULI in fol. *où* (Joſſe BADE *étant mort avant que le Livre fût en état d'être diſtribué*) *on mit à la premiere page*: Pro Hæredibus *Jodoci* BADII 1535. menſe *Decembri.* Et CAILLE p. 74.] *Quelques-uns tiennent qu'il mourut en* 1526. *mais cela ne peut pas être, puis qu'il avoit imprimé en* 1534, *comme nous le voyons à la premiere Page de* ALPHONSI DE CASTRO Zamorenſis Ord. Minorum lib. in folio, *qu'il imprima avec* Jean de ROIGNY. ALMELOVENIUS in *Vit.* STEPHAN. p. 28. ſcribit ſic: *Jodocum* BADIUM *anno* 1528. *adhuc dum vixiſſe conſtat*; quaſi ignoraverit eum multa poſt annum 1528. excudiſſe.

(f) Vide H. STEPH. *Epitaph. Typogr.* 1560.

* Hinc comperio BADIO filios plures fuiſſe, & ex iis forſan omnes (excepto *Conrado*) armis operam dediſſe; niſi voluerit *Henricus* in vocibus Ἄρης & ἄρσην ſolùm ludere.

(a) *Di-*

„ Situs *Jodocus* BADIUS eſt *Aſcenſius*.
„ Plures fuerunt liberis tamen libri,
„ Quòd jam ſeneſcens cœpit illos gignere,
„ Ætate florens cœpit hos quòd edere.

## EJUSDEM ALIUD.

„ Hâc tumulatus humo, ſibi qui jam feſſus ab annis
„ Sponte typographicum congeminavit onus:
„ Luci dum libros, libríſque ferentia lucem
„ Scripta ſui fœtus tradidit ingenii.
„ Quæ digna eſſe ſuâ nobis eſt laude fatendum,
„ Digna ſuo ut ſeclo nemo negare poteſt.

## Κονράδου Βαδίου Ἐπιτάφιον.

Ἐνθάδε Κονρᾶδον Βάδιον κατὰ γαῖα καλύπτει,
Χαλκογράφον, Μουσῶν καὶ θεράποντα μέγαν.
Ἔπλετο γὰρ Μούσαις πεφιλημένος ἔξοχα πατρὸς,
Ἔξοχα καὶ δώροις τῶν δ᾽ ἐκέκαστο πατρός.
Ἀλλ᾽ ὅσσῳ δώρων ὅγε πλείονος ἔλλαχε μέτρου
Ἥττονα ἢ γενετὴρ ἔλλαχε μέτρα βίου.

## CONRADI BADII EPITAPHIUM.

„ Quod patri haud dederant rudioris tempora ſecli,
„ Addiderant largè tempora noſtra tibi.
„ Doctrinæ hæredi tibi nam, CONRADE, paternæ
„ Acceſſit cultûs gratia magna novi.
„ Sed Superi dotes tibi quantùm auxere paternas,
„ Tantùm ævi fines diminuere tui.

A' JODOCO BADIO defuncto, ad Librarios, quos ei aſſociatos fuiſſe antea notavi, revertor. ANDREÆ BOCARD, DIONYSII (a) ROCE, MARNEFIORUM, & JOANNIS PETIT in præce-

(a) *Dionyſium* ROCE Academiæ *Pariſiorum* Bibliopolam juratum in vico *St. Jacobi* ſub Divi *Martini* effigie habitâſſe comperio ex LUCAN. ann. 1512. quem ejus expenſis excudit *Gulielmus* LE ROUGE eximius Chalcographus, utì & eodem circiter tempore (nam annus non adſcribitur) PLAUTUM ex *Simonis* CARPENTARII recognitione; quod indicat in Libri calce ipſius *Dionyſii* ROCII ad Lectores Epiſtola. Italicus & profectò ſingularis eſt utriusque character, utì & SALLUSTII, cui præfixa eſt BADII Epiſtola ann. 1512. data, quíque ad Codicem *Aldinum* excuſus dicitur.

Monendum hìc Lectorem cenſeo, quòd in

cedente *Annalium Typographicorum* Volumine (a) mentionem feci; at de horum ultimo plura promiſeram.

JOANNES PARVUS (b) Univerſitatis Typographus & in Librariorum juratorum numerum 22. *Maii* 1530. adſcitus, (c) *Wilhelminam* DE LA VIGNE uxorem duxit. (d) GASPARIS PHILIPPI, (e) JOANNIS KERBRIANT & JOANNIS ADAM, (f) MICHAELIS LESCLANCHER, (g) NICOLAI DE PRATIS, (h) JOANNIS BARBERII, (i) JOANNIS LAMBERTI, THOMÆ GUERNERII; (k) THOMÆ KEES,

(a) GUI-

in Libris non Signum ſuæ Tabernæ appenſum, ſed gentilium fortè Scutum (ſicut olim SCHOEFFERUS), ſuâ aliquando ſymbolicâ epigraphâ (ſicut *Dionyſius* ROCE) cinctum Librarii quidam affigant. *Dionyſius* ROCE, *Joannes* PETIT & *Henricus* STEPHANUS Socii fuerunt anno 1504. in imprimendo *Tho.* BRICOT in *Phyſic.* ARISTOTEL.

(a) Pag. 305. pag. 303. pag. 191. pag. 305.

(b) CAILLE p. 71.

(c) *Guillemette.*

(d) Ann. 1506. CAILLE p. 77.] *Gaspard* PHILIPPE *mettoit à la fin de ſes Livres ces Vers* :

*Gasparus* hic reliquis Delphin inſigne coronam
Pergerit: hæc tantâ nobilitate virens,
Ærea conſtituit crebris dare ſigna libellis,
Quos relegant & ament pectora docta, monet.

(e) CAILLE p. 88.] Jean KERBRIANT, & Jean ADAM *imprimerent*, *pour* Jean PETIT, Englebert de MARNEF, & Pierre VIART *Libraires*, Decretum aureum cum Canonibus pœnitentialibus, & Vitâ ejusdem GRATIANI, in octavo *en* 1517. *rouge & noir. Ce Livre fut auſſi imprimé au nom ſeul de* Jean KERBRIANT *en* 1517.

(f) Anno 1519. CAILLE p. 90. Habitabat in plateâ *Mauberti*: ubi anno 1520. VIRGILIUM impreſſit.

(g) Anno 1513. CAILLE p. 84.

(h) Ann. 1506. CAILLE p. 71. & 79.] Jean BARBIER *Libraire Juré imprima pour* Denis ROSSE *en* 1505., *& pour* Pierre BACQUELIER *natif de* Grenoble *en* 1506. *Il étoit un des plus habiles Imprimeurs de ſon temps & très-entendu en ſon Art. Il avoit pour marque une Epée avec ces mots*, tout par honneur. *Petrus* BACQUELIER *Gratianopolitanus* aliquando ſubſcribebat hoc Diſtichon :

Eſt *Gratianopolis* inter fecundior Urbes,
Quas *Delphinatus* continet orbe ſuo.

Vide Edition. MACR. *de Herb.* 1522.

(i) CAILLE p. 72. De LAMBERTO vide Vol. I. *Annal. Typ.* p. 302.

(k) MARTIN. Arithmetic. Practic. 1513. *Liber editus in honeſtiſſimâ* Belvacorum *palæſtrâ impreſſus à Chalcographorum expertiſſimo* Thomâ KEES Weſalienſe *impenſis* Joannis PARVI *&* Joannis LAMBERT. Idem KEES eodem anno excudit PAUL. Venet. *Lib.* de compoſit. mundi; *qui venundatur à* Joanne LAMBERTO Pariſienſ. *Bibliopolâ ſub divo* CLAUDIO *ſeden. juxta Collegium* CO. *Impreſſ. à* Thomâ KEES *Chalcographo expertiſſimo in plateâ* Carmelitarum *commoran. in domo rubeâ ſic vocatâ.* Gothicus tamen exilis & incultus Librorum character tam magnifico Typographi titulo vix respondet. CAILLE p. 82.] „ *Thomas* KEES imprima *Sermones* Guillelmi PEPINI *Ord. Prædicat. in octavo* en 1511. & pour *Denis* ROCE, „ *Tractatus brevis de animâ & accidentibus ejus per* Petrum *de* ALLIACO, *in octavo* en 1513. Il mettoit ordinairement au bas, ou à la fin de ſes Livres, ces „ deux Vers :

„ Hæc, ô Lector, habes, quæ KEES venalia *Thomas*
„ Italicæ preſſit è regione domus.

Su5;

(a) Guidonis Mercatoris & (b) Antonii Aussurdi operâ aliquando uſus eſt. (c) Librariorum Syndicus conſtitutus ea, quæ Ludovicus XII. illis conceſſerat, privilegia fieri rata 20. *Octob.* 1516. curavit. (d) Habitabat in Vico Sancti Jacobi ſub ſigno *Lilii aurei*; alludens ad ſuum nomen Lemmate hôc *Petit à Petit.* (e) Signum etiam habuit *Leonem argenteum*, aut *binos Leones* Scutum Litteris I. P. vel Lilio cum iiſdem litteris inſcriptum ſuſtinentes, adjecto ſubtus ſuo nomine IEHAN PETIT. (f) Quin etiam aliquando Signo proprio Inſignia Regis, Urbis & Univerſitatis *Pariſienſis* (quod diu apud Typographos uſu venerat) ad-

Suſpicor *Joannem* la Caille allucinatum fuiſſe, cùm (p. 84.) adduxerit *Thomam Rees*; quem puto ipſum eundem eſſe cum *Thomâ Kees* modò memorato: ſed error à Gothico litterarum 𝔎 & 𝔑 charactere ferè ſimili manavit.

(a) Faust: *de ſecund Victor.* Neap. 1502. De *Guidone* Mercatore vide Vol. I. *Ann. Typ.* p. 189. Vidi Diogenem Laertium Latinè, abſque anni notâ, in 8. impreſſum pro *Joanne* Parvo, gerentem Inſignia typographica *Joannis* Parvi in principio, *Guidonis* Mercatoris in fine.

(b) Justin. *Hiſtor.* 1519. ex recognitione *Petri* Danesii, cujus Epiſtolam ad hunc Typographum adjiciam, ex quâ Aussurdi diligentiam intelliget Lector.

,, Petrus Danesius
,, Antonio Aussurdo *Typographo* S.

,, Facies tu quidem pro tuo officio,
,, prudentiſſime mi *Antoni*, qui Libros,
,, niſi caſtigatiſſimos, è tuâ Officinâ exire
,, non pateris. Neque enim pluribus eſt
,, agendum. Id ſcilicet teſtimonio, vel
,, locupletiſſimo, eſſe poteſt quòd excuſu-
,, rus typis tui Justini in Trogum
,, Pompeium Epitomen ſanè luculentam,
,, me rogâſti magnâ etiam propoſitâ mer-
,, cede, ut operâ noſtrâ quàm emenda-
,, tiſſimè reponeretur. Parui ego quidem
,, libens, in re præſertim ſeriâ, & in quâ
,, meus honos, res omnium ageretur.
,, Quàm autem feliciter iſtuc ſim aſſecu-
,, tus, viderint, qui hanc novam Editio-
,, nem cum cæteris contulerint. Unum
,, auſim, meóque id jure affirmare, doc-
,, tiſſimos Justini labores tam integros,
,, & ſynceros nunc eſſe, quàm antea
,, manci, & mutili circumferebantur. At-
,, que id beneficio vetuſtiſſimi Exemplaris,
,, quod annos abhinc plùs minùs trecentos
,, in membranâ literis propè exeſis apud
,, Gymnaſium noſtrum *Lexovienſe*, perin-
,, de ac quædam Apellis tabula, &
,, venerandæ vetuſtatis monumentum aſ-
,, ſervatur. Porrò, quantum nobis è lec-
,, tionibus quotidianis otii datum eſt, id
,, omne reponendo Justino impendi,
,, fore ſperans, ut & juventuti utilitatis,
,, & nomini tuo laudis aliquid afferrem.
,, Nec verò id laboris propterea adii, quia
,, neſcirem quoſdam eſſe, qui multo id fe-
,, liciùs, quàm ego, præſtare potuiſſent,
,, ſed victus honeſtiſſimis tuis precibus ve-
,, recundiâ negandi, impudentiam fortaſſe
,, recognoſcendi ſuſcepi. Sed ut ut acci-
,, derit, bene habebit, ſi noſter hic labor
,, ſtudioſis, quibus paratus eſt, probabitur.
,, Tu verò, mi *Antoni*, perge rem litera-
,, riam ſuppeditandis optimis Libris, iiſ-
,, démque caſtigatis juvare. Ego ſanè,
,, quantum in me erit, tibi non deero.
,, Vale. *Lutetiæ*, Nonis *Quintilibus.*
,, M.D.XIX.

(c) Caille p. 72.

(d) Vide Mantuan. *de calamitat.* ann. 1499. & Cicer. *Epiſtol. Fam.* ann. 1534. Et Cleophil. *de cœtu Poetar.* 1503. *Venundatur è regione Collegii Italici ſub leunculis aureis & in Vico Sancti* Jacobi *ſub Leone argenteo.*

(e) Cicer. *Epiſtol. fam.* 1534.

(f) Ibid.

adjunxit. Hunc (a) HENRICI STEPHANI primi, (b) JOANNIS SCABELER vel CABILLER aliàs WETTENSCHIRE, (c) MICHAELIS LE NOIR, (d) JOANNIS BIENAISE & JACOBI FERREBOUE (e) MICHAELIS VASCOSANI & PETRI GAUDOUL, (f) JOANNIS ROIGNY, (g) ANDREÆ BOCARDI & (h) GALEOTI A' PRATO, ſocium fuiſſe conſtat. JOANNES PARVUS cum JOANNE ROIGNY (utì poſtea probabitur) anno 1539. imprimebat. Ultra hoc tempus nihil ab illo excuſum vidi. Illum de Sti. HIERONYMI Operibus imprimendis cogitâſſe ex ERASMI Epiſtolâ ad BADIUM antea allatâ comperimus. Illius (i) gentilem fuiſſe GULIELMUM PARVUM BUDÆUS arbitratur. JOANNI (k) PARVO frater fuit PETRUS, quibus ſuam operam (l) SIMON VOSTRE legitur collocâſſe.

OLIVERIUS SENANT (m) *Pariſiis* habitavit in Vico divi JACOBI ſub ſigno beatæ BARBARÆ: in cujus Libris (n) nonnullis legi hoc Lemma [*En ce Monde faut bien tirer*, *Qui en Paradis veut monter*]. ROBERTUS (o) GOURMONT & JOANNES (p) MARCHAND ei operam typographicam præſtabant.

HENRICUS STEPHANUS hujus familiæ, ex quâ tot Typographi celebres orti ſuam per bina ſæcula patriam arte & doc-

(a) BOVILL. *Oper.* 1510.

(b) CAILLE p. 82.] „ Il fit imprimer „ par *Joſſe* BADE, *Exercit. Spiritual.* 1510. At mox eundem Librum repetit ann. 1510. à *Thielman.* KERVER impreſſum. Hic itaque erratum ſuſpicor.

(c) De quo antea Vol. I. *Annal. Typogr.* p. 189. CAILLE p. 83.] „ *Jean de* „ *la* ROCHE imprima pour *Jean* PETIT „ & *Michel* LE NOIR en l'année 1513.

(d) CAILLE p. 86.] en l'année 1514.

(e) In Editione CICER. *Epiſtol. famil.* 1534.

(f) AUL. GELL. 1536. in quo operâ *Jo. Lod.* TILETANI uſus eſt.

(g) VIRGIL. 1531.

(h) PLIN. *Nat. Hiſtor.* 1532. in quâ uſi ſunt prælo *Antonii* AUGERELLI; qui *Simonis* COLINÆI ſocius fuit ann. 1534. in EUSEB. *Præparat.*

(i) Lege BUD. Epiſtol. ad ERASM. ann. 1516. (ERASM. Epiſt. pag. 168.) ——— *Ad* Joannis PARVI *tabernam nobilis Bibliopolæ offendi* Guilielmum PARVUM, *illi, ut arbitror, gentilem: virum eundem magnum in primis, Theologúmque eximium: eorum ſodalium decus, quos* Dominicales *appellant, cognomento* Prædicatores, *qui nunc eſt à ſacro-ſanctis confeſſionibus Regi.*

(k) *Tractat. corpor.* CHRISTI anno 1513. *Il s'en trouve auſſi au nom de* Pierre VIART. Vide CAILLE p. 67. at p. 83. pro *Simone* VOSTRE ſubſtituit *Joannem* BARBIER.

(l) De eo lege Vol. I. *Annal. Typogr.* p. 301. Et CAILLE p. 67.] Simon VOSTRE *imprima encore pour* Pierre VIDOÜE Expoſition ſur la Regle de S. BENOIST, par le R. P. Thibaud ARTHAUD, Celeſtin *de* Paris, in folio *en* 1510. *Ce Livre eſt rare & recherché des Curieux.*

(m) PLUTARCH. Quæd. Latin. cum Epiſtol. FABRI ad BUD. 1505, & PRISCIAN. ann. 1517.

(n) LIVIA FAUSTI Poetæ, ſinè anno; ſed in fine, *Impreſſ. per* Robertum GOURMONT.

(o) Vide notam præcedentem. Et de eo poſtea dicentur plura.

(p) CAILLE p. 78.] Non. MARCELL. ann. 1511.

(2) *Et*

doctrinâ ornaverunt, parens, (a) anno 1502. Typographiam cum (b) WOLFANGO HOPYLO *Alemano* (c) diu jam claro exercuit. Sæculo ſuperiore *Germani* inventum illud nobile *Gallos Pariſiis* docuerunt; proximo hôc ineunte, *Galli* cum (d) *Germanis* (e) *Belgíſque* ſocietate aut affinitate primùm conjuncti, deinde ſoli, oſtenderunt, Arti inventæ perfecta quid præſtaret, magiſtro diſcipulus quid intereſſet.

HENRICUS (f) è regione Scholæ Decretorum ſibi ſedem poſuerat; juxta quam ſita erat (g) cuniculorum Officina, ubi nonnulli illius (h) Libri venales proſtabant.

Habuit ſocios aliquando (i) JOANNEM PARVUM, & DIONYSIUM ROCE (k) JOANNEM *Brienſem*, ac (l) JOANNEM HONGOTUM, & forſan (m) REGINALDUM CALDERIUM; ſumptibúſque (n) fratrum ENGELBERTI & GODEFREDI DE MARNEF quædam edidit. (o) Inſigne typographicum nullum ſibi proprium delegit; ſed (p) quod tunc erat apud *Pariſienſes* Typographos conſuetum) ſuarum plerumque Editionum fronti Univerſitatis Arma cum aliis marginalibus ornamentis, ſuo nomine aut initialibus ejuſdem litteris, apponere ſolebat. (q) Symbolicæ figuræ, quas DIONYSII *Areopagitæ* Operibus affixit, eædem omnino ſunt, quas

(a) *Ethic.* ARISTOT. cum Comm.

(b) De quo Vol. I. *Annal. Typogr.* p. 190.

(c) Anno 1489.

(d) HOPYLUS & STEPHANUS.

(e) BADIUS ſocer *Roberti* STEPHANI, VASCOSANI, & *Joannis* ROIGNY.

(f) Lege *Hiſtor.* STEPHAN. p. 8. 9.

(g) Cuniculorum Inſigne pertinebat ad *Sim.* COLINÆUM, inter quem & *Henricum* STEPHANUM, cujus poſtea viduam duxit, aliquam conſuetudinem fuiſſe conflatam eſt veriſimillimum.

(h) *Ethic.* ARISTOT. cum Comment. 1502.

(i) *Tho.* BRICOT. in *Phyſ.* ARISTOT. 1506.

(k) Lib. *trium Virorum & trium Virginum Spiritualium.* 1513.

(l) PII *Coſmograph.* 1509.

(m) TEXTOR. *Epithet.* 1518. ex Officinâ *Henrici* STEPHANI. Venal. in ædibus *Reginaldi* CALDERII.

(n) MANDAGOT. *Pratic. Electi̇on.* 1506. Hujus Libri fronti præfigitur typographicum Inſigne *Marneſiorum* in Vico divi JACOBI ad ſignum Pellicani habitantium (de quibus lege Vol. I. *Annal. Typograph.* p. 191.) cum Correctoris (cujus ibi nomen ſiletur) Hexaſticho, & Præfatione, in quâ hæc leguntur: —— *Opuſculum hoc inſigne editum* MANDAGOTUS, *cùm adhuc in Eccleſiâ* Nemauſen. *Archidiaconatûs gereret officium, ad* BERENGARIUM Beterenſis *Eccleſiæ Succentorem poſtea Episcopum direxit anno Salutis milleſimo treceſimo: quod quidem Opuſculum ſub opacis turpiter delitere tenebris non paſſi viri honeſti* Engelbertus & Godefridus DE MARNEF, *ut in lucem prodiret, ſuis imprimendum impenſis curârunt. Libellum autem ipſum imprimis noſtrâ pro viili caſtigare (præfatis Dominis fraterno fune ligatis maximè id fieri orantibus) ſtatuimus.*

(o) Interdum eorum, quorum ſumptibus aut conſortio Liber imprimebatur, ſigna affigebat; e. g. MARNEFIORUM in Libro modò citato, & *Joannis* PARVI in *Chronic.* SIGEBERT. *Gemblac.* 1513.

(p) Vol. I. *Annal. Typograph.* p. 194.

(q) De his lege *Hiſtor.* STEPH. p. 10

(a) An-

quas iisdem antea (a) JOANNES HIGMANUS & WOLPHANGUS HOPYLUS affixerant. (b) In HENRICI Officinâ frequenter verſabantur, & Libros excudendos recognoſcebant (c) PETRUS PORTA, BEATUS RHENANUS, JOANNES SOLIDUS *Cracovienſis*, & VOLGACIUS *Pratenſis*. HENRICUS typis utebatur (d) Gothicis compendiariis, & Romanis non ſanè inelegantibus, (e) Græcis rariſſimè; quippe quorum uſum non valde requirebant Libri, quales ex ejus prælo exibant, Theologici, Philoſophici maximè, Medici, Mathematicíque Latinè verſi. Non poſſum hìc illaudatas præterire admodum pulchras (f) *Itinerarii* ANTONINI, & THEODORITI *de Curatione Græcarum affectionum* Editiones; quarum

(a) Anno 1498.

(b) De his recognitoribus lege *Hiſtor.* STEPH. p. 9. In *Henrici* STEPHANI Officinâ viri plurimi eruditi diverſabanrur; hunc ſuum hospitem appellabant. Lege Epiſtolam VOLGACII *Pratenſis* ad *Joannem* SOLIDUM *Cracovienſem*, *OEconomico* XENOPHONTIS, quod Opus ex *Henr.* STEPHANI prælo ann. 1508. publicavit, præfixam.

*Antonius* RUFUS in Epiſtolà ad *Gul.* PARVUM Reg. Majeſtati aſcitum Confesſorem, *Chronico* SIGEBERT. *Gemblac.* 1513. præfixâ, ſcribit ſic: *Superioribus diebus cultor tui nominis & litteris Achademiæ noſtræ* Pariſienſis, *utcunque poteſt, inſerviens* Jacobus FABER *tuo nomine &* Joannis PARVI *inſignis Bibliopolæ ejusdem ſtudii, colendiſſime pater, tradidit mihi Hiſtoriam* SIGEBERTI Gemblacenſis *Monachi.* —— *Quare, celeberrime pater, arbitraturus noſtram operam haud tibi diſplicituram: aggresſus ſum domeſticæ Officinæ* Henrici STEPHANI, *apud quem diverſor, committere opus* &c.

(c) Vir Clariſſ. ZELTNERUS (in *Corrector. Typogr. Centur.* p. 443.) putavit *nomen* Philippi *nonniſi litterâ primâ* P. *ſcriptum à me in* Petrum *transmutatum eſſe potuiſſe.* Adeat vir Doctiſſimus Editionem *Politic.* ARISTOTEL. ex Officin. *Henr.* STEPHAN. 1506. ibi leget hæc: *Recognitoribus in Officinâ quàm accuratiſſimè* Petro (cujus nomen non ibi primâ tantùm, ſed omnibus ſuis litteris expreſſum comparet) PORTÂ & Beato RHENANO.

(d) His, inter alia multa, MANDAGOTI *Practica* imprimitur. Sed hujusmodi characteres Theologicis, Juridicis & Philoſophicis Libris jam diu aſſignatos notavi in Vol. I. *Annal. Typograph* p. 40.

(e) Aliquot lineæ Græcè excuſæ reperiuntur in Editionibus *Moral.* ARISTOTEL. 1505. pag. 51. 83. Et *Politic.* 1506. pag. 8, 71, 128. Et *Pſalter. Quinc.* 1509. pag. 18, 30, 45, 47, 151. & ſæpius pasſim in hôc Pſalterio; At verò vocabula ubique * accentuum & ſpirituum notis deſtituuntur, & mendoſiſſimè plerumque imprimuntur. In THEODORITI autem Editione ann. 1519. non plura tantùm ſed & emendatiora & accentibus ſpiritibúsque notata legimus in ſingulis ferè paginis; vide p. 17, 18, 45, 54, 56, 87, 89, 112. &c. Nam in hôc Opere multa ex antiquis Scriptoribus Græcis afferuntur teſtimonia.

(f) Hanc Editionem *Ger. Jo.* VOSSIUS (in lib. *de Scient. Mathemat.* Edit. ann. 1660. p. 417.) vocat *Editionum priorum omnium optimam.* Prodiit ann. 1512.

(a) Ann.

* CHEVILLER. p. 246.] „ Nous pouvons dire, qu'en l'année 1505. en laquelle JOSSE BADE „ imprima *in fol.* les Notes de *Laurens* VALLE ſur le Nouveau Teſtament, il y avoit à *Paris* peu de „ Caractéres Grecs, puisque ce Docte Imprimeur demande excuſe dans cette Edition, ſi quelques ac- „ cens ne ſe trouvent point placez, comme ils devroient être, par la raiſon qu'il n'avoit pas tous les „ Caractéres, qui lui étoient néceſſaires: *Chalcographorum Erratis præſertim in accentibus Græcanicis ob* „ *penuriam Characterum humaniter ignosces.*

rum illa ex LONGOLII Exemplari (a) GODEFRIDO TORINO recognitore elaborata (b) rubricis ubique diſtinguitur ; hæc multa ex Græcis Scriptoribus Græcè exarata Latino textui intermiscet : illa Errorum (c) recognitionem ſatìs prolixam ſed accuratam calci adjicit , in Libello & brevi & exiguâ formâ impreſſo, hæc in Libro & multò longiore & *in fol*°. excuſo tria tantùm errata ſubnotat.



(a) Huic (quam recognovit) Editioni *Godefredus* TORINUS duas Præfationes præfixit; in quibus aperit, quam rationem in hôc Libro ornando & & rubricis distinguendo ſecutus ſit. De hôc TORINO, inter Typographos famam haud minimam merito, poſtea dicetur.

(b) Alios quoque Libros rubricis ornavit *Henricus* STEPHANUS ; *Chronica* SIGEBERTI & EUSEBII, *Pſalterium quincuplex*, initialem MANDAGOT. *Practica* paginam.

(c) Recognitio illa ſex hujus Libelli pagellas continet. TORINUS *Lectori felicitatem. Hasce plusculas recognitiones , Lector optime, oro, non admirare , ſic eas ab Exemplari vetere diverſas collegi ; ut tibi non pigrâ manu Librum emendare poſſis. Errores Chalcographis imponerem; ſed Ars ipſa prelaria ſuopte more hoc in ſe habet , ut ne Libellus quidem ſinè aliquâ mendâ prorſus imprimi poſſit. Vale.* Et ut Lector poeſeos, quam calluit TORINUS, ſpecimen habeat, en ejus Epigramma :

*Ad ſtudioſum Epigramma per*
TORINUM.

Oppida ſi centum , centum ſi ſedulus Urbes
Certo cum ſpatio, Lector, adire paras;
Centenâ portus ſi cum ſtatione marinos
Excupis, & rectâ doctior ire viâ ;
Hunc tibi cum primis habilem , ſtudioſe , Libellum
In dextrâ gratus ſemper habeto manum.

Idem TORINUS *Coſmographia* PII Papæ apud *Henr.* STEPH. 1509. excuſæ curam geſſit , eámque dedicavit *Germano* GANNAIO *Cathurcenſium* Episcopo deſignato, cui in Epiſtolâ indicat Librum hunc *jam terſiorem & emendatiorem quàm antea legebatur, ex Chalcotypeâ Officinâ exire.* Lectorem ibidem docet, quam Orthographiæ rationem adhibuit.

„ *Godofredus* TORINUS Bituricus
„ *ad Lectorem.*

„ Quod *eruęre contendęre miſęre* & hu-
„ jusmodi multa per tale ę in penultimâ
„ ſcripta leges , factum eſt, ut Indicativi
„ præterita , quæ regulariter penultimam
„ habent longam, à præſenti & præterito
„ imperfecto Modi infinitivi , quæ in ter-
„ tiâ Conjugatione ſemper corripiunt , pe-
„ nultimam ſuam quantitatem & quam in-
„ ter legendum proferre debes tibi oſten-
„ dant. Illam *Pſalterii Quincuplicis* nuper
„ in lucem dati perelegantem & abſolu-
„ tam ſcripturam libenter ſum imitatus &
„ inſecutus. Invenies etiam ipſum ę in
„ aliquibus dictionibus ſimiliter in genitivis
„ & dativis ſingularibus , nominativis &
„ vocativis pluralibus primæ Declinationis
„ nonnunquam more quorundam pro *æ*
„ Diphthongo poni; ſed rariùs. Inſuper
„ hæc conſultò ſcripſi ; *miſtum* per *ſ*, &
„ non per *x*. nam *misceo* facit *miscui* in
„ præterito ; unde & *miſtum* analogicè :
„ *Intellego, toties, quoties, litus, opidum,*
„ *litera , tralatum* & id genus alia ſecun-
„ dùm ὀρθογραφίαν id eſt rectam ſcriptu-
„ ram obſervanda. *Turcam* etiam in pri-
„ mâ Declinatione , quod multi in ſecun-
„ dâ proferunt , ſcripſi. *Michael Tarcha-*
„ *niota* MARULUS *Conſtantinopolitanus* ad
„ CAROLUM Regem *Franciæ* plauſibi-
„ liter author eſt mihi. Ejus ſunt hæc
„ verba :

„ Invicte magni Rex CAROLI genus
„ Quem tot virorum tot ſuperûm piæ
„ Sortes jacentis Vindicémque

Henricum Stephanum usque ad (a) ann. 1520. 24. *Jul.* vixiſſe & arti diligenter incubuiſſe conſtat; (b) eíque ante diem *Aprilis* ann. 1521. ultimum defuncto ſucceſſiſſe Simonem Colinæum, (c) qui cùm Henrici viventis laboribus non impiger adfuiſſet, defuncti viduam duxit, Officinámque feriari non paſſus, rei typographicæ curam cum Roberto Franciscóque Stephano (nam Carolus ipſorum frater Medicinæ inprimis operam dabat) Henrici filiis magnâ cum laude adminiſtravit.

*Pariſiis*

„ Juſticiæ fideique poſcunt
„ Quem meſta tellus Auſonis hinc vocat.
„ Illinc ſolutis Grecia crinibus
„ Et quicquid immanis profanat
„ Turca Aſiæ Siriæ'que pinguis &c.

„ Quòd etiam *plureis*, *parteis*, *omneis*, „ *monteis* accuſativos in *eis* protuli gram„ maticè quidem & Latinè, Authore „ Prisciano Lib. 7. cap. *de accuſativis* „ *plural. tertiæ Declin.*, facere viſus ſum. „ Ea eſt pulchra ad accuſativum à nomi„ nativo diſcriminandum differentia, & „ quâ mille ſunt uſi Authores; de quibus „ multis Salustium, Vergilium & „ Plautum hìc teſtes habere ſat erit. „ Salustius, qui quidem primo etiam „ verbo eſt uſus ſic ait in *Catilinario* bello: „ *Omneis homines qui ſeſe* &c. Verg. in „ primo Eneidos: *Hìc feſſas non vincu*„ *la naveis Ulla tenent.* Plaut. in Au„ lularia. *Quid eſt? quid ridetis novi* „ *omneis? ſcio fures hìc eſſe complureis.* „ Hoc lubens annotare volui,ut (bone Lec„ tor) non tantùm dicendi puritatem in„ tellegas, ſed & tanquam digitos inter „ & legendum & dicendum pura verba „ feſtiviter in promptu habeas, & dicas. „ Vale.

Torinum liquet ſtuduiſſe apud Collegium *Pleſſeiacum*, unde ejus Epiſtola ad Gannaium ann. 1509. data eſt. Epiſtola ejuſdem ad *Philibertum* Baboum Antonini *Itinerario* præpoſita, è regione Collegii *Cocqueretici* ann. 1512. dabatur. In illâ *Itinerarii* Editione legitur hoc *Gerardi* Versellani *Burgundi* Carmen hendecaſyllabum in malos Impreſſores, & laudem Torini, qui Pii *Coſmographiam* & Antonini *Itinerarium* reſtituerat.

Ergo hinc ergo procul manus profanæ
Vulgi Chalcographon inauſpicati
Impuræ'que operæ procul faceſſant.
Ne interdicto aditu improbâque fronte
Res ſpurcetur & inquinetur alma.
Ne quis neſciat: hoc ſacrum eſt volumen.
Heu Chalcographi mali & miſelli
Nullas ne ſcholicas quidem aut aniles
Nugellas dare formulis periti,
Quid ſanctas male taminatis artes?
Inceſtâque manu novem Sororum
Funeſtatis opes laborioſas?
Quid non promitis iſtâ ab Officinâ
Illuc projicier, fodíque dignum,
Quo ventris retrimenta deferuntur?
Ergo hinc ergo procul profani abite,
Vos ô Chalcographi mali & miſelli.
Sit dictum ſatis: hoc ſacrum eſt volumen
Quod noſter *Godofredus*, ille noſter,
Ille, inquam, *Biturix* Pii miſertus,
Letheâ carie eruit ſepultum
Ductu *Longuolii* ſui atque ope uſus.

(a) Aristotelis *Logicam* tunc Latinè excudit.

(b) *Elucidatorium Eccleſiaſticum* emiſſum eſt per *Sim.* Colinæum *Henrici* Stephani *in Officinâ ſucceſſorem* anno 1520. *April.* ultim.

(c) Lege *Hiſtor.* Pariſ. *Typograph.* pag. 4. & *Hiſtor.* Stephan. p. 14. 160. 164.

(a) Faus-

*Pariſiis* Librariam exercuerunt

Anno 1501. (a) RADULPHUS LALISEAU; JOANNES (b) PRATENSIS:

1502. (c) ROGERUS AUGRAIN, & FRANCISCUS BIGNER:

1503. (d) FRANCISCUS REGNAULT:

1505. (e) GULIELMUS ANABAT; (f) EUSTACHIUS DE BRY:

1506. (g) JOANNES GRANJON:

1507. (h) GULIELMUS EUSTACHE Librarius Regius:

1508. (i) ANTONIUS BONNEMERE:

1511. (k) GEORGIUS BIERMANT:

1512. (l) JOANNES PHILIPPI, (m) LUDOVICI HORNKEN & (n) GODOFRIDI HITTOR-

(a) FAUSTI Epithalam. de *Claud.* & *Franc.* VALES. & ejusd. *Bucolic. Venales reperiuntur in vico clauſi brunelli in domo* RADULPHI LALISEAU. Et in fine, JOHANNES ANTONIUS Venetus *Libelli Impreſſor Lectori S. Habes, ſtudioſe Lector,* FAUSTI *Poëtæ regii Bucolica, quæ adeò exculto venuſtóque carmine compoſita ſunt, ut neque* VIRGILII *neque* CALPHURNII *Eclogis meâ quidem ſententiâ cedant. Sum brevì & alia ejus Opera Latinis caſtigatiſque characteribus impreſſurus; ne tam divini Poëtæ monumentis careas.* JOANNEM ANTONIUM Venetum *pulcherrima hæc Poëmata impreſſoriâ arte ſuâ divulgantem etiam atque etiam ames. Vale.*

*Ex Gymnaſio* Pariſienſi *quinto Nonas* Martias.

*Impenſis* RODULPHI LALISEAU *de vico Sancti* HYLARII.

(b) POMPON. LÆT. *Compend. Hiſtor. Rom.* Libri hujus recognitioni adfuit (ut puto) *Fauſtus* ANDRELINUS Poëta Regius. Idem enim, quod ejus *Bucolicis*, huic etiam *Compendio* præfigitur diſtichon:

*Laurea ſerta gerens, Muſisque excultus amœnis*
*Gymnaſium* FAUSTUS Pariſienſe *polit.*

(c) CAILLE, p. 77.

(d) *Joannis* SEURRE operâ uſus eſt. CAILLE p. 77. de *Franciſco* REGAULT dicetur poſtea.

(e) Id. p. 78.] *Guillaume* ANABAT imprima pour *Guillaume* HARDOUIN Libraire juré en 1515. (*repoſui* 1505. *ductus ordine annorum in Hiſtoriâ* Joannis LA CAILLE) & pour *Jean* GRANJON en 1510.

(f) CAILLE p. 78.

(g) CAILLE p. 79.] Il avoit pour marque un Marais dans lequel croiſſent de grands joncs pour faire alluſion à ſon nom.

(h) Id. p. 81.] Il fit imprimer par *André* BOCARD.

(i) Pro *Dionyſio* ROCE. CAILLE p. 81.] Il avoit pour marque un Palmier avec ces mots, *Noſce te ipſum.*

(k) Pro *Joanne* GRANJON. CAILLE p. 82.

(l) De hôc lege priùs Vol. I. *Annal. Typogr.* pag. 303.

(m) Habitabat in vico divi JACOBI ſub interſignio trium Coronarum, quæ erant *Coloniæ Agrippinenſis* arma; cum hôc lemmate, *O Felix Colonia. Ludovicus* HORNKEM cum *Berthold.* REMBOLT anno 1512. ALBERT. *de re ædificat.* impreſſit.

(n) Vidi *Elegant. Vocabulor.* ex VALL. &c. *Alphabet.* ann. 1525. & MACROB. 1526. ab *Euchario* CERVICORNO excuſ. *Coloniæ*, impenſis & ære *Godefridi* HYDORPII, quem igitur oportet *Pariſiis Coloniam* migrâſſe.

(a) Im-

TORPII impenſis; (a) JOANNES *Argentoratenſis*:

Anno 1513. (b) NICOLAUS ROUSSET; (c) JOANNES FRELLON; (d) CLAUDIUS CHEVALLON, (e) FRANCISCUS BRICKMAN *Colonienſis*; (f) CONSTANS FRADIN:

1514. (g) JOANNES DE LA GARDE; (h) CAROLUS DUDE & NICOLAUS WAULTIER:

1515. (i) JOANNES LALISEAU; (k) TOUSSANUS DENYS:

1516. (l) JOANNES DE LA PORTE; (m) JOANNES SEVERIN:

1517. (n) PETRUS LE ROY; (o) JACOBUS MARESCHAL; (p) PASCASIUS LAMBERT & BERNARDUS AUBRY:

1518. (q) ALANUS LOTRIAN; (r) JOANNES REAL; (a) RE-

(a) Impenſis JOANNIS BRIENSIS & JOANNIS HONGOTI. CAILLE p. 83.

(b) Id. ibid.

(c) Id. p. 84.] „ JEAN FRELLON fit
„ imprimer *Hiſtoria Eccleſiaſtica* PETRI
„ COMESTORIS, in *quarto* en 1513.
„ BASTOLIS *in Sententias*, in *folio* en
„ 1516. & quelque temps après il alla s'é-
„ tablir à *Lyon*, où il imprima quantité
„ d'Ouvrages conſiderables.

(d) Id. p. 84.] „ *Claude* CHEVAL-
„ LON imprima *S.* THOMÆ *in quodlibet*
„ &c. in *octavo* en 1513. Quelques an-
„ nées après ayant épouſé *Charlotte* GUIL-
„ LARD, veuve de *Barthelemy* RAMBOLT,
„ il imprima en la maiſon dudit RAM-
„ BOLT, *Corpus Juris Canonici*, &c. in
„ *folio* trois Volumes rouge & noir, en
„ 1520. &c. PETRI LONGOBARDI
„ *Liber Sententiarum*, &c. in *fol.* en 1537.
„ & autres. CHEVALLON étoit un des
„ plus habiles Imprimeurs de ſon temps,
„ comme on le peut voir par la grande
„ quantité de Livres qu'il a imprimez en
„ leur perfection, tous lesquels Livres ci-
„ deſſus ſont les premieres Editions. Il a-
„ voit pour marque un Soleil, qui étoit
„ celle d'*Ulric* GERING premier Impri-
„ meur, laquelle paſſa à *Barthelemy* RAM-
„ BOLT ſon aſſocié, & depuis à CHE-
„ VALLON, qui la mettoit au deſſus de
„ ſes armes ſoûtenues par deux Chevaux
„ debout, faiſant alluſion à ſon nom de
„ *Cheval-long.* " Obiit anno 1538. quo ex Officinâ ejus viduæ *Vocabularius Juris* prodiit. Et puto *Nicolaum* BUFFET excudiſſe anno 1538. quo *Bellum grammaticale* cum *Cl.* CHEVALLONI inſignibus typographicis prodiit.

(e) Uſus eſt operâ *Wolfgangi* HOPYL. CAILLE p. 84.] Quelques années après avoir exercé la Librairie à *Paris*, il s'en retourna à *Cologne*, où il imprima pluſieurs Ouvrages conſiderables. Il avoit pour marque les armes de *Cologne* avec ces mots, *Ima permutat brevis hora ſummis.*

(f) (g) Id. p. 85.

(h) (i) (k) Id. p. 86. *Joannes* LALISEAU fuit fortè frater aut filius *Radulphi*, qui anno 1501. Artem exercebat.

(l) (m) (n) (o) (p) Id. p. 88. *Jacobus* MARESCHAL impreſſit etiam *Lugduni* VIRGIL. cum Comment. ann. 1528. erat forſan aut frater aut filius *Petri* MARESCHAL de quo Vol. I. *Annal. Typ.* p. 191.

(q) Id. p. 89.

(r) Pro *Gulielmo* LE BRET. *Gul.* LE BRET habitabat in clauſo brunello ſub interſigni cornu cervini. Vide ann. 1543. CAILLE p. 89.] LE BRET avoit pour marque un Arbre, dont les fruits étoient verds & tendres, avec ces mots, *Spes mea Deus.*

(a) Id.

(a) Reginaldus Chaudiere:
1519. (b) Ægidius Couteau; (c) Desiderius Maheu ſumptu Godefridi Hittorpii.

Anno 1518. [vitâ (d) deceſſit (e) Bertholdus Remboltus, (f) qui pridem per (g) multos annos cum Udalrico Gering rem Typicam tractaverat. (h) Triennio ante Udalrici (i) mortem Remboltus, (k) poſtquam ſecum Carolam Guillard matrimonio junxiſſet, in Vico *Jacobæo* domum pacto cum *Sorbonæ* patribus annuo in ſuam & uxoris vitam pretio conduxit.

Fran-

(a) Id. p. 89.] „ Il avoit pour marque „ le Temps avec ces paroles, *Virtus ſola aciem retundit iſtam* “ : Idem Inſigne à *Reginaldo* Calderio mutuatus eſt, & Libris cœpit affigere anno 1528 *Simon* Colinæus. Lege *Hiſtor. Pariſ. Typogr.* pag. 6. *Reginaldus* Calderius anno 1518. quo in ejus ædibus venale erat *Specimen* Textor. *Epithet.* ex Officinâ *Henrici* Stephani emiſſum; habitabat ad Inſigne Hominis Sylveſtris in Vico *Jacobæo*, & anno 1524. quo hunc eundem Librum typis Vidoei edidit.

(b) De hôc lege Vol. I. *Annal. Typog.* pag. 302.

(c) Vide *Catalog.* ann. 1519. Idem anno 1530. *Nicolai* Couteau operâ uſus eſt. Lege Caille p. 101.

(d) Chevill. p. 97.

(e) Hunc *Joannes* la Caille p. 82. 84. vocat *Barthelemy* & p. 75. *Berthault*, quaſi non unum fuiſſe putaverit: is error forſan ex voce *Berthol.* abbreviatâ & pro *Bartholomæo* acceptâ ortus eſt.

(f) Vol. I. *Annal. Typogr.* p. 223.

(g) Ferè viginti.

(h) Ann. 1507.

(i) Ann. 1510. Vol. I. *Annal. Typogr.* p. 227.

(k) Cheviller. p. 97.] „ Trois ans „ après la mort de Gering, ſon Aſſocié Rembolt, qui s'étoit marié avec „ *Charlotte* Guillard, loua des Docteurs de la Societé de *Sorbonne* une Maiſon dans la rue S. *Jacques* vis-à-vis la „ petite rue *Frementel*, où pendoient pour „ Enſeigne le Coq & la Pie. Le Bail lui „ en fut fait l'année 1507. pour ſa vie & „ celle de ſa femme, à la charge de payer „ tous les ans douze livres, & d'y faire un „ bâtiment de ſix cens livres, ce qui fut „ executé. Il porta avec lui l'Enſeigne „ du Soleil d'Or, qu'il avoit euë commune dans la rue de *Sorbonne* avec *Ulric* „ Gering & commença l'année 1509. „ à imprimer en ſon nom * ſeul, ſous cette Enſeigne, le S. Bruno ſur les Epitres de S. Paul, & le Ludolphe de „ *Saxe, De Vitâ* Christi, & y fit pluſieurs autres Impreſſions juſqu'en l'année „ 1518, en laquelle il mourut.

(a) Cail-

* Id (ut puto) non ita accipiendum eſt, quaſi neminem poſt *Udalrici* obitum in ſocietatem aſſumpſerit. Teſte enim *Joanne* la Caille (p. 82. 83.) ſocios habuit ann. 1510. *Joannem* Vaterloes, & ann. 1512. *Ludovicum* Hornken; & cum illo *Richardi* Hampole *Lectiones* B. Job. *in* 4. cum hoc Albertum *de re ædificat. in* 4. impreſſit. Chevillerius (p. 101. 102.) in Catalogo Librorum à Rembolto poſt *Udalrici* mortem impreſſorum nullam *Richardi* Hampole mentionem facit, *Albertum* quidem recenſet, ſed ſinè *Ludovici* Hornken nomine. Chevillerius (p. 101. ex pag. 52. Catal. *Tellerian.*) & *Joannes* la Caille (p. 77.) *Michaelis* Lochmayer *Parochiale* 1509. *in* 4. memorant: ſed ille tribuit Editionem Rembolto, hic *Nicolao* de la Barre; qui in hâc procurandâ ſocii eſſe potuerunt. Hujus *Nicolai* operâ uſus eſt anno 1509. *Petrus* le Dru. Caille p. 77.] „ *Nicolas* de la Barre avoit pour marque un Cœur percé d'une flèche, deux têtes „ de mort aux deux côtez, & deux os de mort, avec ces mots: *Mors omnibus æqua.*

FRANCISCUS REGNAULT (a) Typographus & Librarius juratus duxit uxorem MAGDALENAM (b) BOUCHETT & cœpit Artem exercere anno 1506. (c) Communicavit impenſas cum JOANNE GRANJON, ÆGIDIO GOURMONT & PONCIO PROBO [PONCET vel PONSET LE PREUX] in quorundam Librorum Editionibus; THOMÆ aliquando *Weſalienſis*, aliquando NICO-

(a) CAILLE p. 79.] ,, Il imprima ,, pour *Durand* GERLIER [de quo Vol. ,, I. *Annal. Typogr.* p. 189.], *Concordata* ,, *inter Sanctiſſ. Papam* LEONEM *Decimum*, ,, *&* FRANCISCUM *Primum* Gall. *Regem*, ,, in octavo. Item *Defenſorium Con-* ,, *cordatorum per* HELIAM *Turon. Ar-* ,, *chiepisc.* in octavo. Ce Livre eſt extré- ,, mement rare & curieux. Il mettoit or- ,, dinairement au bas de ſes Livres, *Pari-* ,, *ſiis, ex Officinâ honeſti viri Franciſci* ,, REGNAULT, & avoit pour Deviſe au- ,, tour de ſa marque, qui étoit un Elephant, ,, *En Dieu eſt mon eſperance.* Il s'eſt diſtin- ,, gué par la grande quantité de Livres ,, qu'il a fait imprimer. Il avoit deux ,, freres, dont le premier fut nommé *Jac-* ,, *ques*, qui épouſa *Marguerite* DU PRÉ; ,, le ſecond, nommé *Robert*, qui épouſa ,, *Marguerite* MORIN, tous Libraires.

(b) *Jacobi* BOUCHET mentio fit anno 1522. CAILLE p. 93.

(c) ALD. MANUT. *Gramm. Lat.* impreſſ. *Parrhiſiis per fideliſſimum Impreſſorem* THOMAM Weſaliæ (eundem, qui antea *Thomas* KEES Weſalienſis) *commorantem è regione Collegii* Italorum, *impenſis verò honeſtiſſimorum virorum* Joannis GRANJON *&* Franciſci REGNAULT. Et in fronte, *Venum exponuntur in ædibus* Franciſci REGNAULT *moram gerentis in Vico divi* JACOBI *ſub* Mathurinis *in interſignio Sancti* CLAUDII. Nullam anni notam reperio, niſi quæ in fine Epiſtolæ *Aldinæ* legitur M. D. VII. Et forſan non diu abeſt ab illo tempore hæc Editio, in quâ plurima illa, quæ Græcè impreſſa ſunt, nullis accentibus aut ſpiritibus notantur.

PLINII Epiſtol. *impreſſæ* Pariſius *è regione Collegii* Italorum *in interſignio Speculi*; *expenſis honeſtorum virorum* Franciſci REGNAULT *&* Ægidii GOURMONT. M. D X. Et in fronte, *Venundantur* Pariſius *in Vico divi* JACOBI *in interſignio Sancti* CLAUDII. Has etiam impreſſas puto à THOMÂ *Weſalienſe*, ejúsque Interſignium fuiſſe Speculum, utì conſtat ex *Epiſtol. Illuſtr. Viror.* quas pro *Franciſco* REGNAULT abſque anni notâ excudit. Anni etiam indicio carent Editio BEROALDI *Oration.* & *Opuſculor.* quam dedit *Franciſcus* REGNAULT, & ſuo Elephante ſigno prænotavit: & EUSEBII *Hiſtoria Eccleſiaſtica* (quæ *venundabatur* Pariſiis *à* Franciſco REGNAULT *in Vico Sancti* JACOBI *ſub ſigno Divi* CLAUDII) Elephante etiam turrigero prænotata.

SIL. ITALIC. cum Comment. *Parrhiſiis ex ædibus* Nicolai DE PRATIS 1512. *impenſis honeſtiſſimorum virorum* Poncii PROBI *&* Franciſci REGNAULT *Bibliopolarum.* Et in fronte, *Veneunt ab honeſtiſſimo Bibliopolâ* Poncio PROBO *viâ divi* JACOBI *è regione* Mathurinorum *ad Lupi quadrupedis interſignium.* CICER. *Offic. Amic. Senect. Paradox.* cum Comm. in cujus Editionis fronte (nam Liber, quem aſpexi, fine erat mancus) *Venundatur apud* Poncetum LE PREUX *fidelem Bibliopolam in Vico divi* JACOBI *ad Interſignium poti ſtagnei.* Harum quatuor Editionum frontiſpicia rubricis decorantur. Notandum eſt etiam duplex *Ponceti* PROBI Interſignium. Præterea Inſigne, quod binis prioribus præfigitur, typographicum eſt Scutum litteris F. R. inſcriptum, quod hinc opilio, illinc caprarius, cum ſuis unà gregibus, ſuſtinent; ſubſcripto nomine FRANÇOIS REGNAULT, ambiente epigraphâ, *En Dieu eſt mon eſperance.* Alluſio forſan facta eſt inter vocem propriam REGNAULT & Hebræam רעה, quæ *paſtorem* ſignificat.

In binis poſterioribus, Scutum litteris P. P. inſcriptum Arbori appenſum, duobus utrinque quadrupedibus alatis Serpentibus id ſuſtentantibus, ſubſcriptóque nomimine PONSET LE PREUX.

CAILLE p. 82.] ,, *Poncet* LE PREUX, ,, qui s'eſt fait diſtinguer par la grande ,, quantité de Livres qu'il a fait imprimer, épou-

Nicolai de Pratis prælo uſus.

(a) Ante annum 1500. de *Græcæ* Typographiæ originibus, incrementis & præcipuis cultoribus diſſerui. Hic quo pacto quorúmque adjumentis deinceps, & ubi ignorabatur, inſtituta; & ubi jam innotuerat, propagata fuerit, diſquirendum reſtat.

*Lutetiæ*, in *Latinis* litteris Typographi multum profecerant, nec ullibi ferè in majorem excreverant numerum. *Græcæ* autem, dum in plurimis *Italiæ* locis, æquatâ cum ſumptibus diligentiâ, incredibili ſucceſſu jam diu colebantur, in illâ adhuc *Galliæ* Metropoli jacebant pauciſſimis Typographis ſatis intellectæ, & ab iis, quos harum aliquod ſpecimen dare oportebat ob loca ex Scriptoribus *Græcis* proferenda, tam malè effictæ, tam mendoſè diſpoſitæ, ut veſtigia magìs litterarum quàm litteræ, & conjectore priùs quàm lectore egerent; plerumque deſtitutæ ſuis proſodiis, accentibus ſcilicet & ſpiritibus; qui utcunque à nonnullis exploſi, non tantùm ex uſu eſſe, ſed cultûs etiam non parum vocibus addere mihi videntur.

Badium habemus anno (b) 1505. orantem, ut *Chalcographorum erratis præſertim in accentibus* Græcanicis *ob penuriam Characterum humaniter ignoſcatur*. Franciscus Tissardus anno (c) 1507. quo Librum *Græcè* edere parabat, difficulter voto potiri valuit; cùm *incuſſorum ſibi hoc munus*, *hanc provinciam aſſumere vellet nemo*, *nullus non id laboris ſubterfugeret*; *Characteres præterea* Græci *hactenus deeſſent*; *ad eorum quoque aliquot ſcalpendos, & poſtmodum liquefaciendos, & denique ad eos impreſſioni aptandos tradendóſque magnis (ut aiebant) ſumptibus opus eſſet*; *ad hæc ea non intelligere*, *ne legere quidem ejúſque inſolentes faterentur*. Idem (d) Tissardus affirmabat apud *Italos* id in dedecus *Pariſienſi* Academiæ verti, quòd *ei* Græcæ *deeſſent litteræ*.

(e) Franciscus Tissardus *Ambacæus* (cui quantum debeat ſuſcitatum *Græcæ* Linguæ ſtudium, mox exponam) litteris humanioribus ac Philoſophiâ *Pariſiis* primùm imbutus, deinde *Aureliâ*, quam

„ épouſa *Annette* Dupuy, & commença
„ à faire imprimer par *Jean* Barbier,
„ Dionysii Ciſtercienſis *in Sentent. &c.*
„ in folio en 1511. Marci Fabii
„ Quintiliani *Oratoriarum Inſtitutionum lib. XII.* in folio imprimé pour le
„ dit par *Pierre* Vidoüe en 1527. Il avoit pour marque un Loup qui emporte une Brebis, avec ce vers en Latin:

„ *Quicquid agas, ſapienter agas, & reſpice*
„ *finem.*

Habetur Epiſtola *Jod.* Badii *Aſcenſii* data *Ponceto* le Preux *Bibliopolæ optimo*; *litterarum amantiſſimo & inter amicos honeſto loco habendo*; præfixa Editioni Cicer. *Offic.* &c. *cum not.* 1509. *honeſti* Antonii Bonnemere *quàm maximâ induſtriâ*, *ſumptu liberaliſſimi* Ponceti le Preux.

(a) Vol. I. *Annal. Typog.* p. 46. 83. 146. 182. 183. 228. 229. &c.

(b) Quo *Laur.* Vall. not. in Nov. Teſt. impreſſit. Lege Chevill. p. 246. 247.

(c) Chevill. p. 250. 251.

(d) Chevill. p. 247. 248.

(e) Chevill. 247. 248. 249. 250.

(a) Ad

quam Juri diſcendo operam daturus petierat, diſcedere ob indomitam ibidem Scholarium licentiam coactus, in *Italiam* demum ſe recepit; trienniúmque in ſtudiis perficiendis poſuit. Magnos fecit profectus in Linguis perdiſcendis, ſub GUARINO *Veronenſi Ferrariæ*, PHILIPPO BERALDO *Bononiæ*, CALPHURNIO *Paduæ*; in *Hebræâ* præſertim audivit *Judæum Ferrarienſis* Synagogæ Sacerdotem, in *Græcâ* DEMETRIUM *Spartiatam*; tandem in Academiâ *Bononienſi* Juris utriusque, quod ſub JOANNE CAMPEIO Civile, Canonicum ſub ANTONIO *Burgenſi*, celebribus ibi Profeſſoribus, didicerat, Doctor creatus eſt. His litterariis opibus locupletatus remeavit *Lutetiam*; ubi nactus eſt patronos Principem FRANCISCUM VALESIUM & JOANNEM DE AURELIÂ Archiepiſcopum *Toloſanum*, amicos JOANNEM CAL'LUELLUM & FRANCISCUM MOLLINUM, Principis Conſiliarium illum, hunc Præceptorem, & JOANNEM MORELETUM LUDOVICI XII. Secretarium.

Sub horum auſpiciis & nominibus anno 1507. quatuor Libros *Græcè* publicavit; primum (βίβλον γνωμαγυρικὴν) pridie Idus *Auguſti* edidit Principi VALESIO & Archiepiſcopo *Toloſano* (a) dedicatum, cum paracleſi ad *Græcarum* litterarum ſtudium; (b) ſecundum (βατραχομυομαχίαν) 18. *Septemb.* Archiepiſcopo *Toloſano*; tertium (Ἡσιόδου ἔργα καὶ ἡμέρας) 28. *Octob.* JOANNI MORELETO; (c) quartum (χρυσολορᾶ ἐρωτήματα) 25. *Nov.* Archiepiſcopo *Toloſano*. Hi Libri *Græcè* (d) primi *Pariſiis* impreſſi ſunt. Hactenus magna fuerat penuria & grande pretium *Græcorum* Librorum, quos è *Venetiâ* ſtudioſi coemere ſolebant.

TIS-

(a) Ad finem Octaſtichon *Græcè Latinámque* ejusdem verſionem addidit; cujus quatuor verſus ſunt hi,

*Tu tamen ante alios ſalve, ô meus inclyte Princeps,*
Angoliſme, *chori ſignifer* Aonii &c.
*Sísque* Toloſanus *fautor, qui numina ſervas*
*Muſarum, & votis ambo favete meis.*

(b) Huic inter *Petrum* TISSARDUM & *Franciſcum* fratres Dialogus Hexaſtichos adſcribitur.

P. *En tibi ſummus honos, ſublimis gloria, laudes*
*Immenſæ, & patrium te petit omne decus,*
*Te duce, ſi* Gallis *palàm opuſcula* Græca *legantur,*
*Perdita ne patriæ littera ſit* Danaæ.
F. *Frater es, & fratris non parva ſuaſio; ſed quid?*
*Méque* Toloſanus *ſuſcitat & patriæ.*

(c) Cum hôc Epigrammate *Caroli* ROUSSEAU:

*Primus* Parrhiſiâ Graiæ *nova gloria Linguæ*
AMBACUS Argivum *concinit urbe melos:*
*Quo duce morales Sophiæ amplexabere leges.*
*Hoc igitur ſtabili pectore fige memor.*

(d) Quod liquet ex verbis his Epiſtolæ ad MORELETUM: ——— *Tum quòd* Parrhiſiis *primis* Græcis Galliarum *Characteribus impreſſum eſt.* &c. CHEVILL. p. 247.] „ On commença „ à

Tissardus nequa ſua in rem litterariam opera ceſſaret, introducto apud populares *Græcarum* Impreſſionum uſu, *Hebræas* etiam litteras typis effingendi *Pariſiis* primus author fuit; annóque 1508. Alphabetum & Grammaticam *Hebræam* cum *Græco* ad calcem Alphabeto & nonnullis Orationibus ac Hymnis *Græco-Latinis* aliíſque in ſtudioſorum manus emiſit. (a) Huic Libro præfixit Epiſtolam ad

„ à graver des poinçons, à frapper des „ matrices & à fondre des lettres *Grecques* „ à *Paris*, autant qu'il en falloit pour avoir „ des Editions entieres en cette Langue, „ l'année 1507. Ce fut *François* Tissard „ qui en prit le ſoin.

(a) Qui liber quoniam non cuivis eſt notus, & rariſſimè occurrit, viſum eſt ex Epiſtolâ, Dialogo & Compendio ea excerpere, quæ ad præſens inſtitutum pertinent, confirmántque, quicquid modò de Tissardo tradidi.

[ Ex Epiſtolâ.] ——— *Nuperrimè viſus es jubere, uti hôc primo tuo ad* Parrhiſios *acceſſu aliquid (quod tuo nomini aſcriberetur) ex Officinâ noſtrâ foras exiret.* ——— *At verò nihil, quod dignum foret, apparebat: ni tandem* Biblia Hebraïca *præ oculis ſeſe ipſa fortè cellulâ in Bibliothecariâ antea reconditam obtuliſſet.* ——— *extempore venit in mentem, jam ad illam tam antiquam (quæ nobis diu præcluſa fuit) paginam aperire. Et ita demum ſicuti ad* Græcam *&* *cætera id genus* Græca *Volumina tramites in divinum tuum honorem hactenus in hâc inclytâ* Parrhiſiorum *Academiâ demonſtravimus; nunc verò itidem ad* Hebraïca *pateant neceſſum eſt: adeò ut illas tris Linguas, ut pote vel* Latina *cum* Græcis *vel* Græca *cum* Hebraïcis, *conjungere, vel illa omnia in unum liceat convenire. Ea propter elementa in primis tradere, eorúmque, quàm commodiùs potui, pronunciationes explicare; nec-non Grammaticam ſubinde pauciſſimis nec eis quidem difficilibus enodare inſtitui. Quibus Dialogum ſanè ac breve de* Judæorum *ritibus Compendium, veluti præludia his primis rudimentis, præponere non indignum fore exiſtimavi.*

Ex Dialogo] Sic Phronimus ad Prothymopatrin. *Quid memorare opus eſt, quo patriam Rege donâſti?* ——— *cui & conjugem æquatæ dotis dicâſti.* ——— *Quid eorum ſobolem* ——— *quæ tanto Principi* Valesiorum *Duci atque* Angoliſmorum *Comiti pacta eſt* ——— Ganeium *in ſupremâ Juſtitiæ ſede, &* Prattum *in ſubſellio continuo ſubſequente collocâſti.* ——— Georgium Ambosium *Cardinalem ac* Rhotomagi *Archiepiſcopum* ——— *hujus nepotem* Ludovicum Ambosium Albiaci *Epiſcopum advocâſti* ——— Ludovicum Insulanum Belvacorum *Epiſcopum* ——— Brissonetum Ludoven. *Epiſcopum* ——— Jacobum Fabrum ——— *curâſti ſemper ut ſint qui patriam litteris ornent.* ——— *Agedum, ô* Prothymopatris, *quod cœpiſti, perage.* ——— PROTHYM. *Jam teneo. Vis & alia* Græcorum *Volumina jamjam impreſſioni commendari, & palàm protinus optas edi.* PHRON. *Optóne? atqui vehementer deſidero, ô* Prothymopâtris. *Sed ad hæc quid* Hebraïcum *velim; ut ita demum tris attigerimus Linguas.* ——— PROTHYM. *Qui poteſt hoc fieri, ô* Phronime? *cùm non qui tradat ſolùm, verùm etiam qui edat, deſit. Non ſunt characteres, non litteræ, & denique neque litterati* ——— PHRON. —— *Num & probè is (quem* Franciſcum Tissardum Ambacæum *aiunt) hujusce provinciam ſumet?* — PROTHYM. —— *at gravioribus ac magis arduis jugiter invigilat.* PHRON. *Quibus? Princépsne* Angoliſmorum *ejus Dominus jam ex* Parrhiſiis *in domum ſuam evocavit?* PROTHYM. ——— *Nondum, ô* Phronime; *ſed juribus nunc is ſedulò vacat.* ——— *Rem intelligas velim. Ab ineunte ætate eum inprimis amavi* ——— *Egi itaque ad* Parrhiſios *primùm ex* Ambacis *eum comitatus, ubi & Litteris humanis & dialecticis inſudavit; deinde* Aureliam, *ubi Pontificum inſtitutis ſimul ac Imperatorum imbui eum contendebam. Sed ubi primùm eum, quas voluptates* Aurelianas *(ludum pilæ, tripudia, convivia & comeſſa-*

ad FRANCISCUM VALESIUM; & Dialogum inter PROTHYMO-

meſſationes frequentes) priùs ad ea tempora deſpexerat, ſubolſacere intellexi, continuò ad tertium (ſi memini) Septembrem agentem illic vitam abigere cœpi —— illinc protinus in oras Italiæ tranſalpinas eum tranſvolare ſuſcitavi. Quem Ferrariæ ſub GUARINO Veronenſi ne dixerim Philippi BEROALDI pace (quem ipſe quoque nonnunquam poſtea in Bononienſi Auditorio ſucciſivis horis auſcultaret perſuaſi) nec non & CALPHURNII Patavii publicè tum humanitatis artem in dicendo quàm maximè profitentis, & cæterorum aliorum virorum diſertorum eloquentiſſimo annum militare, mihi in animo ſedit, juxtà Græca cum Latinis conjungere. Eum enim DEMETRIO Spartiati Helenæ quidem civi & viro tum doctiſſimo tum diſertiſſimo facilè commiſi. Poſtremò Jura ſubinde proſequeretur & Pontificia & Cæſarea inſtitui, ubi his diſciplinis triennium degit. Qui ſimulac demum Ferrarienſe Gymnaſium peſtem labefactare cerneret, Felſineum verò (cui Bononia nomen eſt) præ cæteris quibúſque optimis florere audiret, illuc protinus ſeſe contulit. —— ibi —— Jus Canonicum profitebatur —— Antonius SOLLERIUS. Is Franciſci familiaris erat & quondam Bononiæ condiſcipulus; quandoquidem eum in Gallias proficiſci, ut Gallis aliquid eruditionis traderet, interprete Franciſco (quo utebatur familiariter) perſuaſi —— Franciſcus, ubi Bononiam pervenit —— in Jure Civili ſub Joanne CAMPEIO Bononiæ palàm ab annis quadraginta profitente, at in Jure Canonico ſub Antonio BURGO Hiſpano, viris quidem ne dixerim cæteris propè omnibus Italiæ Jureperitis ſcientiâ ac doctrinâ præſtantiſſimis fortiter ac ſtrenuè meruit; bravium conſecutus eſt: & illinc demum in Gallias reportavit triumphum, laureâ coronatus utrâque doctoreâ. —— Illi ſuum partiebar ſtudium, & temporibus accommodabam. Ubi enim lectiones inſtituiſſem illi & matutinas & pomeridianas —— quod ſupererat temporis ſtrenuè humanitati applicandum exiſtimabam. —— Jureperiti multi, quibus uti Gallia poſſit perfacile: ii verò pauci, qui & Græcas & Hebræas litteras docere queant. Non ergo eas deperire ſinendum eſt. —— PHRON. Ambacæum illum convenias operæ pretium eſt. Adi; alloquere; perſuade; exora. —— PROTHYM. Bene habet. Ad eum jam me conferam. Et quin perſuadeam, non ambigo. —— Veruntamen is ſi forte difficilem præſtet, amicos invocabo ad ſuppetias. —— Duos ejus amicos perquam familiares Bononiæ jam dudum novi & doctiſſimos & diſertiſſimos, Auguſtinum GRIMALDUM Gracenſem, MARTINUM Dolenſem Epiſcopum. — At hos miſſos faciamus; hinc etenim abſunt. Sed quidſi Joannem PIVUM virum quidem tum litteraliſſimum tum diſertiſſimum implorem? Illum enim vehementer amat. Habeo & aliam perſuadendi viam. Enimvero cum duobus illuſtriſſimi Angoliſmorum Principis illi conſuetudo eſt non parva, quin amicitia profectò intima. Quos, alterum (cui Johannes CALLUELUS nomen eſt) Parrhiſiis ad tempus pro re ejuſdem Principis ac conſilio degentem, alterum (cujus Franciſcus MOLLINUS nomen eſt) Principem bonis litteris imbuentem, ſuſcitabo, ſi opus eſt.

Ex Compendio ad Principem VALESIUM] —— Græcas jam dudum litteras, quarum primitias noſtras habes, me primum apud Gallos palàm impreſſioni tradidiſſe; núncque apud Parrhiſios vulgatas haberi; eóque nec in illis animum ſiſtere duxi. —— Litteræ quoque Hebraïcæ mentem ſubiere: quibus neminem hactenus gentium manum appoſuiſſe in his ſaltem Gallicanis oris habeo exploratum —— Vetus Teſtamentum Hebræum cum Latino ac Græco ſi libet (viam enim, quæ antea præcluſa erat nobis, jam in Græcis patentem reddidimus) conferre Theologiam profitentibus non erit inutile. —— Quocirca hæc ubi in mentem ſubiere, aliqua protinus primordia ab elementis facere, & deinde rudimenta, utpote compendioſam ac ſuccinctam Grammaticam tradere inſtitui. —— utì Hebraïca Lingua, diu licèt intermortua, exſuſcitetur nonnunquam; ut Judæis eâ Linguâ utentibus à Gallis jam diu pulſis fugatiſque —— apud nos vel ſpolia veluti trophea remaneant ad ſtudioſorum virorum armaria triumphanter appenſa, — Nam cùm ex Galliâ profugarentur; Libros ſecum exportaverunt. —— Ferrariæ Penta-

MOPATRIN PHRONIMÚMque ; ac de *Judæorum* ritibus Compendium.

Poſt FRANCISCUM TISSARDUM, cujus (a) nulla ulterior anno 1508. mihi occurrit mentio, ad excolendum promovendúmque *Græcæ* disciplinæ ſtudium animum appulit (b) HIERONYMUS

*tateuchon ductili calamo eleganter latis quidem ac ſpatioſis characteribus à centum annis citrà* Parrhiſiis *in grandi proceróque Volumine ſcriptum in eorum Templo ac Synagogâ ornatiſſimè repoſitum vidi.* —— *Enimvero eorum Synagogam adire, quòd Præceptor meus ejus magnus Sacerdos erat ludique litterarii eorum Magiſter, Ritus ſpectare, Cantica audire, Myſteria cernere avidè cupiebam.* —— *Sacerdote pingui ſatìs ſtipendio ac mercede pellecto utebar ut Præceptore familiariter.* —— *Planè utì apud* Hebræos *ſit legendum, tradere mihi viſum fuit imprimis neceſſarium, eóque elementa prætexere, & ſubinde eorum pronunciationes annectere. Ad praxim cujus aſſequendam, Orationem Domini* Hebraïcis *unà cum aliis pauculis ac ejus Genitricis genealogiâ ſubtexere in animo duxi: poſtremò compendiosè ſuccinctéque ad eorundem Grammaticam divertere.*

TISSARDUS in illo *Hebraïcorum* Rudimentorum Libro ALDI meminit. —— *Circa horum omnium elementorum prolationem, rationem pronuntiandi, quam in quibusdam* ALDI MANUTII *viri quidem tum doctiſſimi tum magnificentiſſimi (qualem eum* Venetiis *novi, & ſuis ſcriptis percepi)* (1) *annotatiunculis comperi* &c. —— Scribit ibidem ſe *lectionibus jam diu palàm interpretatum* CHRYSOLORÆ *Grammaticam.* Ibidem memorat (2) *Biblia calamo* ESDRÆ *pulcherrimo quidem ac optimo charactere conſcripta, &* Bononiæ *in Sacrario Ædis Divi* DOMINICI *recondita. Quod quidem Opus ſæpenumero vidi, nam mihi nonnunquam committebatur: neque id tamen cum parvâ ſolemnitate. Quóque ſæpius videbam, eò magìs admirabar. Enimvero viri ſanctitatem, religionem, excellentiam contemplabar, ejus prophetias ceu vatis venerabar, ſcripturam tam elegantem tam inſignem ac immaculatam laudabam nullâ nec tineâ nec labe viciatam. Quid mundius dicam? quid incorruptius? quid denique perfectius? Incudem profectò noviſſimè diceres exire, quod ex tot annis ab eo veluti futura intuente, eáque ſingula depingente adjectis punctis fuerit conſcripta. Quod longè profectò à Divi* THOMÆ *ſcriptis alienum eſt cenſendum. Cujus, quanquam is Fidei ſit Columna, Libelli tamen aliqui proprio calamo ſcripti (quos in Æde Divi* FRANCISCI Bergomi *magnificè repoſitos auctoritate antiſtitum vidi) ſunt vetuſtate penè aut papyri fragilitate corroſi & difficultate ſcripturæ haud lectu faciles, cùm teredinoſam ob antiquitatem, tum quòd neque literas veluti obletas mundè ducebat, neque debito eas modo debitâve ratione effigiabat. Sed quod fidem hominum atque memoriam ſuperabat, ea* ESDRA *non vitulinis in pellibus ſed corio (cujusmodi cothurnos hâc tempeſtate roſaceos cerdones efficiunt) in voluminis modum obtorto involutóque ceu depicta infrà cernitur ſervatúrque ſicuti theſaurus divarum reliquiarum ſacratiſſimus religiosè, atque obſervanter ad refellendos* Hebræorum *errores, ſiquando aut impreſſione ſuâ aut ſcripturâ labefactare corrumperéve contenderint. Quandoquidem, ſi niſi fuerint viciare, errores ab eorundem auctore perfacilè venient reprimendi.*

Hanc ſpero Lectori non ingratam fore de TISSARDO digreſſionem, ſi digreſſio vocanda ſit, quæ ad primum *Græcæ* & *Hebrææ* impreſſionis Authorem ſpectat, ideóque ad meorum Annalium inſtitutum non poteſt non proximè pertinere.

(a) CHEVILL. p. 251.
(b) Idem p. 251, 252, 253, 254.

(a) ERASM.

(1) Lege ALDI perbrevem ad *Hebraïcam* Linguam Introductionem, quam ad calcem CONSTANT. LASCARIS *Græc. Gram.* adtexuit.

(2) Clariſſ. *Jac.* LE LONG Codicem hunc habet inter ſuppoſitos ſeu non tantæ antiquitatis, quantam illis tribuunt quidam Scriptores. Lege *Biblioth. Sacr.* Vol. I. p. 62. 63.

MUS ALEANDER Mottenſis, (a) *trium Linguarum ſatìs peritus*, (b) *humanus & ſuaviſſimis vir moribus*, Papæ (c) pòſt Bibliothecarius, deinde (d) Archiepiſcopus *Brunduſinus*, (e) Nuncius Apoſtolicus, (f) in *Germaniâ* adversùs LUTHERUM, & in *Galliâ* apud FRANCISCUM I. (quîcum in prœlio captus eſt) demum à CLEMENTE VII. Cardinalis creatus. (g) ALEANDER in Virorum, qui *Venetiis* apud ALDUM conveniebant, Academiâ clarus, ERASMO olim in ALDI ædibus diverſanti, & anno 1508. ſuum *Adagiorum* Opus augere cogitanti (h) APOSTOLII *Proverbiorum* copiam fecerat; eidémque in illo Opere illuſtrando ſuam aliquando operam (quod (i) ERASMUS ipſe non inficiatur) præſtiterat.

(k) ALEANDRUM *Italiâ* LUDOVICUS XII. evocaverat *Lutetiam*, (l) annuâ quingentorum aureorum coronatorum penſione donatum, & ((m) antequam annum à gradu Doctoris in Artibus ſuscepto exegiſſet) anno 1512. ad *Lombardorum* Collegii Recturam promotum. *Pariſiis* (n) publicè Prælectiones *Græcas* in PLATONEM, GAZAM alióſque, horis matutinis, *Latinas* in CICERONEM pomeridianis habebat in magnâ (o) eruditorum & nobilium viro-

(a) ERASM. in Epiſtol. ad *Jodoc.* JONAM ann. 1520. pag. 592.

(b) Et pag. 636. MARLIAN. ad ERASM. ann. 1521.

(c) CHEVILL. p. 253.

(d) Ad quem ERASMUS dedit Epiſtol. ann. 1524. pag. 810.

(e) ERASM. Epiſtol. ad MONTJOI. ann. 1521. pag. 681. ERASMUS vocat hunc, *hominem apprime doctum*, *ſibique vetere ac jucundiſſimâ neceſſitudine conjunctum*, eundem tamen *ipſius famâ*, *tametſi diſſimularet*, *uri* ſcribit in Epiſtol. ad VLATTEN. ann. 1525. pag. 1705. Eum anno 1517. fuiſſe Eccleſiæ *Leodienſis* Canonicum, Cancellarium Antiſtitis *Leodienſis*, & Præpoſitum apud Divum *Petrum* anno 1517. diſcimus ex Epiſtolâ *Andreæ* HOECHSTRATENSIS ad ERASM. Epiſtol. p. 1590.

(f) CHEVILL. p. 253.

(g) CHEVILL. p. 254.

(h) Lege ERASM. *Chiliad.* ad Titul. *Feſtina lentè.*

(i) Et ad Titul. *In ſtupidos: ranâ gyrinâ ſapientior.*

(k) CHEVILL. p. 251. 252.

(l) Id. p. 253.

(m) CHEVILL. p. 253.] *Mox contra legem Annarium*, (dit BADE), *in hâc Urbe obſervatum, quod paucis conceſſum videmus, nullâ ambitione, nullo diſſidio, nullâ armorum vi, ut plerumque aliàs accidit, ſed ſummis votis, omnibus punctis, plenis ſuffragiis, plauſibilibúsque acclamationibus, ad illuſtriſſimam* Pariſienſis *Academiæ Recturam ſis accitus, ſummum & maximè expetitum, maximéque venerandum Magiſtratum.*

(n) CHEVILL. p. 251. & 252.] „Voici „ comme en parle *Joſſe* BADE dans l'Epî„ tre dédicatoire du PLUTARQUE Latin „ qu'il lui dédia l'année 1514. *Tu magni no„ minis & magnæ dignationis, & cujuslibet „ profeſſionis viros innumero numero ad Sub„ ſellia tua*, Orpheiâ *quadam, &* Amphio„ nicâ *felicitate & gloriâ, devocaſti; to„ támque ferè quamvìs populoſiſſimam* Pari„ ſinam *Academiam ex tuo narrantis ore „ ſuſpenſam detinuiſti.*

(o) Id. p. 252.] „ Le célèbre VATA„ BLE étoit auſſi de ſes Ecoliers. Il aida „ ſon Maître dans la ſeconde Edition qu'il „ entreprit de la Grammaire de CHRY„ SOLORAS. Car étant tombé malade „ en 1511. VATABLE prit ſoin de l'Im„ preſſion, & mit une Préface au Livre; „ où il dit, que les Lettres Grecques, qui „ avoient demeuré dans l'obſcurité à *Paris*, „ y étoient devenues en honneur par les „ Leçons

virorum frequentiâ, qui (a) undecunque ad eum audiendum confluebant. *Pariſiis* poſtea peſtilentiâ ſæviente (b) *Aureliam* profectus *Græcas* ibi litteras profitebatur.

Diu in Tissardi & Aleandri notitiâ hæſi; nec immeritò: par enim erat nôſſe, per quos *Græci* & *Hebraïci* apud *Gallos* primùm innotuerunt, in Libris imprimendis, characteres. Nunc dicendum eſt, quis Typographus (c) *Græcè* & *Latinè* doctus, illos primùm characteres typis ibi hactenus ignotis expreſſit.

Is fuit Ægidius Gourmontius, qui anno 1507. quatuor Libros antè memoratos, & anno (d) 1508. Grammaticam *Hebræam* cum *Græco* Alphabeto torculari typographico ſubjecit: Huic

,, Leçons d'Aleandre. *Cum* Hieron.
,, Aleander, *vir quidem omnibus doc-*
,, *trinæ numeris & morum integritate cu-*
,, *mulatiſſimus, & Præceptor mihi ſemper*
,, *obſervandus, quem nemo ſatìs unquam*
,, *laudaverit, in* Galliam *ſeſe contulit;*
,, *quam nunc ſuis doctiſſimis, cùm privatis*
,, *tum publicis, utriusque Linguæ prælectioni-*
,, *bus reddere curat illuſtriorem, hòc vel*
,, *anno maximè ſtudioſos, quibus ſplendida*
,, *non arridet fortuna, juvare voluit; quòd*
,, *Libellos Græcos, quorum maxima nos alio-*
,, *qui urgeret penuria, typis excudendos ten-*
,, *taverit, tali profectò in his uſus ſedulitate,*
,, *ut poſthac poſſit* Gallia *noſtra bonas Literas*
,, Italiæ *non invidere.* Cette même année
,, un Savant nommé *Michel* Humelber-
,, ge entreprit de travailler ſur l'Ausone,
,, qu'il fit imprimer *in* 4 par *Joſſe* Bade, a-
,, près l'avoir revû & corrigé ſur pluſieurs
,, Manuſcrits, il avoüa qu'il reſtoit encore
,, dans ce Poëte pluſieurs endroits obſcurs,
,, qui avoient bien beſoin d'être éclaircis &
,, expliquez par quelque homme. Alean-
,, dre promit de le faire publiquement
,, dans ſes Leçons: *Non inficiamur non*
,, *pauca in omnibus* Ausonii *Codicibus*
,, *menda inveniri magno digna vindice: quæ*
,, Hieron. Aleander *vir omni laudum*
,, *Præfatione major, dum hæc imprimeren-*
,, *tur, alibi occupatus, ſibi in publico reſer-*
,, *vat auditorio diſcutienda.* Christophe de
,, Brillac Evêque d'*Orleans*, & enſuite
,, Archevêque de *Tours*, lui donna ſon ne-
,, veu *Claude de* Brillac pour l'inſtruire
,, dans les Sciences & dans les Langues.
,, Il y avoit déja deux ans qu'il étoit
,, ſon Précepteur, quand il fit imprimer le
,, *Gnomologia* de 1512. Il dédia cette Edi-
,, tion à cet Ecolier.

(a) Id. p. 252.] ,, On venoit d'*Allemagne*
,, pour l'entendre, & l'Electeur Palatin
,, lui envoya ſon frere Volfgang de
,, Baviere, qui ne manquoit pas une
,, de ſes Leçons, non-plus que *Jacques*
,, Simler Précepteur de ce Prince. Ce
,, fut à cet illuſte Ecolier qu'Aleandre
,, dédia le *Lexicon* de 1512. que ſix de ſes
,, Diſciples firent imprimer, le Maître
,, voyant ſeulement les dernieres Epreuves.
,, Il dit, dans l'Epître dédicatoire, que ce
,, Prince lui faiſoit l'honneur de le viſiter
,, ſouvent, & qu'il prenoit bien la peine
,, de frapper lui-même à ſa porte.

(b) Id. p. 253.] ,, La Peſte faiſant de
,, grands ravages à *Paris*, il ſ'en alla à
,, *Orleans* continuer ſes Leçons Grecques.
,, Alors un de ſes Amis, avec qui il avoit
,, demeuré à *Padouë*, lui dédia l'Impreſ-
,, ſion des Idylles de Theocrite avec
,, ce Titre: Hieronymo Aleandro
,, Mottenſi, *trium Linguarum doctiſſimo*,
,, *Græcas* Aureliæ *Literas profitenti*, Celsus
,, Hugo Dissutus Cavillonus Cel-
,, ta, *earumdem, nec non Hebraïcarum apud*
,, Parrhiſios *interpres S.*

(c) Caille p. 80.

(d) Ut Lector poëſeos illis temporibus adhuc ſatìs impolitæ aliquod ſpecimen habeat, hìc bina adjiciam Corderii & Tissardi Epigrammata.

Huic ſubſcripſit hæc verba : *Operoſo huic Opuſculo extremam impoſuit manum* ÆGIDIUS GOURMONTIUS *integerrimus ac fideliſſimus primus, duce* FRANCISCO TISSARDO Ambacæo, *Græcarum & Hebræarum litterarum* Parrhiſiis *Impreſſor. Anno à nativitate Domini* MCCCCCVIII. *Quarto Calen. Februa.* & fronti adſcripſit : *Venales reperiuntur in vico Sancti* JOANNIS Lateranenſis *è regione* Cameracenſis *Collegii apud* EGIDIUM GOURMONT *diligentiſſimum & fideliſſimum Bibliopolam.* Ad finem Abbreviationum Græcarum leguntur hæc : *Erratula ſi fortè nonnulla inter legendum offendantur, aut litterarum ſuperantium, aut aliarum vice poſitarum, aut deficientium , atramento tenaci & veluti piceo Impreſſorum incuriâ extractarum , Lectores velim exoratos æquo animo ferant, haud mihi quicquam horum aſcribentes. Reliqua verò ſiquidem ſuperflua , benevolè expungant. Quæ verò deeſſe videbuntur , haud*

,, *Ad Dominum*
,, TISSARDUM Ambaceum
,, *Juris utriuſque Doctorem , Græcæ Hebraïcæ & Latinæ trium Linguarum*
,, *callentiſſimum*
,, PETRI CORDERII Parrhiſini
,, *σχέδιον & expromptuarium ἀυοδικάςικον.*

,, *Gallia*, te ſolo, *Demoſthenis* , atque *Joſephi*,
,, Et ſimul *Andini* verba *Maronis* habet.
,, Græca tibi jam ſunt communia , & ora *Joſephi*
,, Calles : *Vergilii* verba canora gerens.
,, Nempe triſulca tibi Lingua eſt , quà trinus haberis ,
,, Tres quia ſub ſolo pectore condis avos.
,, Id ſupereſt quo fama tibi eſt præſtantior illis :
,, Doctores , & Juris dogmata ſacra capis.
,, Hinc tua ſcripta docent , quantum tibi *Galla* Juventus
,, Debeat ; hâc cauſâ gloria ſumma tibi eſt.
,, Quare agedum optatis avibus tua ſcripta manebunt
,, Fixa diu tenero Principis ore. Vale.

,, *Parrhiſiis* Pridie Idus *Januarias.* 1508.

,, *Ad præſtantem ac eximium*
,, *Decretorum Doctorem* Parrhiſium
,, PETRUM CORDERIUM ,
,, *cùm variâ ac multiplici litterarum eruditione ac doctrinâ tum omnigenâ & virtutis & laudis decore ornatiſſimum Amœbæum Epigramma.*

,, Non *Demoſthenæus* , vel non (ut ais) *Maro*, nec ſum
,, Nec *Joſephus* ero : falleris, unde cave.
,, Invigil (eſto) fui his ac juribus , ergo ſupremos
,, Sic referam , aut (ut ais) jura tenere putem ?
,, Sed tibi cum placeant hæc, laudas : quíque ſequuntur
,, Par ſtudium , aſſeclas tollis ad aſtra viros.
,, Namque humana ferunt ſtudia hæc primoribus annis
,, Te cepiſſe , hilaréſque hos tenuiſſe jocos :
,, Et legiſſe palam. At non his contentus abire
,, Ad majora animus, ſic tibi cura, fuit.
,, Juribus indulſiſſe vacat , quòd lector in almis
,, Ad ſacra *Parrhiſiis* jura ſtatutus eras.
,, Perpetua hinc conceſſa tibi eſt (ſcio) laurea Juris.
,, Ipſe equidem vidi teſtis, adeſſe juvat.
,, Quid plura ? ad praxim tandem ventum eſt, quod & ore
,, Ingenióque vales, iſte Senatus habet.
,, Non igitur memorem ulterius , ſed præbeat opto
,, *Gallia* pro meritis munera grata tuis.

,, Idibus *Januariis.*

Ora-

*haud indignanter addant ac ſuppleant.* Aliquando tamen in GOURMONTII Editionibus (a) erratorum Indicem invenimus.

GOURMONTIUS Editionibus (b) ſua gentilitia ſæpius Inſignia ad (c) initium aut ad (d) finem aut (e) utrobique appendebat; aliquando cum his Epigraphis Gallicè (f) *Toſt ou tard, près ou loing, A le fort du foible beſoing*, aut (g) Græcè, (h) *ἀγαθὴ καὶ μάζα μετ᾽ ἄρτον*, (i) *σπεῦδε βραδέως*, (k) *νοῦ, καὶ τότε πράττε*, (l) *Ἀγαμεμνόνεια φρέατα*; (m) vel (n) *σὺν ταῖς μούσαις*, (o) *σὺν Ἀθηνᾷ καὶ χεῖρα κίνει*, (p) *τέχνη τύχην ἔστερξε καὶ τύχη τέχνην*. Scuto Inſignium ſuorum ſubſcribebat ſuum nomen [(q) GILLES DE GOURMONT, vel (r) EGIDIUS GORMONTIUS.] Pro (s) Inſigni typographico etiam utebatur (t) tribus Coronis *Colonienſibus*, nonnunquam cum hôc textu ex (u) ſacrâ paginâ, (x) Hebraïcè & Græcè:

נער הייתי גם זקנתי
ולא ראיתי צדיק נעזב
וזרעו מבקש לחם:

*Νεώτερος ἐγενόμην, καὶ γὰρ ἐγήρασα·*
*Καὶ οὐκ εἶδον δίκαιον ἐγκαταλελειμμένον,*
*Οὐδὲ τὸ σπέρμα αὐτοῦ ζητοῦν ἄρτους.*

(a) Nul-

Orationem quoque ſolutam metricâ politiorem non fuiſſe ex locis ſuprà allatis conſtat. Sed aliud eſt Linguam intelligere, aliud eadem uti; optimus ille eſt & rarus, qui utrumque callet.

(a) Vide ERASMI *Moriam*; CHÆREDAMI *Alphabet. Ling. Sanct.* &c.

(b) Scutum argenteum tribus roſis centricis, ſubjectâ Lunâ falcatâ, inſcriptum; Scuto additi telamones, Cervi duo coronati & alati; impoſita galea cum Angelo, cujus dextra ſupra caput extenſa armatur gladio, ſiniſtra parmam pectori oppoſitam gerit.

(c) *Heb. Gramm.* 1508.

(d) SABELLIC. *Orat.* 1509.

(e) ARISTOPH. 1528.

(f) HOM. *Iliad.* α. β. 1523.

(g) *Hebr. Gramm.* 1508.

(h) ZENOB. *Proverb.* *ἐπὶ τῶν τὰ δευτερεῖα τισι διδόντων.*

(i) De hôc Adagio ſæpe priùs.

(k) Cogitationem actioni præire oportet.

(l) ZENOB. *Proverb.* *ἐπὶ τῶν μεγάλων ἔργων.*

(m) *Encom. Moriæ*, ſinè anno.

(n) *Cum Muſis*, formula bene ominandi. Lege ERASM. *Adag.* ſub Titul. *Ominandi.*

(o) SUID. *ἐπὶ τοῦ μὴ χρῆναι ἐπὶ ταῖς τῶν θεῶν ἐλπίσι καθημένους ἀργεῖν.*

(p) Legere oportet *ἔστερξε*. Inter metrica Proverbia, *τέχνη τέχνην ἔστερξε, καὶ τύχη τύχην.* vel invertendo, *τέχνη τύχην ἔστερξε, καὶ τέχνην τύχη.* Conſule SCHOTTI Editionem *Proverb. Græc.*

(q) *Hebr. Gramm.* 1508.

(r) ARISTOPH. 1528.

(s) ARISTOPH. 1528.

(t) Subſcribebat ergo aliquando *Sub Scuto Colonienſi* (Alphabet. Ling. Sanct. 1532) aut *ſub inſigni trium Coronarum* Colonienſium (Lexic. Gr. 1523.) *in viâ Jacobæâ.*

(u) Pſalm. XXXVII. 25.

(x) ARISTOPH. 1528.

(a) Pla-

(a) Nullum aliquando Inſigne & nullam epigrapham adhibuit.

*Græcos* GOURMONTIO characteres duplicis fuiſſe formæ, utì & *Hebraïcos*, (b) majoris primum, deinde etiam (c) minoris, obſervo. Libros aliquot ab eo excuſos vidi anni indicio deſtitutos quales (d) GEORGII Trapezantii *Artem Rhetoricam*, (e) ERASMI *Moriam*, (f) *Alphabetum Hebraïcum & Græcum*, (g) CHRYSOLORÆ *Grammaticam*.

Inter eruditos, quorum auxilium in difficili illâ *Græcarum* Editionum curâ expertus eſt GOURMONTIUS, viros non prætereundi ſunt MELCHIOR VOLMARIUS *Erythropolitanus*, & JOANNES

(a) PLATON. *Cratyl.* 1527.

(b) *Hebr. Gramm.* & *Alphab. Græc.* 1508. GAZ. *Gramm.* 1518. CHRYSOLOR. *Gramm.* 1525. ARISTOPH. 1528.

(c) *Alphabet. Ling. Sanct.* 2532. HOMER. *Iliad.* α. β. 1523. PLATON. *Cratyl.* 1527. *Lexic.* 1523.

(d) Nunc primùm in *Gallia* impreſſum fuiſſe docet Libri titulus. In eâ Editione multa paſſim ex Græcis Scriptoribus loca Græcè citata reperio, quorum longè plura accentibus deſtituuntur, unde conjicio fuiſſe priorem ann 1507. & 1508. Accentus enim poſtea nunquam ab eo neglectos comperio.

(e) In eâ accentus Græci, quoties opus eſt, adnotantur; & character proximè accedit ad eum, quo uſus eſt anno 1508.

(f) Eodem forſan tempore, quo *Gramm. Hebr.* & *Alphabet. Gr.* 1508. Eadem eſt utrobique errata excuſandi formula, quam prius attuli.

(g) Græco charactere minore excuſa prodiit & longè quàm antea emendatior. Antea prodierat anno 1507. (CHEVILL. p. 250.) CHEVILLERIUS (p. 251.) CHRYSOLORÆ Editionem ſecundam anno 1511. memorat; illius autem, quam modò citavi, poſterioris exemplar nullibi annum indicat.

GOURMONTIUS (in Libris quos adhuc contigit mihi conſulere) Ciphras paginis primùm anno 1512. (Vide *Lexic. Gr. Lat.* 1512) affixit, quas tamen poſtea ſæpe (ARISTOPH. 1523. PLATON. *Cratyl.* 1527. &c.) neglexit. Signaturas ſemper adhibuit, Reclamantes ann. 1527. (PLATON. *Cratyl.*) at nullas in quibusdam poſterioribus (*Alphabet. Ling. Sanct.* 1512) Virgulâ diſtinctionis notâ ante ann. 1512 (*Lexic. Græc.* 1512.) vix aut raró uſus eſt, quæ cum in Epiſtolâ CHRYSOLOR. *Grammat.* ſinè anno præfixâ occurrat, illius Grammaticæ Editio anno 1512. priorem non fuiſſe arbitror. In primis illius virgulæ locum ſupplebat transverſa inter voces lineola, quæ in vetuſtioribus Libris frequens invenitur.

*Alphabeto Hebraïco* & *Græco* (ſine anni notâ) adtexuit aliquot verſus, quibus emptores invitantur; quod in Libris primævis fieri (*Annal. Typogr.* Vol. I. p. 193.) animadverti.

PETRI ANTO. CAGIANIGI ᾠδή.

Ære qui Græcus cupit eſſe parvo,
Hunc emat parvum properè Libellum,
Græca nam noſtris elementa ſervat
Mixta figuris.

PAULINI CARNEVALI ἑξάστιχον *ad Juvenes.*

Ingenui Juvenes, quorum acceptabile virtus
*Delphica* vult duplici cingere fronde caput,
Currite, nam Græci refluunt ad noſtra liquores
Flumina, quæ mixtis mixta fuere vadis:
Parvo petit: nummos vult: non vult quinque trientes:
Ut faciat lucri Bibliopola parum.

JO. FRANCISCI CRUCI. ἐνδεκασύλλαβοι.

Quisquis Græculus eſſe vult: & optat
Ferre in pectore Græca cum Latinis:
Hunc hunc (ſi ſapit) hunc emat Libellum.

(a) Lege

NES præcipuè CHÆREDAMUS. VOLMARIUS (a) *operam ſuam honeſto viro* EGIDIO GORMUNTIO, *inter Chalcographos hujus Civitatis longè diligentiſſimo & primi nominis*, *aliquot dies addixit*, *curavítque*, *ut duæ primæ* HOMERI Iliados *Rhapſodiæ*, *ad quas enarrandas* P. ROSSETUS *accinctus erat*, *collatis aliquot Exemplaribus in manus eorum*, *qui in hôc Authore operam* ROSSETO *daturi erant*, *quàm emendatiſſimè exirent.* Idem porrò ſub GORMONTII prælo edidit CHRYSOLORÆ *Grammaticam*, (b) collato Exemplari, quod ei PETRUS DANESIUS dederat. Hìc obiter VOLMARII (c) cenſuram de Latinâ CONSTANTINI LASCARIS verſione (apud ALDUM excuſâ) adjicere viſum eſt. —— *Quòd ſi* LASCARIM *objicias*, *tantum effecit è regione Græci Sermonis vulgaris & ad verbum*, *penè dixerim*, *inepta tralatio iſta*, *ut huic adhærentes Lectorem pariter & Authorem cum magno ipſorum diſpendio auditores faſtidiant.*

GOURMONTIUS anno 1512. HIERONYMI (d) ALEANDRI curâ adjutus *Lexicon Græco-Latinum* (quod anno 1497. ALDUS ediderat) recudit, at valde auctum & locupletatum. Acceſſerunt enim vocabula Latina & Græca, Græca & Latina ex Libris ARISTOTELIS *de Animalibus*, & THEOPHRASTI *de Plantis*, THEODORO GAZÂ interprete, juxta litterarum ordinem; Elenchus deinde annotationum, quæ in toto Opere inveniuntur; denique Opus claudit Index vocum Latinarum, non verò ſolarum (quod (e) ERASMO non placuiſſe antea notavi) ſed Græcis conjunctarum; quo pacto Index ille utilitatis plus, minus tædii & laboris affert Lectori. Licèt enim Latinis ALDUS adjecerit numeros Arithmeticos, quibus Græca in Lexico Græco-Latino inveſtigentur, non tamen quod quæris, æquè in promptu eſt, ac ſi ſtatim adjiciatur. Præterea in Lexico Græco-Latino *Aldino* notis Arithmeticis ſive ciphris (quas ideo ALDUS in Libri extremitate ut ſcribat, Lectorem monet) carent paginæ; in *Gormontiano*, ſingulæ non modò paginæ ſed & voces numeris impreſſis exhibitæ ſeſe oculis obvias absque ullo operæ ac temporis diſpendio offerunt.

Anno

(a) Lege VOLMARII Epiſtol. ad P. ROSSETUM Poëtam Laureatum, *è Collegio noſtro* Turonenſi 1523.

(b) Lege ejusd. Epiſt. ad Diſcipulum ſuum *Pet.* XYLOTECTUM; *ex ædibus* BERALDI 1525. BERALDUM Præceptorem ſuum agnoſcit VOLMARIUS in fine HOMER. *Iliad.* α β. 1523.

(c) Lege ejus Epiſtolam, in quâ de GAZÆ, APOLLONII, LASCARIS, & URBANI Grammaticis fert ſententiam; *Petrique* DANESII teſtimonio confirmat *non ullum eſſe Græcè initiandis Authorem perinde accommodum ac* CHRYSOLORAM.

(d) Cujus antea mentio facta eſt.

(e) ERASM. Epiſtol. pag. 802. B. C.

(f) Lege titulum ipſius Lexici.

Anno 1523. GORMONTIUS rurſus emiſit (f) *Lexicon Græcum,*
*cæteris omnibus aut in* Italiâ, *aut* Galliâ Germaniâ*ve antehac excuſis mul-*
*to locupletius, utpote ſupra ter mille additiones* Baſilienſi *Lexico An.*
M.D.XXII. *apud* CURIONEM *impreſſo adjectas, ampliùs quinque re-*
*centiorum additionum millibus auctum: quibus ex receptiſſimo quoque Scrip-*
*tore ſeligendis plurimum deſudârunt, partim* GULIELMUS MAINUS
*liberorum* D. BUDÆI *Præceptor ut doctiſſimus ita diligentiſſimus, partim*
JOANNES CHÆRADAMUS (a) HYPOCRATES *Matheſeos &*
*Græcæ Linguæ Profeſſor non pœnitendus.*

Huic GULIELMUS (b) MAINUS unam ad FRANCISCUM PON-

(a) En *Joannis* CHÆRADAMI HYPOCRATIS de ſuo nomine Epigramma, quod in Lexici initio legitur.

Chæradamus *vocor, & (ſiqua eſt in nomine virtus)*
Hypocrates, *parvum vox nihil iſta ſonat.*
*Sic mihi, ſic patribus nomen, quod fortè ferendo*
*Ingentis ſtimulos vincimus invidiæ.*

(b) Hæc MAINUS in Epiſtol. ——
*Non dubitavi primam ingenii mei fœturam ti-*
*bi mittere. Ea eſt ſylva Græcarum dictionum,*
*quam rudem & inchoatam edere me coegit* E-
gidius GORMONTIUS, *qui cum* (1) *al-*
*teram Lexici Græci Editionem adornans ſciret*
*mihi permulta eſſe in Dictionarium meum*
*congeſta, quæ partim prælegente mihi* BUDÆO
*excepiſſem, partim adnotâſſem, ex Auctorum*
*Græcorum lectione, evicit quotidiano penè*
*convicio, ut ea Lexico ſuo adjuncta publicæ*
*ſtudioſorum utilitati evulgarem.* —— *Lexi-*
*con dictionibus ſupra* Germaniæ *annotatio-*
*nes, plus ter mille atque adeo fueram pluri-*
*bus aucturus, ſi mihi aut in urbe aut certè*
*valenti eſſe licuiſſet. Sed valetudinis noſtræ*
*damnum ſarciit* Joannes CHÆRADAMUS HY-
POCRATES *ingenioſus planè juvenis ac tri-*
*plici Linguâ, ut nemo non novit, doctiſſimus,*
*qui* Homericâ *lectione exercitus* Homericis
*dictionibus aliiſque ex* HIPPOCRATE *ex-*
*cerptis Lexicon reddidit multò illuſtrius locu-*
*pletiúsque, & in caſtigando toto Opere præci-*
*puam quandam operam adhibuit.* ——
*Si quid perplacebit, adſcribant* BUDÆO, *cui*
*quantum in ſtudio Græcorum profeci (ſiquid*
*profeci) ut Præceptori omnium clariſſimo to-*
*tum acceptum referam neceſſe eſt: ſin ſecus,*
*noſtræ condonet ignorantiæ & quartanæ, ſi*
*videbitur, in cujus carnificinâ dum ego mul-*
*tos jam menſes tormenta* Ixione *graviora per-*
*fero, Impreſſoribus non modò operam præſtare*
*ullam non potui, ſed ne Opus quidem abſolu-*
*tum perlegere; uſque adeò inhoſpitalem atque*
*intractabilem ſe mihi exhibuit.*

Quoniam vero (2) ERASMUS Epiſtolam ſcripſit, quæ huc ſpectat, ex illâ plurima libuit huc tranſcribere.

IN LEXICON.

ERASMUS Roterod.
*Græcæ litteraturæ candidatis S. D.*

—— *Facit feliciſſimus Græcarum litera-*
*rum profectus, ut Lexicon jam toties auctum*
*nobis prodierit, nec deſinat tamen efflagitari.*
*Debetur omnibus gratia, qui pro ſuâ quisque*
*portione nonnihil contulerunt. Quanquam*
*nulli minus deberi puto, quam ei, qui quo*
*creſcerent paginæ, multa hujus generis adjecit,*
(3) Ἄκρων nomen proprium & (4) Κό-
προς nomen inſulæ. *Utinam* Guilhelmo
BUDÆO *vel libuiſſet, vel vacâſſet huic*
*negotio nonnullam temporis portionem deci-*
*dere, præſertim in annotandis* Græcorum
*tropis & idiomatibus. Nec enim eſt alius*
Græcanicæ *ſupellectilis doctior.* MAI-
NO *non parum debemus, ac malè preca-*
*mur invidæ febri, quæ ſtudioſis eam utilita-*
*tem*

(1) De primâ ann. 1512. dixi priùs.
(2) ERASM. Epiſtol. pag. 802.
(3) Vox illa in Lexico notam gerit, quâ ſuas ab aliis diſtinxit MAINUS.
(4) Vocem hanc in Lexico non reperio.

Poncherium Epiſcopum *Pariſienſem*; Joannes Chæradamus duas Epiſtolas, ad Franciscum *Galliarum* Regem alteram, (a) alteram ad Gulielmum Parvum Epiſcopum *Trecenſem* præmiſit. Chæradamus etiam ad finem adjecit de notis arithmeticis Tractatum Joanni Nervet Epiſcopo *Magarenſi* inſcriptum.

Chæradamus in Platonis *Cratylo*, quem Gormontius anno 1527. Græcè edidit, Joannem Clericum *Bathonienſem* Epiſcopum *Angliæ* Regis Oratorem *Græco* ſalutat Epigrammate, quod quicunque legerit, fatebitur non leviter dormitâſſe aut Typographum aut Poëtam. Ne autem utrumque falsò accuſâſſe videar, en tria ex illis ſeptemdecim, quibus conſtat Epigramma, carmina.

℣. 3. ἢ ἐπι πολλὰ μογέας τε πολὺν χρόνον, κ' ἤματα πάντα
14. θεῖος ἐρευγόμενός σοι (b) πλάτων πέμπεται αὐτῷ.
17. εἴποτε σεῖο λάθοιτο κέαρ (c) μὸν, μοῖο λαθοίμην

Ecce

*tem reddiderit maligniorem. Habes, Lector, in hôc Volumine quicquid diverſis locis ac temporibus ab aliis fuerat additum, ne his quidem prætermiſſis, quæ neſcio quis ocioſè, ut diximus, adjecerat. Ad ſummam autem priùs editorum acceſſit ingens vocabulorum numerus, ex optimis Auctoribus ſelectus per* Jacobum Ceratinum, *qui, quod eſt rariſſimum, exactam utriusque literaturæ peritiam cum incredibili modeſtiâ copulavit. Hujus acceſſionem cùm conferrem cum aliorum auctariis, quæ in proximâ* Gurmuntii *Editione fuerant addita (nam hanc* Ceratinus *noſter non viderat) miro modo vix ullam vocem ab hôc annotatam comperi, quam illi priores occupâſſent.* —— Ceratinus *impulſu noſtro laboris hoc ſusceperat, alioquin à nullo magis abhorrens. Qui niſi tam procul abeſſet, haberes Præfationem aliquanto minùs jejunam. Quanquam & ipſi dictiones adjecimus nonnullas, adjecturi permultas, ſi vel paucorum dierum ocium contigiſſet. Scimus hoc laboris genus eſſe minimè glorioſum, præſertim quum pauci reputent, quot Auctores ſunt excutiendi, ut voces aliquot ab aliis præteritas ſeligas. Verùm, hoc plus debetur illis gratiæ, qui publicæ utilitatis gratiâ non detrectant ingloriam ac moleſtiæ plenam induſtriam. Veterem Indicem, qui verſo dictionum ordine ex Latinis indicabat Græcas, omiſimus velut inutilem, ac nihil aliud quàm onerantem Volumen. Primùm, ille, qualis qualis erat, mutilus erat, nimirum tantùm eas dictiones complectens, quas* Aldus *primâ dedit Editione. Qui ſi perficiatur, duplicari Voluminis magnitudinem neceſſe eſt. Nec tamen hujus ullum uſum video, niſi ſi quis meditetur Græcè ſcribere. Atqui ea facultas ex Auctoribus petenda eſt, quæ ex Dictionariis infeliciter peteretur.* Aldus *ipſe quondam à me rogatus, cur Indice tam operoſo pariter & ocioſo duxiſſet onerandum eſſe Codicem, nihil aliud reſpondit, quàm hâc difficultate deterritos fuiſſe Editionis æmulos. Proinde nemo minoris æſtimet hoc Volumen, cujus ſarcinæ nonnihil detractum eſt, utilitati multum acceſſit. Bene valete.* Baſileâ 1. Julii *Anno* 1524.

(a) Chæredamus in hâc Epiſtolâ ſcribit ſe *juvenili ætate concitum multos & elegantes* Authores Græcos *publicè profeſſum, & id ſex annos. Mox ſuccedentibus annis cœptum à ſe ſtudium ἐν θεραπευτικῇ Γαλήνου, & Hebræis litteris penitus fuiſſe intermiſſum.*

(b) Hujus vocis primam productam nullibi adhuc legi, ſed ſæpius correptam.

(c) Ubi has voces [μὸν & μοῖο] legerit, neſcio. Facilè reſtituentur, ſi repoſueris μευ, ἐμεῖο.

(a) In

Ecce etiam unum ex Decaſticho ad RAULINUM SEGUERIUM (ῥαυλίνῳ σηγουερήῳ Κυρίῳ μεγαλλύλης) Epigrammate, quo CHÆRADAMUS hoc PLATONIS Opuſculum concluſit:

℣. 8. Καὶ πᾶσα πρᾶξις ἀληθάνδρος θεῷ ἀνδανῆ θυμῷ

Eidem SEGUERIO (& eodem forſan tempore, eâdem certè characterum formâ, (quamvìs annus non indicetur) CHÆRADAMUS dedicavit CHRYSOLORÆ *Grammaticam* ex Officinâ GORMONTII prodeuntem.

Anno 1532. ex GORMONTII prælo exivit JOANNIS CHÆRADAMI *Alphabetum Linguæ ſanctæ*, *myſtico intellectu refertum*, PAULO CARRETO *Cadurcenſi* Epiſcopo ac Comiti nuncupatum. Hanc Diſſertationem (a) PAULUS PARADISUS *Venetus* Hebraïcarum litterarum Regius Interpres laudavit.

GORMONTIUS multos in Arte ſibi adſcivit diverſis temporibus ſocios; anno 1509. (b) NICOLAUM DE PRATIS; 1510. (c) FRANCISCUM REGNAULT; 1511. (d) HEYMONEM LE FEBVRE; anno 1512. (e) MATTHÆUM BOLSECUM; anno 1517. (f) JOANNEM DE PRATO ac JACOBUM LE MES-

(a) In Dialogo ſuo *de modo legendi Hebraïcè* ann. 1534. p. 18. ——— *In* REUCHLINUM *incidiſti de arte Cabbaliſticâ* ——— *Nemo alius noſtrâ tempeſtate ſcripſit de litterarum interpretatione, præter hos quos jam recenſebo.* ——— *Unus eſt* Franciſcus GEORGIUS *Patricius* Venetus, *vir nobiliſſimus atque religioſiſſimus, qui in ſuâ* Harmoniâ Mundi *litterarum nomina exponit. Alter eſt* GALATINUS, *in eo Libro, quem contra* Judæos *inſcripſit, ampliſſimè de litteris diſceptavit. Tertius ac poſtremus* CHÆRADAMUS *noſter, vir ſanè nobilis, in Libello, quem* Alphabetum myſticum *appellat, Scriptores omnes veteres utriusque Linguæ peritos in eo ſcribendi genere adæquavit.*

(b) *Præclariſſimum* Antonii SABELLICI *Orationum opus non ſegni accuratione à mendis terſum impreſſit diligens ac peritus Chalcographus* Nicolaus DE PRATIS *in inclyto* Parrhiſiorum *Gymnaſio; quod venale reperies apud* Egidium GORMONTIUM.

De eo LA CAILLE p. 84.] „ *Nicolas* „ DES PREZ imprima pour *Jean* PETIT, „ VALERIUS MAXIMUS &c. *in octavo* en „ 1513. NYDER *Confeſſionale*, ſeu *Ma-* „ *nuale Confeſſ. in octavo* & pour *Pierre* „ GAUDOUL PLUTARCHI *Vita Lat. in* „ *fol.* en 1521. BARTHOLIS *in Sentent.* „ *in folio* en 1516. imprimé pour *Jean* „ FRELLON.

(c) PLIN. *Epiſtol.* de quo Libro antea dictum eſt, ubi fit mentio *Franciſci* REGNAULT.

(d) PLIN. *Epiſtol. Panegyr. & de Vir. Illuſtr.* cum CROCI Epiſtolâ præfixâ. Lege CAILLE p. 83.] „ *Emond* LE FE- „ VRE fit imprimer la Vie des Peres re- „ nommez en pluſieurs terres & païs, *in* „ *folio* en 1517. *le Siecle doré, contenant le* „ *temps de paix, amour & concorde*, in „ quarto en 1521.

(e) *Præclaro huic & laborioſo Operi* [Lexici ſcil. de quo priùs] *ſuprema impoſita eſt manus induſtriâ & impendio proborum virorum* Egidii GOURMONT *&* Matthæi BOLSECI *Bibliopolarum* Pariſienſium. BOLSECI hujus non meminit *Joannes* LA CAILLE.

(f) *Benedictina* Pariſius *per* Joannem DE PRATO *ac* Jacobum LE MESSIER *in vi-*

*co*

MESSIER ; anno 1518. (a) JOANNEM DE GORMONT fratrem. Inter ÆGIDII GOURMONTII ſocios emicuerunt (b) PETRUS VIDŒUS & GODOFRIDUS (c) TORINUS.

PETRUS VIDŒUS *Vernolienſis* (d) Artium Magiſter anno 1519. inclaruit: & Typographiam usque ad annum (e) 1543. exercuit. Labores ſuos typographicos communicavit cum plurimis aliis; (f) CONRADO RESCH anno 1519, & (g) 1522. ; GALIOTO PRATENSI anno 1519 ; (h) JOANNE KERVER & CON-

*co Olearum ſub Interſignio Sancti* SEBASTIANI *prope Collegium* Cluniaceñ. *eorúmque expen. nec non* Egidii DE GOURMONT *in vico Sancti* JOANNIS Lateraneñ. *è regione Collegii* Cameraceñ. *impreſſa, per eósque pro modico ære communicanda, ſummâque curâ ac diligentiâ exarata.*

CAILLE p. 93.] „ *Jacques* LE MESSIER imprima, pour *Jean* PETIT, „ JOANN. MAJOR. *in Sententias*, *in folio* 1521. Ce Livre eſt fort eſtimé entre les Savans, & eſt la ſeule édition. „ QUINTE CURCE, *Hiſtoire d'*ALEXANDRE *in folio* en 1530. le VIRGILE traduit en François *in folio* en 1532.

*Joannis* DU PRE mentionem feci in Vol. I. *Annal. Typograph.* p. 189. Quâ cognatione (ſi modò ullâ) ſe invicem attigerint Typographi illi, qui à *prato* nomen duxerunt, *Joannes*, *Nicolaus*, & (de quo deinceps) *Galiotus* nondum compertum habui.

(a) CAILLE p. 89.] *Utriusque Juris Introductorium.* GOURMONTII tres fuere fratres, *Ægidius*, *Joannes* & *Robertus*. *Robertum* cum *Ægidio* quosdam Libros impreſſiſſe affirmat LA CAILLE p. 77. qui eum Artem exercuiſſe anno 1502 ſcribit. Anno 1508. ex ædibus *Gourmontianis* prodiere *Fauſti* ANDRELINI *de* BALBI *fugâ, Ecloga & Epiſtola*: quibus præfiguntur *Gormontiorum* gentilitia Inſignia ſubſcripto nomine ROBERT GOURMONT.

Anno 1518. FR. PHILELPHI *Satyræ centum per* Robertum & Joannem GOURMONT *fratres*, *in almo Gymnaſio* Parrhiſiorum.

CAILLE p. 89.] „ *Jean* GOURMONT „ frere de *Gilles* & de *Robert*, avoit pour „ marque ſes armes, qui étoient trois Roſes, deux en chef, & une en pointe ; „ au deſſus, *Spes mea Deus*, & au tour, „ *Qui n'a ſuffiſance n'a rien. Chacun ſoit* „ *content de ſes biens.* " *Ægidius* autem GOURMONTIUS & frater *Robertus* tribus Roſis ſupponebant Lunam falcatam. Præterea tres Roſas non eodem ſitu, ſed ille εὐθυγράμμῳ, hic τριγώνῳ ſchemate diſponebat.

*Ægidio* fuere duo filii, *Joannes* & *Franciscus.* CAILLE p. 81. Sed de his & *Hieronymo* GORMONTIO poſtea ſuo loco.

(b) Ann. 1528.

(c) Ann. 1529. ubi de TORINO dicetur.

(d) CAILLE p. 90.] „ VIDOUVE „ prenoit la qualité de Maitre és Arts, en „ mettant à la fin de ſes Livres, *Artium* „ *Magiſter*, comme on le voit à la fin de „ LEOBINI DALLERII *de Mandatis* „ *Apoſtolicis in octavo* en 1521. En effet il „ étoit habile homme & ſavant, comme „ il paroit par pluſieurs Epitres dédicatoires, qui ſe voyent au devant des Livres „ qu'il a imprimez.

(e) CAILLE p. 90.] „ Il eſt mort „ vers l'an 1543. " At vidi Primum Librum *Petri* ALITIS apud *P.* VIDOVÆUM ante Collegium *Remenſe* 1543.

(f) BECICHEM. *in* C. PLIN. *in Officinâ impreſſoriâ* Petri VIDOVE *chalcographiariæ artis peritiſſimi*, *impendio & ære* Conrardi RESCH Alemani *Academiæ* Pariſienſis *Bibliopolæ*.

(g) FR. PATRITII *Enneas de regno*, *operâ* Petri VIDOVE *chalcographiariæ artis peritiſſimi*, *impenſis* GALIOTI à PRATO *Academiæ* Pariſienſis *Bibliopolæ*.

(h) CAILLE p. 90.] ECHII *de primatu* PETRI.

CAIL-

CONRADO RESCH 1521; (a) REGINALDO CALDERINO 1524; (b) ÆGIDIO GOURMONT 1528. & (c) 1529; (d) PONCETO LE PREUX & GALIOTO PRATENSE 1530; DIO-

CAILLE p. 90. 91.] „ *John* KERVER „ fils de *Thielman* (*de quo Vol. I. Annal.* „ *Typog. p.* 305.) fit imprimer par *Emond* „ LE FEBVRE en 1521. Il avoit deux „ freres *Jacques* & *Thielman*. Il avoit pour „ marque la Licorne.

(a) JAC. STUNIC. *adverſ.* ERASM. *apud* P. VIDOUÆUM, *ſumptibus* Conradi RESCH, *ubi væneunt ſub Scuto* Baſilienſi.

(b) TEXTOR. *Epithet. Typis* Petri VIDOUÆI *&* *impenſis* Reginaldi CHALDERINI.

(c) ARISTOPHAN. *Comœd. Græcè.* ἐτυπώθη ἐν Λευκετίᾳ Παῤῥησίων ἀναλώμασιν Ἐγιδίου Γορμοντίου διὰ παραινέσεως καὶ ἐπιμελείας Ἰωάννου Χειραδάμου, πόνῳ δὲ καὶ δεξιότητι Πέτρου Ὀυιδουαίου. Hæ Comœdiæ eodem quidem anno omnes, ſed ſingulæ ſeorſim excuduntur. Singulas CHÆRADAMUS Epiſtolis Græcis dedicavit, PLUTUM *Joanni* CLERICO, NUBES *Thomæ* WINTERO, RANAS *Petro* DANESIO, EQUITES *Joanni* VIOLLEIO, ACHARNENSES *Joanni* TARTASSO, VESPAS *Antonio* LAPITHEO, AVES *Nicolao* BERALDO, PACEM *Joanni* RUELLIO, CONCIONANTES *Gulielmo* COVINO.

(d) *Vidua Chriſtiana* ERASM. *&* LACTANT. *de Opific. impenſis* Ægidii GOURMONTII *ſub prælo* Vidouæo. Titulus Libri præfert ann. M.D.XIX. ſed ad finem *Viduæ* legitur M.D.XXIX.

(e) STEPH. AQUÆI *Comment. in* PLIN. *Hiſtor. Apud* Galliotum PRATENSEM *ſub primo pilari Aulæ Regiæ. Typis ac characteribus* Petri VIDOUÆI *impreſſa*, *impenſis honeſtorum virorum* Ponceti LE PREUX (de quo priùs) *&* Galioti à PRATO *Univerſitatis* Pariſienſis *Bibliopol.*

PETRI VIDOUÆI
*Chalcographi de Commentariis*
*in* PLINIUM *à* STEPHANO ÆQUÆO
*editis Epigramma.*

Dum facere *Hermoleos* medicinam *Barbarus* optat
Non paucis lacero vulneribus *Plinio*:
Perlæſum, graviùs conjectâ vulnerat arte,
Nec minùs incautâ plurima turba manu:
In tantum ut Latio jam deploratus, abiret:
Ob multa in ſtygias vulnera feſſus aquas.
Sed deploratus, renovato corpore, vivit:
Huícque cicatricum jam periere notæ.
Namque hic *Aſclepius*, nullis non artibus ingens,
Cuncta ſalutiferâ vulnera lenit aquâ.
Quâ, inquis Lector, aquâ? medicâ, planéque ſalubri:
Unde & cognomen fata dedere viro.

Vix patietur Etymologia vocis (*Aſclepius* Ἀσκλήπιος) ſyllabam antepenultimam corripi.

Et ad Libri calcem:

PETRUS VIDOUÆUS Vernolieñ.
*Lectoribus S.*

*Oblatum mihi eſt Exemplar manu exaratum Viri cordatiſſimi, Exemplar inquam præclaræ quidem lectionis, à* STEPHANO AQUÆO *Equite eruditiſſimo, in omnes* PLINII *libros concinnatum, typis tam raptim ac ſaltuatim ſcriptis, ut nemo ſit tam lyncæus, qui non in his cæcutiat. Unde conjicere licet ſtrenuum illum virum partim bellicis in rebus, partim domeſticis rebus (ut is mihi retulit) id operis condidiſſe. Quod impreſſum contuli Exemplari, ac inſigniores mendas, quas putavi maximè ingenerare poſſe nauſeam Lectoribus excerpſi eâ, quâ potui, diligentiâ, adeò ut nullæ ſuperſint, quæ non facillimè à mediocriter eruditis videri poſſint. Non admirandum profectò eſt, ſi quæ nobis ex hôc novitio & nuſquam viſo Opere ſeſe ſuggeſſerint, quando multa ſint Opera pluries excuſa, plena tamen erratorum, quare boni exoro conſulatis.*

* *Par ſit fortuna labori.*

*Ga-*

* Hoc lemma Latinè & Græcè [τῷ πόνῳ ἀπαρτίζεται τύχη] affixit ad calcem PAULI OROSII Hiſtoriarum, quas anno 1524. impendio JOANNIS PARVI excudit.

(a) DIONYSIO L'ESCUIER & PETRO GROMORS 1538; (b) JOHANNE PARVO & JOHANNE ROIGNY 1539; & (c) VIVANT. GAULTHEROT 1542.

VIDOEUM fuiſſe diligentiſſimum liquet ex (d) ipſius verbis : *Duo ſunt, candide Lector, quibus in primis inſiſtendum habeat fidelis Typographus, ut ejusmodi Libros in lucem emittat, qui voluptati, atque uſui legentibus eſſe poſſint; ut eosdem Libros, niſi caſtigatos, & emaculatos à ſe exire non patiatur, ne frequens hæſitatio lectorem malè afficiat. Utrumque quá potuimus diligentiâ curavimus. Quum enim viderim permultos Græcis*

*Galiotus* à PRATO *Pariſienſis*, Librarius juratus, inclaruit primùm anno circiter 1514. *Simonis* COLINÆI operà ann. 1541. in Bibliis Vulgat. excudendis uſus eſt.

CAILLE p. 85.] „ *Galiot* DU PRE' a „ compoſé pluſieurs Ouvrages, Préfaces, „ Avis & Epitres dédicatoires, qui ſe „ voyent au devant des Livres qu'il nous „ a laiſſez. Il fit imprimer *le grand Coûtumier de* France, & *l'Inſtruction & maniere de proceder ès Cours de Parlement* „ par BOUTILIER, *in folio* en 1524. On „ voit dans le commencement de ce Livre ce plaiſant Dicton:

*Le Baillif vandange, le Prevoſt grappe,*
*Le Procureur prend, le Sergent happe,*
*Le Seigneur n'a rien, s'il ne leur échappe.*

„ Il a été un des Libraires qui a le plus „ fait imprimer de ſon temps, en quoi il „ s'eſt fait diſtinguer des autres Libraires. „ Il avoit pour marque une Galiote, faiſant alluſion à ſon nom, avec ces mots: „ *Vogue la Galère.* Il laiſſa deux fils, nommez *Pierre* & *Galiot.*

(a) GUL. POSTEL. *Linguar. duodec. Alphabet.* &c. proſtant *Pariſiis* apud *Dionyſium* LESCUIER ſub Porcelli ſigno, vico *Hilario*, è regione Divi HILARII. Excudebat P. VIDOVÆUS *Vernolienſis*, typis ac characteribus ſuis. GUL. POSTELL. *Grammatic. Arabic.* Venæunt *Pariſiis* apud *Petrum* GROMORSUM, ſub Phœnicis ſigno, prope Collegium *Remenſe.* GUL. POSTELL. *de Hebr. Antiquitat.* proſtant *Pariſ.* apud *Dion.* LESCUIER excud. P. VIDOVÆUS.

Hic Liber primus cum tot Linguarum Orientalium varietate *Lutetiæ* excuſus eſt. Præter enim *Hebraïcos*, habemus etiam *Syriacos*, *Samaritanos*, *Arabicos*, *Æthiopicos*, *Servianos*, *Illyricos*, & *Armenos* characteres. Hoc Opus POSTELLUS, *quod aut in ſenium ſervare aut omnino ſupprimere volebat*, edidit ſuaſu * Michaelis SCUTARII, qui *repugnantem compulit ad editionem, & ipſe* in eâ *aliquam diligentiæ & ſedulitatis partem habuit.*

*Petrus* GROMORSUS cum viduâ REMBOLTI ann. 1519. artem exercuit, (CAILLE p. 90.) ſuámque operam *Joanni* PARVO & *Francisco* REGNAULT ann. 1520. accommodavit. Anno 1523. (in *Bello* ERASMI excudendo) ſocium habuit PARVUM. & 1529. *Petrum* GAUDOUL (de quo poſtea) in *Græcâ* GAZÆ *Grammaticâ* quæ in minore formâ (12°. ut vocant) characteribus minutis ſub utriusque nomine exivit; cum brevi ad Lectorem Præfatione. ——— GAZÆ *Libros, quò ſæpius ab omnibus legerentur, excudi magnâ operâ curavimus, ut res litteraria auctior fieret & familiarior.*

(b) *Paraphraſ. Philoſoph. Natural.* apud Joannem ROIGNY (de quo poſtea) *typis ac characteribus* Petri VIDOUÆI. Quamvis in eo, quod vidi, Libri hujus Exemplari *Joannis* PARVI nomen diſertis verbis non exprimatur, in fronte tamen ejus Inſigne & Lemma apparent, nempe *Lilium* cum Litteris *I. P.* & adagio *Petit à petit.*

(c) *Pſalmi Pœnitent. cum not.* Jo. PICI. excudebat P. VIDOUÆUS *Vernolienſis* ſibi & *Vivant.* GAULTHEROT.

(d) Lege ejus Epiſtol. ad Lector. in ORI APOLLINIS *Hieroglyphicis.* 1521.

(a) *Alexan-*

* Lege ejus Epiſtolam huic Libro præfixam. Forſan *Michael* SCUTARIUS *Dionyſii* LESCUIER (i. e. Scutarii) affinis fuit.

*Græcis disciplinis addictos voluntate ipſâ, Librorum tamen penuriâ, vel caritate potiùs ab eisdem ipſis deficientes, nullâ rerum difficultate, nullâ laborum moleſtiâ, nullo denique ſumptu (quæ res non paucos noſtræ tempeſtatis Typographos ſolet avertere) commoveri potui, quò minùs commune magìs, quàm privatum in promovendis bonis ſtudiis commodum ſpectarem.*

VIDOEI Inſigne typographicum erat Fortuna, cum his Epigraphis [*Audentes juvo* & *Par ſit Fortuna labori*] ſuóque nomine ſubſcripto P. VIDOVÆ.

Rei Typographicæ in Græcis & Orientalibus Linguis progreſſum *Pariſiis* vidimus. Aliæ quoque adeundæ ſunt Urbes, ubi feliciter excultæ fuerunt.

*Ferrariæ* anno 1510. JOANNES MACIOCHUS (a) BONDENUS Lexicon Græco-Latinum, *copioſum quantum nunquam antea*, unà cum variis annotationibus, & Dictionario Latino-Græco, ope JO. MARIÆ TRICÆLII excudit. Quò autem utriusque meritum & induſtriam Lector meliùs intelligat, ipſorum verba hìc inſeruiſſe non pigebit.

(b) JO. MACIOCHUS *Reveren. Patri*
NICOLAO SIGNORELLO *Priori* Carmelitarum Ferra.

*Nihil eſt, Pater obſervan. quod minùs putem ad hominem liberum pertinere quàm otio, ac deſidiâ tempus traducere, neque ullum habere vitæ argumentum præter annos. Quæ ratio fecit, ut vel ab ineunte ætate, id quod* LIVIUS DRUSUS *olim dixit, ferias mihi nunquam indixerim, & mecum ipſe ſemper cogitaverim, quo maximè poſſem modo cives & populares meos promereri. Cujus voti facultas nusquam ſe uberiùs oſtendit quàm in hâc arte exprimendi æreis notis ingeniorum monumenta. Hæc enim facilè poteſt omnes ætates, non minùs ante actas quàm præſentes, & pòſt futuras ſingulari quodam beneficio obligare, dum veterum memoriam propagat, noſtrorúmque hominum, & ipſius poſteritatis animos inſtituit. Hanc ego itaque occaſionem utrâque manu (quod aiunt) arripui. Quúmque antehac aliquot ex hôc litterario penore Volumina expreſſerim minimè pœnitenda, & quæ plurimùm (niſi me amici fallunt) ab iis, qui Romanas Muſas amant, expetuntur; ſtatui hâc in re omnem ætatem transigere, nec profectò à Dîs immortalibus annorum amplius mihi dare velim, quàm dum ad hanc provinciam obeundam idoneus deprehendar. Molior enim animo, quantum erit in me, ſtudioſis magna præſidia comparare. Atque utinam votis fortuna reſpondeat. Spero enim fore aliquando, ut bene litterati homines noſtris conatibus gratias agant. Neque hoc deſiderium noſtrum debet cuipiam invidioſum videri: quandoquidem in medio poſuit Deus omnia campo.*

(a) *Alexandri* BONDINI mentio facta eſt Vol. I. *Ann. Typ.* p. 239. cui an hic BONDENUS fuerit affinis, neſcio.

(b) Libro hæc præfigitur Epiſtola.

(a) In

campo. Certè nos minimè iis invidemus, qui ante nos hanc operam præripuerunt, neque odio habituri ſumus, ſi qui poſt nos arripient. Nullus enim tum demum ad metam niteretur, ſi ſequenti cedere, aut præcurrentem liceret odiſſe. Et profectò hæc ejus generis ſunt, quæ ſi etiam minimè aſſequaris, abunde tamen magnificum ſit, voluiſſe. Nos certè neque ſtudio neque impendio huic rei deerimus. Habemus etiam viros clariſſimos, & ſplendidiſſimos Profeſſores, qui nobis operam, & lucubrationes ſuas polliceantur. Habemus & Jo. Mariam Tricœlium Juvenem doctiorem neſcio, an diligentiorem, qui perpetuò ac domeſticè quaſi pro hujus militiæ noſtræ ſtatione excubat. Cujus ego laudes parciùs proſequor, quòd tu eas faciliùs legendo poſſis agnoſcere, quàm ego ſcribendo explicare; nec tamen ita mea verba velim intelligi, quaſi nulla labes toto opere deprehendatur. Divini enim propè hominis hoc præſtare. Optimúmque illum Librum ſemper exiſtimavi, non in quo nihil erroris, ſed perquam pauxillum poſſet inveniri. Nullius aut patrocinium magìs arriſit, ſub quo hic dictionum theſaurus prodiret, quàm tuum, vel ob magnitudinem tuorum in me meritorum, vel quòd nemo promptiùs, aut ſæpius me ad hoc negocium excitavit: his accedit, quòd nullus poteſt locupletiùs hoc deſiderium noſtrum adjuvare, propter inſtructiſſimam Bibliothecam veſtri Ordinis. Tum vero ea eſt vitæ, ac morum ſanctitas, id acumen ingenii, ea humanitas, ut ſi minùs hæc nuncupatio tuis beneficiis virtutibus certè debeatur. Poſt ſacras igitur lectiones ſi quid otii nanciſceris, hæc noſtratia attinges. In quibus vel ſi aliud nihil te oblectaverit, novitatem certè ipſius rei (nos enim primi in hanc Urbem Græcam expreſſionem attulimus) plurimum gratiæ allaturum confidimus. Bene vale. Ferr. Tertio Nonas Aprilis. MDX.

(a) Jo. Maria Tricoelius Æquinas.

Non potui diu otioſus eſſe, viri ſtudioſi, tametſi homuntio, animadvertens quantùm reliquis omnibus humanum genus ſuâpte naturâ præſtans inſcitiâ miſerrimum premeretur. &c. Servato Græcarum litterarum ordine Græcam expoſitionem Latinis, nos ſanè non fecimus, ſed inventam curavimus. —— multa conſperſimus —— non vulgaria, miniméque aſpernanda —— licèt antiqui Scriptores nobis multam opem ſuppeditare potuiſſent, non tamen piguit & noſtrorum temporum uti teſtimoniis, nec gloriæ poſteritatis invidimus, quando nos maximè ex eâ hominum coborte ſumus, qui naturam effœtam putant, nec ea nunc ingenia educare poſſe, quæ olim veteres admirabantur. —— Quotidie clariſſimum aliquod ingenium ſuboleſcit, qualia multa in hâc Urbe conſpicimus. Quis enim, rogo, gravitate & diſciplinarum ferme omnium, quæ ad hominem liberum pertinent, cognitione Nicolao Leoniceno præſtantior? Quis Ludovico Bonaciolo acutior, aut conſultior in omni Naturæ indagine? Quis Cœlio Cal-

(a) In initio Diction. Lat. Gr.

Calcagnino *in utrâque humanitate eminentior? Quis occurrit admirabilior, ſeu proſam ſeu vorſam condat, quis copioſior? Quis totius Antiquitatis obſervantior? cujus conſuetudine tam libenter perfruor, ut quoties unà in re litterariâ verſamur (verſamur autem frequenter) ad ſummam voluptatis nihil omnino putem deeſſe, adeò ut dixeris cœlitus* Tricœlium Coelio *conciliatum. Poſtremò igitur noſtro Marte Opus hoc, aureum puto, nobis ſanè laborioſiſſimum confecimus, ubi non defuit* Baptista Piso, *Juvenis utroque nomine digniſſimus, & Mattheus* Brocardus *adoleſcens ingenuus, qui ſuam & ſedulitatem, & diligentiam hâc in re accuratè admodum præſtiterunt. Sed ad rem parumper redeamus. Scitis alios Libros Græcæ Linguæ expoſitores, vel univerſim Græci, vel quia à Græcis litteris exordiuntur, tantùm illis conducere, qui Græcos Autores poſſunt jam jam legere. Hic noſter & his, qui ſciunt Græcas, faciet, & illorum, qui vel ſolùm etiam elementa Græcorum dignoscunt, maximi intererit, eò plùs ſanè, cùm omnes, qui Græcas litteras apud nos aggrediuntur, Latinarum haud ſint ignari.* &c.

(a) Jo. Maciochus Lectori S.

*Cùm huic Dictionario ſummam manum imponerem, ſtudioſe Lector, contigit id, quod minime ſperabam, ut patriam hoſtis utrinque diris, ferróque oppugnaret, intrà Barbari præſidii nomine acciti vexarent, peſtilentia perstringeret, aquarum inopia, frangendíque fruges difficultas annonam allideret. Quæ res ab hôc impreſſionis munere paulisper animum deterruere. Et licèt ſatis compertum habeam propediem* τοῦτο καλῶς ἔσεσθαι, *hâc unâ ſpe niſus, quòd nulla unquam nimia calamitas diuturna eſſe potuit, faciam tamen cum his laboribus paucorum menſium inducias, ſecedámque interea ab his caſtris, non transfuga, ſed cauſarius, rediturus mox, cùm Deorum benignitate fortunæ litatum intellexero, inſtauratis auſpiciis, & longè fortiùs impreſſionem in barbariem facturus; nec enim huic unquam militiæ nuntium mittam, cui perpetuò nomen adſcripſi. Vale.* Ferrariæ, *Quinto Calendas* Octob. M.D.X.

Ferrariæ *per* Joannem Maciochum Bondenum *ad Quintum Calendas* Octobris M.D.X.

Tricœlius.

*Habetis Expoſitionem qualemcunque perproperam, tamen ut vix ſuffecerimus tantumdem verborum conquirere, quantum perproperi artifices prefferint. Ipſos enim preſſores appellari ſcitis. Ignoscetis igitur ſi quidquam ineruditum vobis occurrerit; profectò enim, niſi tempus, diligentia (ut reor) minimè nobis defuiſſet. Poteritis vos hoc non excuſare ſolùm (doctis loquor) ſed laudare extremâ vocali litterâ perlecta. At quin hoc tam perproperâ feſtinatione conficeretur, non fuit in noſtro arbitrio. Quid plura? alibi quantus ſit* Tricœlius, *ſpero, cognoscetis. Valete: ac expectationem*

(a) In fine. (a) Me-

*tionem unà cum noſtrâ operâ ſiſtite. Quænam nunc ſint temporum conditiones, videtis. Bella furiunt. Divinis interdixit Pontifex. Vagatur contagio. Verùm interim conquiremus Libros. Spero poſt has ingentes turbas, exautoratis rebus Martiis, Scriptoris alicujus veterani, ut ſic dixerim, ſpectatæ virtutis, vel recentioris probæ indolis, ac ſtrenuoſiſſimi, facto delectu, litteraria ſigna pandemus. Iterum Valete.*

ANGELUS FANUCIUS Sacerdos *Lucenſis*
TRICŒLIO TORQUATO S.

*Compulſus amore ampliſſimæ virtutis tuæ, eximiæ'que humanitatis, clariſſime mi* TRICŒLI TORQUATE, *profectò quin tui ampliſſimi nominis laudem aliquid prædicarem, continere me minimè potui, cùm ſcilicet tot, & tantos labores in hiſce corrigendis, tum Græcis, tum Latinis Operibus, quæ nunc* JOANNI MACIOCHIO *conficiuntur, videam perpeti, maximâ quidem diligentiâ (ut vix dici queat) adhibitâ. Sed in eo potiſſimùm es admirandus, inveniendarum ſcilicet aptiſſimè Græcarum dictionum modo, perſpicaci ſolertiâ, miróque ordine abs te invento. Quo cùm Græcis cupientibus nihil melius, nihil jucundius, nihil denique amabilius afferri queat, moriar niſi de humano genere, quod totum poſſit hic tuus labor honeſtare, ſatìs ſupérque bene mereris. Contemptis his igitur omnibus, qui livore ac malevolentiâ compulſi gloriæ tuæ detrectare ſtudent enitere veluti cœpiſti, contende, & effice, ex quo profectò tuum tuorúmque poſterorum nomen celeberrimum immortalitati jure merito commendabitur. Vale, nec tui* ANGELI FANUCII *immemor.*

Clari hujus Typographi Inſigne erat Corona, ſub ſcriptis litteris I. M.

Anno poſtea 1517. LIBANII Sophiſtæ (a) Exercitamenta Rhe-

(a) Μελέται: de filio exhæredato, de DEMOSTHENE ab arâ miſericordiæ abstracto; de patre filium occidente; de avaro theſauri inventore; Judicium NEPTUNI adverſus MARTEM, & MARTIS adverſùs NEPTUNUM; de divite ſe naviter gerente; de paupere divitem accuſante; de Rhetore obſidionem amoliente; de reditu LAIDIS; de ARCHIDAMO accuſato; de fratre egregiè ſe gerente; de fratre Philadelpho; de condemnato exilium petente; de avaro filium exhæredante: de TIMONE ALCIBIADEM accuſante; de patre generum & filium occidente; de præfecto advenam interficiente; de moroſo; de paraſito; de MENELAO apud *Trojanos* pro HELENÂ perorante.

Λόγοι: de ſuâ fortunâ; ad juvenes; de DIANÂ; de inſatiabilitate; de ARISTOPHANE; ad JULIANUM. Monodia ad NICOMEDIAM; ad JULIANUM; contra LUCIANUM; Vituperatio iræ; Laudatio Bovis; Comparatio urbis & ruris. Ecphraſis curſûs heroum, calendarum, ebrietatis, belli, alterius tabulæ in curiâ: quòd ditescere injuſtè quàm inopem fieri infelicius; & de amicis.

De LIBANII editione *Ferrarienſi* FEDERICUS MORELLUS in ſuâ habet hæc; —*eccum* LIBANIUM *Sophiſtam agnoſcis? Non hunc, inquis, tantæ molis, tam craſſum, ac numeroſum; ſed* Ferrarienſem *macrum, μονόγλωττον, typorum maculis πιναρὸν, operarum mendis ſcatentem. Vah! dolent adhuc oculi*

Rhetorica Græcè primum excudit idem MACCIOCHUS; cum CœLII CALCAGNINI ad SOTERIANUM CAPSALEM Epiſtolâ. Hic SOTERIANUS (a) *nuper in* Italiam *proficiſcens ex mediâ (ut aiunt) flammâ* LIBANIUM *extulit; & nuſquam judicavit honorificentiùs excipi poſſe, quàm apud* HIPPOLYTUM *Cardinalem* Eſtenſem.

Anno 1518. *Baſileæ* ANDRÆAS CRATANDER cum SERVATIO CRUFT Jo. (b) OECOLAMPADII (c) *Dragmata Græcæ litteraturæ*; ORPHEI *Argonautica* Græcè cum metricâ Latinâ interpretatione ſolus anno 1523. impreſſit. In ejus typographicâ Officinâ operam navaverunt (d) JOANNES SICHARDUS, (e) HIERONYMUS GEMUSÆUS, & (f) JOANNES OECOLAMPA-

*ſeculi ex triſti illius inamœnæ, caræ tamen, Editionis lectione.*

(a) Lege CALCAGNINI Epiſtolam.

(b) Hic in Epiſtolâ ad HARTMANNERUM HALLUVILERUM præfixâ de CRATANDRO ſic ſcribit. ——— *Dragmata hæc* Andreæ CRATANDRO, *novo Typographo, miræ diligentiæ & ardoris, in promovendis literatæ literaturæ ſtudiis tantopere pro noſtrâ veteri conſuetudine expoſtulanti, edenda tradidi.* ——

(c) Hæc accuratiùs recognita ad prelum anno 1523. revocavit CRATANDER cum brevi ad ſtudioſos præfatione; quam ita concludit ——— *Hujuſmodi rationem ſtudiorum amplectere, & paruiſſe monenti nunquam pœnitebit, qui cupio non ſolùm ut Libros, ſed ut modum fruendi litteris à me compares.*

(d) Ejus Epiſtola ad *Matthiam à* SACRÆCASTRO Officialem *Trevirenſem* habetur ISYCHIO in *Levit.* apud CRATANDRUM ann. 1527. excuſo præfixa; cujus id eſt principium; *Dum tu iſtic exſcribendis, ego verò hic excudendis Libris, pro ſe uterque noſtrûm ſtrenuè operam navat, neſcio, an nos gratia, non dico jam digna, ſed ulla ſequatur. Ad me quamvis hoc parum attinet, qui hoc mihi duco lucrum vigiliarum mearum abunde magnum, ſi aliquâ modò parte noſtri ſæculi hominibus profuero; id tamen quod ingenii dotibus, quæ ſcio quàm mihi ſint exiguæ, haudquaquam ſumpſerim, ſed quum nihil non tento, ne quidem rei familiari ſatis conſulens, ut à ſitu, quo erant occupati fœdiſſimè, optimi quique Authores aſſerantur, ut ſint, vel poſteris, poſteaquam de iis, qui nunc vivunt, propemodum deſperatum eſt, animi erga hoc ſæculum bene affecti teſtes. &c.*

(e) MELCHIOR ADAM. in *Vit. Philoſ. Germ.* p. 129. & ZELTNER. *Correct. Typ.* p. 229.] „ GEMUSÆUS *Mulhuſii*, oppido ſuperioris *Alſatiæ*, editus anno quinto ſupra mille quingentos ——— ad „ *Baſileenſem* ſe contulit Scholam, ubi urgebat operas ſcholaſticas *Henricus* GLAREANUS —— anno vigeſimo quinto „ Philoſophiæ Doctor renunciatus ——— „ & anno trigeſimo tertio Medicinæ, „ *Baſileam* rediit; ibíque ei Philoſophiæ naturalis publicè docendæ provincia fuit demandata. Paulò pòſt *Andreæ* CATANDRI Typographi filiam „ uxorem duxit; útque ex ſoceri Officinâ „ Auctores optimi optimè excuſi prodirent, diligenter curavit. Ductore *Sebaſtiano* MUNSTERO Hebraïcam addidicit Linguam, cui occaſio erat labor „ ipſe typographicus, cùm ſæpius in paginis luſtrandis Hebraïca occurrerent. Præfationes prolixas GALENO & *Almageſto* PTOLOMÆI *Latino* præmiſit, quæ opera ſibi à Typographo ad corrigendum exhibita erant. Obiit anno 1545.

(f) Lege Vol. I. *Annal. Typ.* p. 292. *Melchior.* ADAM. in *Vit. German. Theologor.* p. 45. & ZELTNER. *Correct. Typ.* p. 384.] „ OECOLAMPADIUS vernaculâ HAUSSCHEIN, *Winſpergæ*, oppidulo *Cheruſcorum*, anno 1482. natus ——— *Baſileam* ann. 1515. à *Criſtophoro* UTENHEIM Epiſcopo Urbis vocatus, ann. „ 1516. Theologiæ doctoratu auctus, „ deinde

PADIUS. CRATANDRO Imago Occaſionis erat Præli Inſigne. (a) Anno 1532. in ARISTOPHANIS Comœdiis Græcè excudendis habuit JOANNIS BEBELII conſortium: & ad earum calcem affixit Palmam Inſigne *Bebelianum*.

*Argen-*

„ deinde *Auguſtam Vindelicorum* à Canonicis accitus, ibi Monaſterium ingreſſus; tandem *Baſileam* (1) anno 1522. reviſit, ubi, ne tempus otio tereret inani, ab *Andreâ* CRATANDRO, Typographo laudatæ Urbis optimè merito ad ſuſtendam vitam in Officinam publicam typographicam receptus largiter, unde viveret, accepit, eâ conditione, ut ſedulam in corrigendis Codicibus exſcribendiſque navaret operam. Obiit anno 1531.

(a) In hac Editione *Andreas* CRATANDER Lectorem monet *duas Comœdias in calce adjunctas nimirum* Sacrificantes Fæminas, Atticâmque LYSISTRATEN; *in quibus ſiquid deſiderabitur, in Exemplar mutilum & corruptum culpam transferri oportet: ſe illas, ut invenit, minus expolitas, quàm nullas tradere maluiſſe.*

(2) Tunc primùm undecim ARISTOPHANIS Comœdiæ junctim prodierunt. Hæc igitur Editio omnium, quæ præceſſerunt, eſt integerrima. (3) ALDUS in ſuâ omnium primâ ann. 1498. LYSISTRATEN, quam non niſi dimidiatam habere poterat, prætermiſit. (4) In ſecundâ (ſcil. *Juntinâ*) ann. 1515. *Bernardus* JUNTA novem Comœdias à ſe caſtigatas *Philippi* JUNTÆ typis excuſas *Franciſco* ACCOLTO deſignato Epiſcopo *Anconitano* dedicavit, eique duas nondum impreſſas promiſit, *ni forſan* (inquit) *Euphronymi* BONINI *Præceptoris tui promiſſæ in leves abibunt auras*: illas autem, ex *Urbinate* Bibliothecâ antiquiſſimum Exemplar nactus ſeorſim anno eodem, iiſdemque typis ac formâ edidit. In tertiâ ann. 1525 apud hæredes *Philippi* JUNTÆ, ab *Antonio* FRACINO *Varchienſi* ope ARSENII *Cretenſis* uſo recognitâ & ſexaginta in IRENÂ verſibus auctâ; uti & in quartâ ſcil. *Gormontianâ* ann. 1528. duæ illæ deſiderantur. Hæc autem quinta (de quâ nunc agimus) (5) *Baſileenſis* per CRATANDRUM & BEBELIUM ann. 1532. undecim Fabulas cum (6) *Symonis* GRYNÆI Præfatione Latinâ complectitur.

De BEBELIO deinceps plura ſuo loco dicentur.

(a) Vi-

(1) Eum tamen quadriennio antè *Baſileam* reverſum conſtat ex Epiſtolâ ſuis *Dragmatibus* præfixâ *Baſileæ* prid. Cal. *Sept.* 1518. datâ. In quâ ſcribit *ſe in* Heydelbergenſi *Gymnaſio agentem, ſusceptâ Præceptoris provinciâ, ad illa conſarcinanda a* Petro SCYBENARDO *Theologo incitatum.* In eâdem *Wolfgangum* CAPITONEM laudat. De OECOLAMPADII *Dragmatibus*, quæ *Heidelbergæ* compoſuit, multiſque aliis ad eundem pertinentibus conſulendus eſt *Melchior* ADAMUS in ejus Vitâ.

(2) De variis ARISTOPHANIS Editionibus agit MENAG. in *Anti-bail.* Cap. 113.

(3) GESNERUS (uti obſervat FABRIC. in *Biblioth. Gr.*) in ſuâ Biblioth. anno 1502. malè attribuit, legens MCCCCCII. pro MCCCCIIC. aut potius MDII. pro MIID; nam ſic numerus in illâ Editione exprimitur.

(4) In hâc etiam erravit GESNERI Editio, in quâ hæc habuiſſe ſcholia dicitur.

(5) FABRICIUS in *Bibliothec. Gr.* ſcribit hanc Editionem *Francofurti* fuiſſe factam, in errorem ductus à MENAGIO (quo *ſe in recenſendis* ARISTOPHANIS *Editionibus uſum fuiſſe* profitetur p. 116.) cujus (in *Anti-baill.* c. 113.) hæc ſunt verba ----- *En* 1532. André CRATANDRE *&* Jean BEBELIUS *Imprimeurs de* Francfort, *imprimerent à* Francfort *in* 4. *les Comédies Grecques d'*ARISTOPHANE &c. En ut cespitat graviter ipſe MENAGIUS, dum BALIETI ignorantiam acerrimè traducit.

(6) Hic in ſuâ Præfatione *magiſtris puerorum dat conſilium, quomodo per prata* Ariſtophanica, *inducto puerorum grege, tutus faciat iter, ne inter ſpecioſiſſimos flores in exitiale maximè venenum incurrant.*

„ *Symon* GRYNÆUS natus eſt 1493. circa Oppidum *Veringam* in Comitatu *Mohenzollerenſi* —— anno 1523. *Heidelbergæ* litteras Græcas docuit. —— anno 1529. OECOLAMPADIO authore *Baſileam* invitatur ad docendum. —— anno 1534. *Tubingam* vocatur —— Biennio pòſt *Baſileam* reverſus ERASMO morienti adfuit —— anno 1541. ex vitâ migravit ætat. 48. *Melchior* ADAM. *de Vit. Germ. Philoſoph. pag.* 118. ubi de ejus ſcriptis. CRATANDRO, BEBELIO, WINTERO, CURIONE, HERVAGIO, Typographis *Baſileenſibus* uſus eſt. *Lege* GESNER. *Biblioth.*

*Argentinæ* innotuit anno 1515. JOANNES SCHOTTUS, qui LUCIANI *Deorum Dialogos* Græcè cum Latinâ è regione interpretatione vulgavit; nec ſolum titulum rubricis ornavit, ſed Græci Textûs exteriores ſingulos margines florentibus limbulis decoravit. His Dialogis præmiſit Epiſtolam NACHTGALLUS, ex quâ pauca excerpſi.

OTHOMARUS NACHTGALL *Argentinus*,
JOANNI SCHOTTO municipi ſuo S.

*Quum in hâc Urbe noſtrâ* Argentinenſi, *cui ambo vitæ hujus initia debemus, omnis eruditorum cœtus ad Graiam eloquentiam, veluti* πρὸς τῆς ἀμαλθείας κέρας *adſpiret: conductóque aliunde Præceptore* CONRADO Melliſſipolitano, ERASMI Rotterodami *diſcipulo*, *Græcæ Linguæ non indocto, avidè admodum* THEODORI *Grammatica perdiscat; viſus ſum mihi operæ precium facturus, ſi Deorum* LUCIANI Samoſatenſis *Dialogos, ductu clariſſimi viri* ALEANDRI Mottenſis *Præceptoris mei*, Lutetiæ *publicatos Græcè ſub tuâ impreſſoriâ incude, Græco-Latinos fieri curarem: quò Græcitatis adhuc rudes, quaſi ex mutis (ut aiunt) magiſtris, Græci aliquando evadere poſſent.* —— *Tu vale, mi* Joannes: *bonísque literis, ut cœpiſti, arte tuâ impreſſoriâ ſuccurre: boníque conſule hæc minutula, memor hujus* Heſiodici,

Ἐι γὰρ κεν τὸ σμικρὸν ἐπὶ σμικρὸν καταθεῖο,
Καὶ θάμα τοῦτ᾽ ἔρδοις, ταχά κεν μέγα καί τι γένοιτο.

*Iterum vale. Ex Viridario S.* JOANNIS Argentineñ.

Et ad calcem, ſic ad Lectorem.

*Statueram quidem, candide Lector, in hôc Opere voculis Græcis, exanuiſſim è regione adjicere Latinas: ut fieri aſſolet in hôc tralationis genere: quo verbum verbo redditur, quemadmodum ab initio à nobis in paucis Dialogis vides obſervatum.* —— *In rem tuam magìs futurum ratus: ſi Latinis puſillum quoddam verbum adjicerem, quod in Græco non habetur: aut rurſus Græcum ſupprimerem in Latinis, etiam inverſo nonnunquam dictionum ordine: tibíque quisquis es, qui delicatiſſimas hasce nugas legeris, Authoris ſententiam aperirem: quàm ſi ſecus agam, à* FLACCI *inſtituto totâ (ut aiunt) viâ errem. Id inſit:*

Non verbum verbo curabis reddere fidus
Interpres. - - - - - -

*Quod idcirco admonui: ne quis Græcitatis leporem me Latinè arbitretur reddere tentâſſe, quum hoc paucis admodum noſtrâ ætate ſit conceſſum. &c.*

Editionis fronti Typographus ſubſcripſit hæc: JOANNES SCHOT-

SCHOTTUS Argentinæ *ſtudioſiùs elaboravit*, *ſed relectos judica* : fini adjecit erratorum in Græcis Indicem. Hic SCHOTTUS anno 1510. impenſis GEORGII MAXILLI imprimebat.

Anno 1516. *Genuæ*, *Pſalterium Hebræum*, *Græcum* , *Arabicum & Chaldæum cum tribus Latinis interpretationibus & gloſſis* , *impreſſit miro ingenio* PETRUS PAULUS PORRUS *in ædibus* NICOLAI JUSTINIANI PAULI, *præſidente Reip.* Genuenſi *pro ſereniſſimo* FRANCISCO *Rege præſtanti viro* OCTAVIANO FULGOSO.

Hic Typographus ad ſuum nomen alludens pro Inſigni porrum ; cum duplici littera P. P. adſumebat ; erat (a) *Mediolanenſis*, & degebat *Taurini*.

Liber hic primus typis *Arabicis* excuſus eſt ; hactenus nulla Bibliorum pars Linguâ multiplici expreſſa lucem aſpexerat. Hujus Operis curam geſſit AUGUSTINUS (b) JUSTINIANUS *Genuenſis* Ordinis Prædicat. *Nebienſis* (c) Epiſcopus, quem jam diu hanc rem agitâſſe ex JACOBI ANTIQUARII ad ipſum (d) Epiſtolâ, *Mediolani* VIII. Cal. *April.* M.D.VI. datâ, comperimus. *Admirari non deſino* (ſcribit ANTIQUARIUS) *quo pacto ſucciſivi temporis ratio*, *eò abs te fuerit producta*, *ut occupationibus maximis implicitus*, *Græcam*, *Hebræam*, *Chaldæam*, *Arabicámque Linguam repentè adeptus videare*, *& ne ſinè teſtibus res acta credatur*, *nuper eas ad novum*, *quod aiunt*, *inſtrumentum contuliſti*. *Ut quod Latinis politum literis habebatur*, *nunc adjunctis ipſarum quoque Gentium Linguis appareat Evangelium in omnem creaturam* , *juxta Domini mandatum olim exiiſſe*.

Legimus etiam in JUSTINIANI ad LEON. X. Præfatione in ſuum Pſalterii Octaplum, *Latinè*, *Græcè*, *Hebraïcè*, *Arabicè* , *Chaldaicè* ſcriptâ *Genuæ* Calend. *Aug.* 1516. datâ ; ipſum *jam diu laborâſſe*, *quò utrumque ſacræ Legis Inſtrumentum quinque præcipuis Linguis* , *Hebræâ*, *Chaldæâ*, *Græcâ*, *Latinâ* , *& Arabicâ*, *in unum redactum corpus*, *conſpicuâ verborum ſibi invicem reſpondentium ſtructurâ ederet*. Et ſic pergit ; *Hujuſmodi autem ſacræ interpretamenta Scripturæ* , *olim tentata ſunt & à Græcis* , *& à Latinis*, *quin etiam Hebræi*, *Chaldæi*, *& Arabes*, *ejus conatûs indicia poſteris reliquere* ; *quorum venerandæ vetuſtatis & fidei apud me adhuc extant monimenta*. *Græci quidem unâ interpretatione*

(a) Vide ad *Pſalter*. finem.

(b) De eo & ejus Opere lege P. LE LONG *Discours ſur les Bibles Polyglot.* p. 32.

(c) Anno 1514. evectus ad Epiſcopatum.

(d) Quæ ipſius *Pſalterio* præfigitur. Lege GESNER. *Bibliothec.*] *Ad eundem modum univerſum Vetus Teſtamentum ac Novum paravit* , *ubi præter quintuplicem ordinem Hebraæ* , *Latinæ* , *Græcæ & Arabicæ Linguæ*, *addidit etiam Chaldaam figuris tamen Hebraïcis*, *unáque ejus interpretationem cum columnâ Scholiorum*. *Teſtatur hoc idem* AUGUSTINUS *in Epiſtol. ad* BENDINELLUM *Cardinalem*.

(a) In

*tatione minimè contenti, ſex edidere, quas poſtmodum diligentiſſimus* ORIGENES *in unum collegit, appellavítque ex re Hexapla, quòd ſex Editiones unâ tamen duntaxat Linguâ in eodem folio continerentur. Nos verò non ſolum hexapla, verùm octapla, perficere contendimus, nec unâ ſolùm Linguâ, verùm omnibus illis, quibus perdiſcendis, haud ſinè magnâ cauſâ, impendi operam, ſacri Canones jubent. Acceſſerunt (qui fuit præcipuus labor) novæ ex Hebræo & Chaldæo interpretationes. Sed & ſcholia quædam, in maximè neceſſariis locis addidimus, quibus omnibus ſi lepor & elegantia verborum deſiderabitur, cogitet quilibet æquus rei arbiter contendiſſe nos, non tam ut eleganter, quàm ut ex fide, verba responderent verbis, ſenſáque ſenſibus. Ipſæ enim barbaræ figuræ, inciſáque & circuitus, quæ omnia noſtri hujus Latii candor reſpuit, fœta ſunt myſteriis & ſacramentis. An vero noſter hic labor fructum aliquem ſit pariturus, in Catholica Matre, cui ipſe dignè præſides, libuit periculum facere hôc* Davidico *Pſalterio, quod ex toto opere nunc quaſi delibamus tuo dicatum nomini. Quòd ſi tu, cujus authoritate nihil inter humana ſublimius, rem ipſam probaveris, & dignam editione duxeris, in promptu erit nobis univerſo operi manum extremam imponere, & tam novum quàm vetus Inſtrumentum, iiſdem diſtinctum Linguis, eâdemque ſerie & ſtructura, tradere Impreſſoribus formandum. Sit ergo tibi hoc quaſi primitiæ quædam totius Operis.* &c.

Ad *Pſalterii* calcem adtexitur BAPTISTÆ FLISEI ad *Nebienſ.* Episcopum Epiſtola.

Reverendo AUGUSTINO Episcopo *Nebienſ.*

BAPTISTA FLISEUS Iu. V. D. S. D.

*Neſcio,* AUGUSTINE *pater, quid potiſſimum mirer in tuo hôc* Pſalterio *téne unquam cogitâſſe, tam multifariam Linguarum ſeriem in re univerſis Gentibus neceſſariâ, an adgreſſum fuiſſe cogitatam. Perfeciſſe tam immanes auſus, an incepiſſe, ſecreta tot Linguarum indagâſſe, an indagata non pro te modò didiciſſe ſed univerſis diſcenda, eſſe impertitum, denique voluiſſe an valuiſſe, rem tot ſeculis deſideratam, ſed à nullo vel tentatam vel præſtitam, & perficere & perfectam tanto labore & ſumptu cunctis præbere inſpiciendam, & ad cujúsque volentis uſum & profectum accommodandam. Tot curis monaſticis addictum hominem, & ipſam paupertatem ac alienis nutibus obnoxiam vitam, ſolenni voto profeſſum, tum omnium Linguarum unâ Latinâ exceptâ ignarum, potuiſſe tam brevi temporis ſpatio, & tot Linguarum peritiam comparare, & comparatam omnibus percipiendam proponere & exarare nimirum fuit nedum difficile & arduum, ſed penè impoſſibile & vires humanas excedens. Adde quòd in tantâ Linguarum mixturâ & tam multijugâ connexione vix credibile eſt non ſæpiſſime fuiſſe erratum, non mendoſam creberrimè impreſſionem evaſiſſe: Dum & miniſtri hujuscemodi Artis impreſſoriæ, quam vocant, ignari ſunt*

*ſunt bonarum literarum, & tu omnia unus corrigere & emendare non ſuffi-cis: & tamen ego, quantum quidem valui revolvere & excutere, quæ ad Latinam pertinent Linguam, præter pauca admodum, quæ ſubjeci huic Epiſtolæ, nihil ferè offendi aliud, in quo inſignis menda appareat: videant reliqua, qui cæteras Linguas callent, nam mihi vel earum Linguarum ignorantia vel moles ipſa curarum forenſium, adimit facultatem tot varietates vocum, & literarum ſcrutandi. Tu verò perge divinum complere negocium, & quod* Pſalterio Davidico *tribuiſti, confer cæteris quoque Sacræ Scripturæ partibus, ut eâ tot Nationum auribus accommodatâ, invitetur univerſus Orbis ad tantarum rerum noticiam; neque enim deerit Spiritus Domini bonus, qui difficilia & dura emolliat, & involuta & clauſa reſeret, & aſpera & confragoſa complanet. Tum* LEO *ipſe Pontifex maximus, cui tu Opus ipſum dicâſti, pro ſuâ erga omnes benignitate & munificentiâ, non deerit tibi quoque in cunctis Operi neceſſariis præſertim adeò utiliter navanti operam ei, cujus vices gerit in terris. Ego verò quicquid valeo, quicquid ſum, ero itidem paratus tibi in multo, ſicut fui in modico. Vale.*

Quamvis tamen FLISEUS *nihil præter Latinum revolvere valuerit*, ſubſequitur tamen ejus Epiſtolam accurata in *Hebraïcis*, *Latinis*, *Græcis*, *Arabicis*, & Scholiis (a) recognitio.

(b) Aſſervantur in *Genoenſi* Bibliotheca & *Pſalterium* hoc & *Novum Teſtamentum* totidem Linguis deſcriptum, cui JUSTINIANUS in ſuis Reipublicæ illius Annalibus anno 1535. editis ſe *Vetus Teſtamentum* eâdem formâ additurum fore promiſerat, ſed Episcopi doctiſſimi labores triſte, cùm *Corſicam* peteret, naufragium proximo anno intercepit.

Non eſt hìc omittendum Doctiſſimi (c) HUETII de JUSTINIANO teſtimonium. *Primus poſtremis hisce temporibus nomen ſuum duplici*

(a) In illo Indice voces perperam excuſæ numeralibus litteris Chartarum & Linearam Indicibus notantur. Ipſe tamen chartæ litteris numeralibus vacant. Quod quidem Lectori, qui errata reſtituere voluerit, laborem pariet & tædium. Ciphrarum uſum nil magìs quàm Index erratorum arguit. Id antea obſervatum eſt Vol. I. *Annal. Typogr.* pag. 267.

(b) Lege JACOB LE LONG, *Discours ſur les Bibles Polygl.* p. 34.

(c) *De Clar. Interpret.* ann. 1661. p. 113. Et *Jacob* LE LONG ſur les Bibles Polyglot. p. 36.] „ Il fit tirer deux mille Exemplaires de ce Pſautier, parce „ qu'il croyoit que cet Ouvrage lui acquereroit une grande gloire, & qu'il en auroit en même temps beaucoup de profit, lequel il deſtinoit pour aider quelques perſonnes de ſa famille qui étoient „ dans le beſoin. Il s'imaginoit que ce „ Livre devoit être bien reçû, & que „ tous les Prélats riches, & même les „ Princes devoient ſe donner bien du „ mouvement, & l'aider de leurs moyens pour faire les frais de l'Impreſſion des autres Volumes. Mais, *ajoûte-t-il*, ma trop grande credulité fut bien „ trompée; chacun loua l'Ouvrage, mais „ on ne paſſa pas outre; à peine la quatrié-

*duplici ſacrorum Librorum Interpretatione, alterâ ex* Ebræis, *è* Chaldæis *alterâ celebravit* AUGUSTINUS *ille* JUSTINIANUS, *de quo mentio modò à nobis injecta eſt: verba verbis totidem, iiſque ſelectis, nec impuris in utrâque retulit, fidémque ſuam, ac diligentiam doctis omnibus approbavit. Id adeò ex Pſalterio ejus* πολυγλώττῳ, *quod unum ex immenſo hôc Opere, typographico labore excuſum eſt, ſtatuere licet. Id ſi indocta illa ætas majori favore excepiſſet, & nobiles eruditi hominis labores adjumento aliquo & opibus promoviſſet, univerſam Scripturam ſimili ornatu decoratam, & pari Interpretationum numero ab eo ditatam haberemus.*

Jam pridem Editio Bibliorum πολύγλωττος cogitata fuerat & inſtituta, ſed nondum tentata. (a) ALDUS enim MANUCIUS diu (b) ante annum 1500 Opus hujuſmodi meditabatur, & FRANCISCUS TISSARDUS ſibi id in animo fuiſſe anno 1508. (c) teſtatus eſt. Sed ante JUSTINIANUM nihil tale cœptum comperio, ante (d) Cardinalem *Toletanum* nihil perfectum.

Biennio poſt editum JUSTINIANI *Pſalterium*, ſuum etiam ann. 1518. *Hebraïcè*, *Græcè*, *Latinè*, & *Chaldaicè* (i. e. (e) *Æthiopicè*) publicavit *Coloniæ* JOANNES POTKEN Eccleſiæ S. GEORGII *Colo-*

„ triéme partie de ce que j'avois fait tirer
„ fut-elle enlevée. Il dit enſuite, que
„ comme ce Pſautier n'étoit à l'uſage que
„ des Perſonnes ſavantes & d'un eſprit au-
„ deſſus du commun, dont le nombre
„ n'eſt pas grand, il ne pût ſe dédomma-
„ ger des avances qu'il avoit faites, par-
„ ce qu'outre les deux mille Exemplaires
„ tirez en papier, il y en avoit une cin-
„ quantaine en velin, dont il fit préſent à
„ tous les Rois de la terre, ſoit Chrétiens,
„ ſoit Infidèles.

(a) Vol. I. *Annal. Typogr.* p. 237, 238, 255.

(b) Reverendus & doctiſſimus *Jacobus* LE LONG (in Diſſertat. de Polyglott. p. 2.) ſcribit hæc: *Le projet d'*ALDE *fut encore poſterieur* [à celui de *François* TISSARD]; *car quoique* Juſtin DECADYUS *ne nous informe de ce deſſein que dans la Préface d'un Pſautier Grec, qu'*ALDE *imprimoit, & dont il n'a pas marqué le temps de l'impreſſion: cependant on a ſujet de croire, que ce n'a été que peu de temps avant ſa mort, qui arriva dès le commencement de l'année* 1516. DECADYUS Grec *de la domination de* Veniſe *y félicite ceux de ſa Nation de ce que ce fameux Imprimeur avoit entrepis de donner au public une Bible en trois Langues.* Mihi tamen aliter ſentiendi veniam det Vir clariſſimus cujus amicitiâ gaudeo, induſtriam & eruditionem ſuſpicio, ſcriptis me multum debere lubens agnosco. Pſalterium illud *Juſtini* DECADYI cur longè antiquius credam, probare (Vol. I. *Ann. Typ.* p. 237. 238.) conatus ſum. Sed quoniam Editionis tempus nullo certi anni indicio definitur, ne in re dubiâ videar ſolâ niti conjecturâ, produxi (p. 255.) GROCINI ad ALDUM ann. 1499. Epiſtolam, in quâ legimus ALDUM *jam ſtatutum habuiſſe, ut Opus illud arduum & Chriſtiano viro digniſſimum* ederet.

(c) Id clariſſ. *Jacob* LE LONG. probat ex TISSARDI Epiſtolâ *Hebraïcæ* ipſius Grammaticæ ann. 1508. præfixâ. Hanc equidem perlegi; nec tamen id à TISSARDO diſertis verbis affirmatum, ſed dubiis tantùm & ambiguis, potui deprehendere.

(d) De ejus Polyglott. poſtea dicetur.

(e) Linguam *Æthiopicam* à quibusdam vocari *Chaldæam* annotatum eſt in Præfatione Introduct. ad lection. Linguar. Orient. *Londin.* 1655. *Indicam* appellat POSTELLUS in ſuo duodec. Linguar. Alphabeto. *Pariſ.* 1538.

(a) AL-

*Colonienſis* Præpoſitus, cum Præfatione ad peregrinarum litterarum ſtudioſos; ex quâ deſcripſi, quæ ſequuntur.

*Dudum* Romæ *animo revolvens cognitionem peregrinarum & externarum literarum fore pro fidei Catholicæ propagatione, & obedientiæ Sedis Apoſtolicæ (cujus ab eâ tempeſtate, quâ adoleſcens vix eſſe deſii, fui alumnus) dilatatione pernéceſſariam.* —— *Statui jam ſenex Linguas externas aliquas diſcere, & per Artem impreſſoriam, quam adoleſcens didici, edere: ut modico ære Libri in diverſis Linguis, formis æneis excuſi, emi poſſint. Cúmque maximam* Indiæ *majoris, quæ &* Æthiopia *ſub Ægypto eſt, Regis (quem vulgo* Presbyterum JOHANNEM *appellamus) à puero audiiſſem potentiam.* —— *cúmque omnes in tot Regnorum Eccleſiis, Monaſteriis, & aliis piis Locis* Chaldeâ (imò Æthiopicâ) *in eorum ſacris uterentur Linguâ: magno deſyderio dictorum Regnorum diverſorum Monachos & Fratres mendicantes, qui tum* Romæ *peregrinationis causâ erant, adii: aſſiduóque labore non ſinè temporis jacturâ, quod idoneum Interpretem reperirem minimè, Linguam ipſam* Chaldæam (Æthiopicam) *ab eis ad tantam ſufficientiam didici, ut mihi perſuaderem me poſſe* Pſalterium DAVID *Arte impreſſoriâ edere, ut quinquennio vix exacto* (i. e. anno 1513.) Romæ *edidi. Sed cùm homo* Germanus *in patriam poſt multa luſtra reverſus, patriæ meæ fatear debitorem;* Pſalterium *ipſum non modò in hâc* Chaldæâ, *per me in* Europam *importari cœptâ; ſed &* Hebræâ & Græcâ & Latinâ, *Linguis imprimi curavi; vos interim admonens, quòd in verſiculorum diviſione* Chaldæorum *morem ſum imitatus: annotando tamen per ciphras quotusquisque cujuslibet Pſalmi more* Latino *ſit verſus, quæque prima primæ & ultima ultimæ lineæ lineis; & ſic de aliis lineis mediis in quatuor Linguis* Pſalterii *ipſius folium quodlibet volvendo in ſententiâ quantum ingenio noſtro fieri potuit, correſpondent, retegens etiam quæ* Græca, Latina & Chaldæa, *translationes, ex Septuaginta Interpretibus, non ex* Hebraïcâ *veritate, deſcenderunt. Adjutorem in his habui* Johannem SOTER, *alias* HEYL *affinem meum chariſſimum harum quatuor Linguarum ſtudioſum: cujus etiam auxilio me curaturum ſpero; ut literæ* Arabicæ, *quibus & non aliâ quàm* Arabicâ *Linguâ* Turcæ *& alii* Mahumetanâ *Sectâ decepti jam ferè per noningentos in eorum Templis ſeu* Mosquitis *uſi ſunt annos, in vulgus edantur: ſi ingenuos adoleſcentes & juvenes, externarum Linguarum cupidos & ſtudioſos comperero. Bene valete.*

Pſalterium *hoc Quadrilingue abſolutum* Coloniæ Agrippinæ *anno Domini* M.D.XVIII. III. *Idus* Junii.

A' JOANNE igitur POTKENIO Linguæ *Æthiopicæ*, utì ab AUGUSTINO JUSTINIANO (a) *Arabicæ* characteres in Typographiam



(a) ALDUS quidem anno 1499. in *Hypnerotomachiâ* nonnihil exhibuit *Arabicè*, ſed inciſum, non excuſum. Vol. I. *Annal. Typogr.* pag. 239.

(a) *Bru-*

phiam primùm introducti.

Eodem anno, quo JUSTINIANUS ſuum *Pſalterium Pentaglotton* edidit, *Baſileæ* ab (a) AMORBACHIO *Pſalterium triglotton* inter D. HIERONYMI Opera; à FROBENIO *diglotton* ERASMI (b) *Teſtamentum Novum* excuſum eſt. Illis prima debemus Bibliorum

(a) *Brunonis* AMORBACHII ea eſt ad pium Lectorem Epiſtola.

,, BRUNO AMORBACHIUS

,, *Baſileenſis*, *pio Lectori* S. D.

,, Dici non poteſt quàm gratulemur rem Latinam ab interitu penè ſuperiori ſeculo revocatam, *Laurentii* VALLÆ primùm operâ, deinde proximis annis mirum in modum ſtudio POLITIANI *Hermolai*que BARBARI coilluſtratam. Sed eſt quur non minus aggaudere debeamus, nempe quòd hôc tempore veteri probatæ'que Theologiæ plurimum lucis acceſſurum ſperamus, ex hâc caſtigatiſſimâ *Hieronymianorum* Operum æditione, quam in primis ERASMO, nonnihil etiam nobis ſtudioſi ferre debent acceptam. Emerſerunt abhinc pauculos annos literæ Græcæ, & nunc quod animo geſtienti referimus, quum in *Galliis*, tum in *Germaniis* permulti feliciſſimè græcantur, quod, haud ita diu, vel in ipſâ *Italiâ* rarum erat. Sed & Hebraïcæ illæ ſacratiſſimæ, quibus bona pars arcanæ ſcientiæ, hoc eſt, propheticorum myſteriorum nobis tradita eſt, doceri cœperunt, ſed quas non perinde multi complectantur, nimirum quod Exemplaria non ſint obvia typis Hebraïcis excuſa. Quapropter in rem ſtudioſorum hujus Linguæ, ſimul quod Divus HIERONYMUS, dum Pſalmos exponit, aut illorum utitur teſtimonio, lectionem Hebraïcam, & Græcam, quæ eſt Interpretum Septuaginta, frequentiſſimè citat: nos huic octavo Tomo corollarii vice quadruplex Pſalterium adjecimus videlicet Hebraïcum, & huic oppoſitam Divi HIERONYMI verſionem, quam vulgò Hebræam veritatem appellant; Græcum item, cui reſpondet è regione translatio quæ paſſim legitur ἄδηλος, hoc eſt, Autore incerto, nonnunquam (ut dicam id quod res eſt) δὶς διὰ πασῶν ab Exemplari Græco diſſidens, cujus rei culpa in Interpretis oſcitantiam, an in Librariorum incuriam, aut quod veriſimilius ſit, alicujus nebulonis audacem imperitiam rejici debeat, nolo excutere in præſentiâ. Quid quòd Hebraicam veritatem ut vocant, in *Judæorum* noſtri temporis, ſic ſuſpicamur, gratiam (nam illorum expoſitionibus admodum favet) nonnihil immutatam comperimus, ab aliquo Hebraicè docto, ſiquidem Exemplari *Veneto*, cum vetuſtiſſimis HIERONYMI Codicibus, multis locis non conveniebat. At enim nos pro virili in hoc incubuimus, ut, quemadmodum cætera noſtra, ſic hæc in manus hominum quàm emendatiſſima venirent. Et in Hebraïcis præcipuè curavimus ut quàm minimùm ab archetypis & his antiquiſſimis diſcederemus. Quòd ſi ſomnus obrepſit nobis alicubi, facilè veniam dabit æquus Lector, qui quum ipſam provinciæ difficultatem, tum anguſtiam temporis, quo hæc feſtinantes abſolvere coacti ſumus, ſecum perpenderit. Porrò fatemur ingenuè hoc negocii οὐκ ἄνευ Θησέως, quod aiunt, nos confeciſſe: ſed adjutos operâ doctiſſimi pariter & humaniſſimi patris *Chonradi* PELICANI *Rubeaquenſis*, ex familiâ divi FRANCISCI, cujus auſpicio potiſſimùm hæc res peracta eſt. Adjecimus ad ipſum *Pſalterii* calcem, inſtar coronidis, Inſtitutiunculam in literas Hebraïcas, videlicet legendi modum oſtendentes, ídque oppidò perquàm paucis. Neque enim is locus pati videbatur, ut regularum quadrigas illuc inveheremus. Quòd ſi cui illa non ſatisfaciunt, Opus undecunque doctiſſimi viri *Joannis* REUCHLINI adeat, cui Rudimentorum Hebraïcorum titulum præfixit.

,, Bene vale, & AMORBACHIIS fauſta precator. *Baſileæ*, octavo Calendas *Septembreis*. Anno milleſimo quingenteſimo decimo ſexto.

(b) De eo priùs dictum eſt.

(a) Teſta-

rum in (a) multiplici characterum formâ tentamenta: His verò (AMORBACHIIS ſcilicet & FROBENIO) præceſſerat ARNOLDUS (b) GULIELMUS DE BROCARIO, quo Typographo Cardinalis XIMENIUS Archiep. *Toletan.* in ſuis Bibliis imprimendis uſus eſt; quæ, cùm nihil in eo genere antè exierit magìs perfectum, attentiùs examinanda cenſeo. *Pſalteria* quidem, JUSTINIANI *Pentaglotton* & POTKENII *Tetraglotton* quatuor characterum (c) formas; *Complutenſia* Biblia, *Tetraglotta* licèt ſint, (d) tres tantùm exhibent. At verò Editiones illæ unum Librum, hæc omnes complectitur.

Opus hoc inſigne ſex Voluminibus incluſum ſub prælo plures annos ſudavit. Novo Teſtamento anno 1514. *Januar*, 10. Hebræo Dictionario, ann. 1515. *Maii* ult. quatuor Teſtamenti Veteris Voluminibus ann. 1517. *Jul.* 10. finis impoſitus. Sex demum Volumina anno 1520. *Mart.* 22. publicata. In toto hôc Opere Latinus character Bibliorùm Gothicus, reliquorum omnium Romanus: Latinæ Verſiones Textui Novi Teſtamenti Græco, Veteris Hebraïco LXX-viralis etiam Hebraïco, ut aptè reſponderent, columnis ſingularum è regione collocatis, curatum eſt. Quoniam verò ſæpe eveniret dictiones in Verſione aut plures aut pauciores, quàm in Textu, poni oportere, ideóque lineis utrinque paribus, & æqualibus intervallis non poſſe imprimi; necubi ſpatium malè hiaret vacuum, lineam lineásve, ubicunque ſic vacabant, (e) circinulis invicem junctis expleri placuit. Præterea ſingulæ dictiones litterulis juxta ordinem Alphabeticum Latinis notantur, ut eâdem litterulâ vocem alteram in Textu, alteram ei in Verſione reſpondentem afficiente, nullus ſuperſit, vel tyronibus, errandi locus.

Character, quo Novum Teſtamentum *Complutenſe* exaratur, prorſus peculiaris eſt; largus, planus, & æquabilis; nullis litterarum nexibus aut compendiis involutus; cujus rationem cùm reddat Præfatio, eam integram hìc ſubtexere volui.

No-

(a) Teſtamentum tamen ERASMI, utì neque Pſalterium *Mediolanenſe* anno 1481. Græco-Latinum, Polyglottis non adnumero. Vox enim πολύγλωττος Linguas plures duabus poſtulat. Id obſervavit *Jac.* LE LONG, in Præfat. ad *Diſſertat. de Polyglott.*

(b) Hic anno 1514. imprimebat *Valliſoleti.* Vide Catalog.

(c) Illud Hebraïcam (cui & Chaldaica ſimilis eſt) Arabicam, Græcam, Latinam, hoc Hebraïcam, Æthiopicam, Græcam, Latinam, exhibet.

(d) Hebraïcam (quæ eadem cum Chaldaïcâ) Græcam, Latinam.

(e) Otiantes hosce & ſolius ſupplementi gratiâ injectos characteres non probat CHEVILLERIUS, *Origin. de l'Imprim.* p. 107. Lege & *Jac.* LE LONG *ſur les Polyglot.* p. 16. 17.

(a) Con-

Novum Testamentum *Græcè & Latinè in Academiâ* Complutenſi *noviter impreſſum.*

Epistola πρὸς τοὺς ἐντευξομένους, *Græca & Latinè verſa.*

## Ad Lectorem.

„ Ne mireris aut vitio vertas, ô ſtudioſe Lector, quòd in hâc
„ Novi Teſtamenti Editione Græcâ aliter quàm in veteri, nudæ
„ tantum litteræ ſinè ullis aut ſpirituum aut tonorum notis impreſ-
„ ſæ publicentur; operæ pretium viſum eſt hujus tibi rei rationem
„ aſſignare. Ea enim hujuſmodi eſt. Antiquiſſimos Græcos abs-
„ que hiſce fatigiis litterarum ſcriptitâſſe notius eſt, quàm ut ſit
„ multis argumentis comprobandum. Docent enim id apertè anti-
„ qua non pauca Exemplaria; ut Callimachi Poemata, nec
„ non Sybillina carmina; ac præterea etiam marmorea Monumenta
„ vetuſtiſſima, quæ *Romæ* adhuc viſuntur nudis ſolùm characteribus
„ inciſa. Ut liquidò conſtet hujuſmodi virgularum apicúmque ſu-
„ praſcriptiones non in illâ primævâ Græcæ Linguæ origine fuiſſe
„ excogitatas, nec ad ejus integritatem uſquequaque pertinuiſſe.
„ Cùm igitur univerſum Novum Teſtamentum, præter Evange-
„ lium Matthæi, & Epiſtolam ad *Hebræos*, Græcè primùm,
„ ſicut à Spiritu Sancto dictatum eſt, ſcriptum eſſe conſtet; viſum
„ eſt priſcam in eo Linguæ illius vetuſtatem majeſtatémque intac-
„ tam retinere; ac Opus ipſum prætermiſſis etiam ipſis quibusvis
„ minimis appendiculis excuſſum ad imaginem antiquarum ſcriptura-
„ rum publicare: ne rei tam ſanctæ authoritati ac venerandæ majeſtati
„ adjectitiis novitiiſque rebus detrimentum afferri videretur. Acce-
„ dit, quòd ſi verum fateri volumus, hic ſpirituum tonorúmque
„ defectus nullum prorſus impedimentum ad rectam intelligentiam
„ afferre valet his, qui aliquantum in Græcâ eruditione promove-
„ runt. Cæterùm ne alicui dubium aliquod poſſit occurrere, in
„ quâ videlicet ſyllabâ accentum oporteat collocari, ſimplex tan-
„ tùm apex in polyſyllabis dictionibus adjectus eſt; & is quidem
„ non tanquam Græcus accentus, ſed tanquam notula ſignúmque,
„ quo dirigi poſſit Lector, ne in prolatione modulationéve dictio-
„ num aliquando labatur. In veteris autem Teſtamenti Editione
„ Græca, cùm ea ſolùm translatio ſit, non originalis textus; non
„ fuit conſilium quicquam ex vulgari ſcribendi modo tollere
„ aut immutare. Et quia non doctis ſolùm, ſed omnibus in uni-
„ verſum ſacrarum litterarum ſtudioſis hôc opere conſulendum eſt;
„ appoſitæ ſunt dictioni cuique litterulæ Latinæ ordine Alphabeti
„ indicantes, quæ dictio dictioni è regione reſpondeat; ne ſit no-

„ vi-

„ vitiis & nondum adhuc in Græcis litteris proveċtis errandi locus. „ Rurſus cùm nonnullæ diċtiones Græcæ multiplices ſive æquivo- „ cas aut alias ambiguas ſignificationes aliquando habere videantur, „ libuit hoc etiam annotare punċto ſuppoſito litterulæ Latinæ ſupra „ diċtionem Græcam collocatæ. Et ut Præfatiunculæ tandem huic „ modus imponatur; illud leċtorem non lateat, non quævis Exem- „ plaria impreſſioni huic archetypa fuiſſe: ſed antiquiſſima emenda- „ tiſſimáque, ac tantæ præterea vetuſtatis, ut fidem eis abrogare „ nefas videatur. Quæ ſanċtiſſimus in Chriſto Pater & Dominus „ noſter Leo Decimus Pontifex maximus huic inſtituto favere cu- „ piens ex Apoſtolicâ Bibliothecâ eduċta miſit ad Reverendiſſimum „ Dominum Cardinalem *Hiſpaniæ*: de cujus authoritate & mandato „ hoc Opus imprimi fecimus. Vos autem, litterarum ſtudioſi, hoc „ divinum Opus noviter excuſſum alacri animo ſuſcipite; & ſi „ Christi Opt. Max. ſeċtarores videri vultis & eſſe, nil jam „ reſtat, quod cauſemini, quò minùs ſacram Scripturam adeatis. „ Non mendoſa Exemplaria, non ſuſpeċtæ translationes, non inopia „ textûs originalis, ſolùm animus & propenſio veſtra expeċtatur. „ Quæ ſi non defuerit, fiet procul dubio, ut litterarum Divina- „ rum ſuavitatem deguſtantes reliqua ſtudia omnia contemnatis. Va- „ lete & omnia boni conſulite.

*Et ad finem*,

„ Induſtriâ & ſolertiâ honorablis viri Arnaldi Guilielmi „ de Brocario Artis impreſſoriæ Magiſtri. Anno Domini Mil- „ leſimo quingenteſimo decimo quarto Menſis *Januarii* die decimo.

*Denique*

„ Græcum Tetraſtichon Δημητρίου Δουκᾶ τοῦ Κρητὸς, & Decaſtichon „ Νικήτου τοῦ Φαύστου :

„ Latina Epigrammata tria; primum (in Dialogi modum) Jo- „ annis Vergaræ *Toletani* Artium Magiſtri, ſecundum Fre- „ denandi Pinciani Commendatarii Divi Jacobi, tertium „ Magiſtri Bartoli de Castro Burgensis.

„ Interpretationes Hæbræorum, Chaldæorum, Græcorúmque „ nominum.

„ Introduċtio quàm breviſſima ad Græcas Litteras.

„ Lexicon Græco-Latinum.

Voluminibus ſingulis præfigitur hoc Tetraſtichon; quod ad In- ſigne Cardinalitium ſubtus poſitum alludit.

„ Hæc

„ Hæc tibi pentadecas tetragonon reſpicit illud
„ Hoſpitium *Petri* & *Pauli* ter quinque dierum.
„ Namque Inſtrumentum vetus hebdoas innuit; octo
„ Lex nova ſignatur: ter quinque receptat utrumque.

Ad Voluminis ultimi finem apponitur Crux cum reliquis Paſſionis inſignibus; Monacho genua flectente, pictis à dextris PETRI, à ſiniſtris PAULI capitibus; addito infrà hôc lemmate, IN HOC SIGNO VINCES; AGB. litteris Typographi nomen indicantibus in ciphram μονόγραμμον convolutis.

Soli, quo Pentateuchus continetur, Volumini recognitio eorum, quæ perperam impreſſa ſunt, ſubjicitur.

Grande hoc *Complutenſium* Bibliorum Opus ut ab ipſo initio ad finem usque productum fuerit, ex Prologis variis Editioni præfixis, & ex iis, quæ eruditiſſ. P. JACOBUS LE LONG plenè & accuratè, ut omnia ſolet, (a) tractavit, deſcribam.

„ (b) XIMENIUS *Toleti*, ubi anno 1502. *Maii* 7. PHILIP-
„ PUM & JOANNAM ejus uxorem exceperat, quinque ferme
„ menſes moratus, intentionem ad ea convertit, quæ jam diu ani-
„ mo meditabatur. Magni ORIGENIS diligentiam imitatus,
„ editionem Bibliorum faciendam curavit. In eâ Veteris Teſta-
„ menti libri ternis columnis per ſingulas paginas ſunt diſtincti.
„ Prima Hebraïcam lectionem tenet, media vulgarem, quâ nunc
„ utimur, tertia Verſionem Græcam LXX. Interpretum transla-
„ tione etiam Latinâ illuſtratam. In margine verò inferiori, ne
„ quid deſideraretur, Chaldaïca, quam vocant, Paraphraſis ſub-
„ jecta eſt, Latinâ verſione à regione appoſitâ. At Novum Teſta-
„ mentum Græcam lectionem quàm emendatiſſimam, & vulgarem
„ translationem habet. Additum eſt poſtremum Volumen Hebraï-
„ carum dictionum eruditum & copioſum Onomaſticon, ab ejus
„ Linguæ peritis valde laudatum. Id in aliquot Bibliorum hujus-
„ modi libris, quorumdam incuriâ, qui eos aſſervandos ſusce-
„ perant, non ſinè gravi jacturâ, deſideratur. Res fuit cum-
„ primis operoſa & magnifica, & quæ non modò tam ingen-
„ tem Principem, ſed etiam ingentis animi virum, ad difficul-
„ tates omnes evincendas rem tam arduam comitantes, requi-
„ reret.

„ Accerſivit continuò ad ſe homines utriusque literaturæ peritiſ-
„ ſimos

(a) Conſule ejus *Bibliothec. Sacr.* edit. 1709. Vol. I. pag. 13. usque ad p. 20. & *Diſſert. ſur les Polyglott.* C. I.

(b) Lege *Alvar.* GOMET. lib. 2. *de geſt.* Franc. XIMEN. Edit. *Francof.* p. 41. &c.

„ ſimos (a) DEMETRIUM *Cretenſem* natione Græcum,
„ (b) ANTONIUM *Nebriſſenſem*, (c) LOPIDEM *Aſtunigam*, &
„ (d) FERNANDUM *Pincianum* Græcarum litterarum Profeſſo-
„ res;

(a) LONG, ſur les Polyglott. p. 24.] *Demetrius* DUCAS (qui Editionem hanc *Complutenſem* Græco Epigrammate laudavit) anno 1528. D. CHRYSOSTOMI Liturgiam *Venetiis* Græcè & Latinè edidit.

(b) ANTONIUS *de Lebrixâ*, Latinè *Nebriſſenſis*, Linguarum trium eruditarum peritus, *Salamanticæ* in Univerſitate Profeſſor anno 1522. obiit.

(c) *Didacus* LOPEZ *Aſtuniga* [*Jacques* LOPEZ *de Zuniga*] Notis in ERASMI Verſionem Nov. Teſtament. & FABRI *Stapul.* Schol. ad S. PAUL. Epiſtol. criticis notus, *Neapoli* anno circiter 1530, obiit. In illis Notis vocatur *Jacobus* LOPIDES *Stunica.* De quo ERASMUS (Epiſtol. ad BARBIRIUM anno 1521. *Junii* 26. datâ. pag. 649. 650. ERASM. Epiſtol.) ſic —— *Tandem nactus ſum Librum, quem in me ſcripſit* Jacobus LOPIS Stunica, *ut non paulò doctior, ita minùs virulentus, ſi ad* LEI *calumnias conferatur; cujus ego laudibus adeò nihil detraham, ut velim etiam conduplicatum, quod ſibi liberaliſſimè tribuit, quanquam in me tam malignus, ut nihil non adimat, ingenium, memoriam, judicium, eruditionem, lectionem ſacrorum Voluminum, peritiam Linguarum, denique & Grammatices, horum omnium beatiſſimum quoddam cornu ſibi ſuaviſſimè vendicans.* —— *Cæterùm demiror, quæ res ſic exacerbârit hominis animum in me, à quo ne verbo quidem unquam fuerit læſus: neque enim mihi perſuadere poſſum, tantum odium concipere bene natos animos, (quando, ut audio, gentis claritudinem cum eruditione conjunxit) niſi adſit improbus aliquis inſtigator. Nunc audio felicis memoriæ Cardinalem* Toletanum, *cui noſter heu jam iterum ſucceſſit* CROJUS, *illi fuiſſe auctorem, ut priùs Opus ad me mitteret, quàm evulgaret; quòd ſi reſponſione ſatisfacerem, magis è re ipſius eſſe premi Librum quàm edi. Sin aut non reſponderem, aut protervè & indoctè reſponderem, publicaret ſuos labores bonis avibus. At ille ſtatim à morte Cardinalis Typographis tradidit Opus, cùm illum id temporis latere non poſſet, alteram Editionem Novi Teſtamenti, aut exiſſe jam, aut mox exituram. Hæc utcunque habent, mihi certè voluptati eſt, etiam apud* Hiſpanos *efflorescere Linguas ac bonas literas: ac de* STUNICÆ *ingenio mihi ſatis ampliter promitto, ſed vereor ne apud cordatos & eruditos ex hôc labore, quo famam auſpicari voluit, non tam optimam gloriam retulerit, quam ipſe ſibi polliceri videtur.* Lege ERASMI Præfationem *Apologiæ* ipſius præmiſſam, quæ unà cum *Stunicæ* annotationibus in ERASM. & FABR. prodiit *Lutetiæ* ann. 1522.

(d) Hic Epigrammate Latino hanc Editionem Bibliorum ornavit. Hujus meminit THUANUS (Hiſtor. ann. 1552.) *Abstulit & idem annus* (ſcil. 1552.) *magnum* Hiſpaniæ *lumen* Ferdinandum NONIUM (Ferdinand NUGNEZ) Pinciâ Vaccæorum *oppido* (*Pincia* etiam vulgò *Valliſoleton* ſive *Valladolid* dicitur) *natum, atque indè nomen vulgò ſortitum, è nobiliſſimâ* GUSMANORUM *gente oriundum, qui cùm ſub* Ælio ANTONIO Nebriſſenſi *in patriâ, in* Italiâ Bononiæ *ſub* Philippo BEROALDO *litteris humanioribus operam dediſſet, & Græcam Linguam, ad quam eo ſeculo ferè incognitam incredibili ſtudio ferebatur, inibi didiciſſet, indè comparatis magno pretio Exemplaribus Græcis domum reverſus, primus Linguæ illius, quâ omnis ferè eruditio continetur, uſum in* Hiſpaniam *intulit, &* FERDINANDI *Regis, qui patri ipſius in ærarii præfecturâ ſedulò adminiſtratâ fidem probâſſet, favore ſubnixus, cùm ad honores virtutis viâ graſſari poſſet, ſtudia litterarum vitæ civili prætulit, &* Franciſco XIMENIO *Cardinali, cujus pietati & animi magnitudini tantum* Hiſpania *debet, operam ſuam & induſtriam in procudendâ illâ ad omne ævum duraturâ Bibliorum Editione addixit, & poſtea* Demetrio DUCÆ, Cretenſi, *quem Cardinalis ille, ut litteras Græcas in novâ Academiâ à ſe ingentibus ſumptibus* Compluti *in* Carpetanis *paulò antè inſtitutâ profiteretur, ex* Italiâ *evocaverat, in eo munere ſucceſſit. Dein,* Salmanticam di-

„ res; (a) Alphonsum Medicum *Complutenſem*, (b) Paulum
„ Coronellum, & (c) Alphonsum Zamoram He-
„ bræarum rerum conſultiſſimos, olim inter ſuos publicas Scholas
„ moderatos, tunc Chriſtianæ fidei ſacris ſusceptis Eccleſiæ Ortho-
„ doxæ domeſticos & alumnos.

„ His liberaliſſimè impenſas promiſit, ſingulos invitavit præmiis
„ propoſitis; & omnes ante omnia feſtinare hortatus eſt. Conqui-
„ ſiti ſunt undique utriusque Teſtamenti vetuſtiſſimi Codices, ad
„ quorum fidem caſtigatio excudendorum fieret, & vitiata loca ſa-
„ narentur, & quæ dubia & obſcura eſſent, illuſtrata colluce-
„ rent. Sed potiſſimùm adjumento fuerunt Bibliothecæ *Vaticanæ*
„ venerandæ antiquitatis Apographi, quorum copia per Leonem
„ X. Pont. Max. benigniſſimè Ximenio facta eſt, cujus jam
„ tum magnificentiam demiratus, cœpit hominem in magno pretio
„ habere: & ejus conſilium, quamvìs in ultimis terris poſiti, quo-
„ ties Reip. Chriſtianæ negotia poſtulabant, in rebus arduis requi-
„ rere. Facta eſt LXX. tamen Translationis explicatio partim ab
„ aliquot Academiæ *Complutenſis* eruditis hominibus, qui jam tunc
„ ſub Demetrio & Pinciano Præceptoribus in Græcis lite-
„ ris non vulgariter profecerant, partim à Demetrio, Pinciano &
„ Astunigâ, adeò feliciter confecta fuit, ut nihil à LXX. Interpre-
„ tibus juxta Græcam eruditionem ſit dictum, qualia permulta apud
„ eos habentur, quod à noſtris in tantâ brevitate fuerit prætermiſſum.

„ Fuit inter hos ad hoc munus vocatus Joannes (d) Ver-
„ gara, cui Libri, quos vulgò *Sapientiales* vocant (ut ab eo ſæ-
„ pius

*divertit alteram totâ* Hispaniâ *maximè famoſam Academiam, in quâ & literas Græcas ac Latinas profitendo conſenuit, editis* Hermolai Barbari *æmulatione in* Plinium, Melam, *&* Senecam *populareis ſuos Commentariis. Quod ad mores, vir pius & verax, ſed dicax & aliorum acerrimus cenſor, de cætero faſtûs omnis ac gloriæ contemptor. Vixit cælebs & abſtemius, frugali, ſed citra ſordeis menſâ amicos ac diſcipulos excipiens, tandèmque octogenario major legatâ Scholæ Bibliothecâ, quam instructiſſimam habebat, & erogatis in pauperum uſum facultatibus, placidè in Deo obdormivit, ad B.* Susannæ *humili Sacello juxta Portam* Rivalem *quâ ad* Tormim *fluvium itur, ſepultus, ubi & ejus tumulo quatuor, nec plura (ſic enim extremis tabulis mandaverat) verba inſcripta ſunt,* Maximum Vitæ Bonum Mors. De eodem lege etiam Teissier, *Eloges des Savans.*

(a) Neque hujus Alphonsi neque *Demetrii* Ducæ meminit in ſuâ Bibliothecâ *Nicolaus* Antonius, quòd ſcilicet nihil ſcripſerint.

(b) Judaïsmum ejuravit, quo tempore (ann. 1492.) *Judæi Hiſpaniâ* pulſi ſunt. *Segoviæ* anno 1534. deceſſit.

(c) Long ſur les Polyglott. p. 30. ] „ Outre les peines qu'il prit pour la correction & pour l'impreſſion des textes, „ il fournit non ſeulement une verſion des „ Paraphraſes Chaldaïques, mais auſſi pluſieurs Traittez qui regardent la Grammaire Hebraïque, avec un Vocabulaire en „ cette Langue, lesquels ſont dans le dernier Volume de cette Bible. Il mourut en 1530.

(d) Hujus Latinum Epigramma ad *Complut.* Bibliot. calcem legitur. Long, ſur

„ pius audivi) explicandi ſunt commiſſi: in quibus multa, quæ in „ Vulgatâ Translatione difficilia eſſe videbantur, in antiquam lec- „ tionem reſtituit: nihílque magìs ſeni, cùm otio fruebatur, ſibi „ dicebat in votis eſſe, quàm Librum *Eccleſiaſtici* (quem *Panaretum* „ vocant) Scholiis aliquot illuſtrare: ſed retardavit præclarum ins- „ titutum incommodiſſima valetudo.

„ Duravit ab hôc anno, qui M.D.II. CHRISTI nati fuit, an- „ nos continuos plùs minùs quindecim de ſacris Bibliis edendis cu- „ ra; ut penè cum XIMENII vitâ, finem quoque Editio ſuſce- „ perit. Ubi ſi per partes narrandum eſſet, quantum laboris ex- „ hauſtum ſit, quantum tædii & faſtidii devoratum à viris illis Ope- „ ri præfectis, in Exemplaribus excutiendis, quámque multiplici „ & arduâ negotiorum mole XIMENIUS interim aliò evocaretur, „ nimiùm profectò in iis dicendis immoraremur. At illud unum, „ quod ad impenſas à XIMENIO in eâ re abſolvendâ factas perti- „ net, reticendum nequaquam eſt. Septem Hebræa Exemplaria „ quæ nunc *Compluti* habentur, quatuor millibus aureorum ex diver- „ ſis Regionibus ſibi comparâſſe, ALPHONSUS ZAMORA, He- „ bræarum literarum Profeſſor, ſæpenumero referebat; ut interim „ de Græcis & Latinis taceam, quorum illa ab urbe *Româ*, hæc „ tum ex variis in *Hiſpaniâ* Bibliothecis, ab octogintis ferme annis „ characteribus Gothicis ſcripta, magnis ſumptibus *Complutum* ſunt „ delata.

„ Jam verò Chalcographorum & Scribarum ſalaria, doctorum „ hominum non vulgaria præmia, mercedes internuntiis propoſi- „ tas, quibus ad Codices vetuſtos adipiſcendos utebatur, aſſiduam „ denique miniſtrantium catervam, quam ad res quæ inſperatò e- „ mergebant, expediendas ſuſtentabat, & mille alia, quæ longum „ eſſet referre, ſi bene quis ratione ſubductâ numeret, quinquagin- „ ta millium aureorum & ampliùs ſummam conficiet: quod & ma- „ jores natu frequenter dicere audivi. —— Audivi (*ait* GOME- „ CIUS) JOANNEM BROCARIUM *Complutenſem* excuſorem, „ ARNOLDI GUILLELMI BROCARII filium, ſæpe numero „ ad

ſur les Polyglott. p. 30. & TEISSIER, *Elog.*] „ *Jean de* VERGARA né à *Tolede* „ fut reçû Docteur dans l'Univerſité de „ *Salamanque*. Le Cardinal XIMENES „ lui donna en 1517. un Canonicat de ſa „ Cathedrale, & le fit ſon Secretaire: „ poſte qu'il ne remplit pas longtemps, le „ Cardinal étant mort la même année. Il „ mourut à *Tolede*, agé de plus de ſoixan- „ te & quatre ans, ayant fait le même „ mois, treize ans auparavant, enterrer „ *François* ſon frere, fort ſavant en Grec & „ en Latin. L'un & l'autre travailla beau- „ coup pour l'Edition de la Bible de *Com- „ plute*, avec FERDINAND de *Valladolid* „ & ANTOINE de *Nebrija*.

(a) Lege

„ ad æquales dixiſſe, eo ipſo die, quo ultima manus à patre operis
„ excuſioni impoſita fuit , ſe puerum eleganter veſtitum cum ulti-
„ mo Bibliorum Volumine ad XIMENIUM veniſſe: qui impendiò
„ lætatus ita cœlum ſuſpiciens acclamavit: *Grates tibi ago , ſumme*
„ CHRISTE , *quòd rem magnopere à me curatam ad optatum finem*
„ *perduxeris.* Et ad familiares continuò converſus, *Equidem* (inquit)
„ *cùm multa ardua & difficilia reipub. cauſâ hactenus geſſerim, nihil eſt,*
„ *amici, de quo mihi magìs gratulari debeatis , quàm de hâc Bibliorum*
„ *Editione.* (a) XIMENIUS affirmat maximam laboris ſui partem
„ in eo fuiſſe verſatam , ut caſtigatiſſima omni ex parte vetuſtiſſi-
„ máque Exemplaria pro archetypis haberentur. (b) Illud eſt
„ conſiderandum , quod in Hebraïcs characteribus ſcienter omiſi-
„ mus apices illos : quibus nunc utuntur Hebræi pro accentibus.
„ Nam hi cum ad nullam vel ſignificati vel pronuntiationis diffe-
„ rentiam pertineant, ſed ad ſolam cantûs ipſorum modulationem;
„ meritò à veteribus Hebræis rejecti ſunt: quos in hôc imitari ma-
„ luimus. Quod autem ad Græcam attinet , illud te non latere
„ volumus : non vulgaria ſeu temere oblata Exemplaria fuiſſe huic
„ noſtræ impreſſioni archetypa : ſed vetuſtiſſima ſimul & emenda-
„ tiſſima: quæ Sanctiſſimus Dominus noſter LEO X. Pont. Max.
„ cœptis noſtris aſpirans ex ipſâ Apoſtolicâ Bibliothecâ ad nos mi-
„ ſit: tantæ integritatis; ut niſi eis plena fides adhibeatur , nulli
„ reliqui eſſe videantur, quibus meritò ſit adhibenda. Quibus e-
„ tiam adjunximus alia non pauca: quorum partem ex BESSARIO-
„ NIS caſtigatiſſimo Codice ſummâ diligentiâ tranſcriptam Illuſtris
„ *Venetorum* Senatus ad nos miſit : partem ipſi magnis laboribus &
„ expenſis undique conquiſivimus : ut copia emendatorum Codi-
„ cum abunde ſupereſſet. Latinam itidem beati HIERONYMI
„ tranſlationem contulimus cum quàm plurimis Exemplaribus vene-
„ randæ vetuſtatis : ſed his maximè , quæ in publicâ *Complutenſi*
„ noſtræ Univerſitatis Bibliothecâ reconduntur : quæ ſupra octin-
„ genteſimum abhinc annum literis Gothicis conſcripta : eâ ſunt
„ ſinceritate: ut nec apicis lapſus poſſit in eis deprehendi. Demum
„ in Libro Pſalmorum illud eſt admonendum ; communem tranſla-
„ tionem Latinam, quâ utimur, poſitam eſſe pro interlineari ſupra
„ Græcam Septuaginta Interpretum Editionem: quia ei de verbo
„ ad verbum ferè correſpondet. Eam autem , quam beatus HIE-
„ RONYMUS juxta Hebraïcam tranſtulit veritatem , in medio
„ duarum columnarum fuiſſe locatam. (c) Opus integrum Cardi-
„ na-

(a) Lege XIMENII Præfationem ad LEON. X.

(b) Ex Prolog. ad Lector.

(c) Ex Diplomat. LEON. X. & Præfation.

„ nalis XIMENIUS, antequam ab humanis excederet, abſolvit; & „ usque ad ſexcenta Volumina vel ampliùs impenſâ ejusdem Cardinalis impreſſa. Qui cùm poſt impreſſionem morte eſſet ablatus, & ad publicationem conſenſus Papæ petitus non eſſet, nequivit (a) hactenus (*Datum eſt Diploma* XXII. Mart. M.D.XX.) „ Opus ipſorum ad doctorum manus advenire. Diplomate Pontificio impetrato, FRANCISCUS Episcopus *Abulenſis* & FRANCISCUS DE MENDOZA Archidiaconus *de Pedroche*, qui ex „ Cardinalis executoribus erant, curaverunt terniones in Volumina „ & ea ipſa Volumina in ſex totius Operis partes redigere. Et non „ habitâ impenſarum ratione, quæ fuerunt propemodum infinitæ, „ taxaverunt totum Opus Ducalium aureorum numerorum pretio „ ſex cum dimidio aut aliquanto pluris, prout diſtrahendorum Librorum ratio exegerit, habitâ pro vecturâ impenſarum æſtimatione.

(b) *Complutenſis* LXX. Interpretum Editio non ſatìs omnibus placuit; quæ quòd ad Hebraïcum textum propiùs multò, quàm aut *Veneta*, aut *Romana*, (quæ ad Manuſcriptorum fidem dicuntur fuiſſe conformatæ) accedat, ſuspicantur nonnulli in eâ illius magìs quàm horum authoritatem valuiſſe: alii putant ex Manuſcriptis, in quibus LXX. Verſioni aliæ quoque Hexaplorum interpretationes miscebantur, deſumptam, imò aliquando ex Vulgatâ potiùs quàm Hebraico textu confectam. Certè (ſi quod ſentiam, afferre liceat) mihi (poſt multos annos in his ſtudiis poſitos) obſervatum fuit Græcam *Complutenſem Romanâ* & *Venetâ* Hebræo textui eſſe (c) propiorem.

Græca Bibliorum Veteris & Novi Teſtamenti Editio ab ALDO MANUTIO *Romano* excudi (forſan) cœpta, ANDREÆ ASULANI operâ ad finem perducta anno 1518. Menſe *Februario* in ædibus ALDI (qui anno 1515. obierat) & ANDREÆ ſoceri prodiit.

Hanc ÆGIDIO *Viterbienſi* Cardinali inſcripſit ANDREAS ASULANUS. *Quoties* (ait ASULANUS) *mihi in mentem venit, quanta tibi cum genero meo* ALDO *fuerit conſuetudo, nullâ*

tion. Episcopi *Abuleñ.* & Archidiacon. *de Pedroch.* ad Lector.

(a) LONG, ſur les Polyglot. p. 19. ] „ Il ſemble qu'il ſurvint encore quelqu'autre empêchement qui en retarda la publication; car il eſt hors de doute, que „ ſi ERASME avoit eu connoiſſance de „ cette Edition en 1522., il s'en ſeroit „ ſervi dans la troiſiéme Edition du Nouveau Teſtament Grec, qu'il publia cette „ année, comme il le fit dans la quatriéme, qui parut en 1527, où il cite „ très-ſouvent la Bible d'*Alcala*.

(b) LONG, ſur les Polyglot. p. 21.

(c) Lege WALTON. Prolegom. IX. C. 28.

(a) *Jac.*

*lâ aliâ de cauſâ magìs quàm ob admirabilem illam animi tui cupiditatem juvandæ rei litterariæ, quam neſcio an ille potiùs æquaverit quàm ſuperare potuerit, nullum arbitror eſſe amicitiæ genus, quod tu ſanctiùs colas, quàm quod mecum olim auſpice (ut ita dicam)* ALDO *contraxeris.* —— *Ego multis vetuſtiſſimis Exemplaribus collatis, adhibitâ etiam quorundam doctiſſimorum virorum curâ* Biblia (*ut vulgò appellant*) *Græcè cuncta deſcripſi, atque in unum Volumen reponenda curavi tui nominis æternitati dicata. &c.*

*Veneta* (a) Editio *interdum* LXX *non ſequitur*, *ſed* AQUILÆ *Lectiones & varia gloſſemata* admittit. *Plerunque tamen* (b) Complutenſi *purior eſt*, *& proximè ad* Romanam *accedit*.

Hujus Editor ANDREAS ASULANUS ALDI ſocer poſt generi obitum in ejus ædibus eóque neutiquam ſegnior labores obibat typographicos; & de (c) viris eruditis, quibus ipſius induſtria admodum probabatur, bonísque litteris, & Linguis, cùm Latinâ tum (d) Græcâ optimè mereri ſtudebat.

(a) Mu-

(a) *Jac.* USSER. in *Syntagm. de* LXX. *Interpr.* Cap. 8.

(b) MORIN. *Exercitat. Bibl.* & WALTON. in *Prolegomen.* Lege LONG, *Biblioth. Sacr.* p. 403. 404. 405.

(c) ERASM. Epiſtol. p. 1624.] „ ERASMUS BEATO *ſuo* S. D.
„ De FROBENIO nihil miror: novi hominis ingenium; de LACHNERO miror, cur nolit tuo uti conſilio, præſertim cùm id diligenter mandârim. Quanquam is, per quem mihi respondent, ſcribit te in conſilium adhibitum iri, cùm adornabunt Editionem. Quos Auctores excudant, mi BEATE, noſtrâ non magni refert, modò nobis faciant ſatìs. Quod ſi illos noſtri pigeat, jam ad me ſcripſit ASULANUS, ALDI ſocer, quicquid poteſt Officina ſua, id mihi paratiſſimum fore. —— anno 1517.

(d) Ibid. p. 1627.] „ ERASMUS TONSTALLO. —— ASULANUS utrumque *Teſtamentum* excudit *Græcè*, *Opera* NAZIANZENI nobis oſtendit; excuſus eſt STRABO *Græcus*, *Vitæ* PLUTARCHI, PINDARUS cum commentariis, aliáque permulta: quæ in præſentiâ non ſuccurrunt. O ſi liceat rejuveneſcere!
Et p. 1666.] „ ANDREAS MULANUS (*de quo nomine & de quâ Epiſtolâ nonnihil priùs*) „ ERASMO S. D. P. Mirabiliter gaviſus ſum tuis litteris ad EGNATIUM ſcriptis, quòd ex his animadverterem cùm bonam tuam valetudinem, tum tuam erga me benevolentiam; multùm me delectavit tibi gratum fuiſſe, quod edidimus LUCIANI *Dialogos*, quos tu vertiſti Latinè, non minùs accuratè quàm eleganter, atque adeò MORIAM, inventum tuum digniſſimum virtutis ac ingenii ERASMI, quam audio mirificè probari à noſtris clariſſimis & ſummis Oratoribus; nam ut inventa ſunt acutè omnia, ita abſoluta ſunt bene, ac confecta adeò accuratè, ut nihil poſſit ſupra. Equidem, ſuaviſſime ERASME, non poſſum non te amare vehementer tuis in his virtutibus: tum tibi perſuadeas velim, nihil eſſe, quod ego magis optem, quàm poſſe pro dignitate tuâ nonnihil honorificè vel dicere, vel facere: nec enim clam te eſt, quòd nihil præclarius mecum agi unquam duxerim antehac, tum cùm muniti eramus veſtris ſtudiis, quàm mereri de vobis omnibus ſummis viris; hôc autem tempore nihil eſt quod æquè laboro. Eóque factum eſt, ut tecum per Litteras rem agere voluerim, quam tibi forè ſpero non injucundam, cùm tibi eſſe non poſſit non honorifica. Noſti,

(a) Muſurus inter alios Asulano impenſè favebat; quod conſtat ex ipſius Epiſtolâ ad Grolierum ſcriptâ; ejus (b) prelo, ſi quid edere meditaretur, uſus. (c) Donatus *Veronenſis* ei Prisciani, quam anno 1527. curavit, Editionem commiſit; ejus inſuper Exemplaribus in Grammatico illo reſtituendo valde adjutus.

In Andreæ Asulani Officinâ operam bonam navabat Franciscus Asulanus, (d) Erasmo familiariter notus. Is Dioscoridem Græcè in ædibus Aldi & Andreæ ſoceri

„ ti, ut opinor, atque certè ſcio te ſcire, „ atque adeò animadvertiſſe cùm ex multorum Litteris, tum ex ſermone, M. Musurum cooptatum in Collegium „ Pontificum. ——— De *Proverbiis* „ quod ſcribis, gratum eſt, tum de aliis „ tuis monumentis, quòd ſint tantopere „ expolita, eſt & hoc vehementiſſimè „ gratum: nam ut Erasmus ait in Proverbiis, *Semper* Africa *aliquid novi affert*: „ mittito ad nos, ubi primùm habueris, „ cui rectè dare poſſis. Curabo, ut ita edantur, ut non minorem rationem videar habuiſſe auctoritatis noſtræ Officinæ, quàm gloriæ ſemper ampliſſimi Erasmi. Vale, Erasme; ego omnia „ mea ſtudia tibi defero. Vale. *Venetiis*, „ Anno 1517. ——— *multum* temporis conſumpſit in emendando Terentio Aldus gener meus, tum Plauto; hos vellem edere ſtudioſis omnibus. „ Patere igitur me uti hôc tuo beneficio: „ oro te per majeſtatem Latini nominis, „ cujus tu ſemper fuiſti ſtudioſiſſimus, ad „ me mittas, ſi quicquam eſt, qui ſit „ Codex antiquus, quo poſſimus uti noſtri Codicis quaſi magiſtro, aut ſi quicquam eſt aliud apud te, quod poſſit „ noſtrum munus expolire: nihil omittere „ volumus ad conficiendam cùm accuratè, „ tum eleganter, quo bonorum omnium „ in nos ſtudia augeantur. Vale.

„ Filii Aldi mei te multâ ſalute impertiunt, quibus tuo nomine ſalutem „ plurimam dixi, item Manutius primogenitus, ac *Antonius*, & *Paulus*, „ Aldi filii, tibi ſalutem dicunt.

(a) Lege Musuri ad Grolierium Epiſtolam *Græca* Aldi *Grammaticæ* ann. 1515. præfixam, cujus antea mentionem feci.

(b) Nazianzen. *Oration. Gr.* 1516.

(c) In Præfatione ad Priscianum ſic ſcribit ——— „ Magnam mihi Exemplarium veterum, quæ conferre „ poſſem, copiam fecit *Andreas* Asulanus, cujus Officina Librorum ſatis „ jam diu ſtudioſis omnibus nota eſt. Ita „ illis conferendis, nullum mihi majori „ adjumento fuit, quàm quod olim è „ *Galliâ* Aldus Manutius magno pretio redemptum attulerat.

(d) Epiſtol. p. 508.] „ Erasmus „ Ambrosio Leoni ——— meo nomine ſalutato Asulanum cum ſuâ familiâ, nominatim *Manutiolum*, qui nobis iſthìc puellus ludebat, cùm adeſſem. „ Bene vale. *Lovanio* 15. *Octob.* ann. „ 1519. *Sed quia hæc verba ad* Andræam *æquè ac* Franciſcum *poſſunt referri*, lege p. 894.] „ Erasmus Egnatio „ ——— Non eram anxius de excudendis *Adagiis*, quum hìc haberem Frobenium ſemper paratum. Franciscus per literas crebrò queſtus fuerat me „ nihil mittere lucubrationum mearum. „ *Adagiorum* Opus, quoniam apud Asulanum primùm erat natum, miſi ut inibi „ renaſceretur, ſi modò ipſi commodum „ eſſet. Sin minùs, per eundem, qui attulerat, remitteret Codicem. ——— „ 3. *Octob.* ann. 1525. Et p. 952.] Erasmus Francisco Asulano S. D. „ Nihil jam diu nobis accidit, *Franciſce* „ chariſſime, jucundius, quàm quòd totus Galenus ad nos venit, ex tuâ „ magnificentiâ. Auctor per ſe gratioſus „ eſt, mihi verò peculiari quodam vel „ ſenſu vel judicio adamatus: nec omnino falſum eſt, quod Philoſophus ille „ dixit, *Dulciſſimam eſſe rem, accipere*: „ tamen hic mihi plus voluptatis attulit a-

„ nimus

ceri ann. 1518. excuſum HIERONYMO ROSCIO *Patavino* Medico nuncupavit, in cujus Epiſtolâ leguntur hæc: —— *Nos autem eo conſilio*, HIERONYME *clariſſime*, *hæreditatem* ALDI, *quem loco patris habebamus*, *adire voluimus*; *ut illam integram filiis ejus*, *qui ex* (a) *ſorore noſtrâ ſuſcepti eſſent*, *conſervaremus*: *atque ea omnia curare*, *quæ non minùs ad nomen ejus illuſtrandum pertinerent*, *quàm ad amicos*, *quos complureis nobis reliquit*, *colendos*, & *omni officiorum genere amplectendos. Quod quanquam in omnibus aliis facere ſoleo*, *explicare tamen non ſatìs poſſum*, *quanto deſiderio quotidie magìs flagrem*, *ut intellegas officia*, & *ſtudia*, *quæ à me tibi præſtantur*, *non jure veteris amicitiæ*, *ſummæ'que neceſſitudinis inter domum noſtram*, *ac te jam pridem conſtitutæ præſtari*, *ſed incredibili opinione doctrinæ* & *judicii* &c. Idem in Editione PRISCIANI ann. 1527. Indici Erratorum præfixit hæc: FRANCISCUS ASULANUS Studioſis S. D. *Sedulo dedimus operam*, *ſtudioſe Lector*, *ut* PRISCIANUM *tam emendatum haberes*, *quàm* & *tu optabas*, & *operâ illius effectum eſt*, *quem huic rei præfecimus. Sed nôſti probè*, *nos quoque homines eſſe*, *hoc eſt*, *imbecillitati naturæ ſubjectos*: *nemo unus naturâ tam ſolers*, *nemo arte* & *induſtriâ tam cautus*, *ut non in aliquibus aliquando labatur*; *ergo poſt abſolutam Impreſſionem aliquot errores adnotavimus*: *Quòd ſi qui alii tibi occurrunt*, *illos planè ſcito nullius momenti futuros*, *quicquid igitur*, & *qualecunque eſt*, *quod offerimus*, *boni conſule*, & *vale.*

Præter *Aldinam*, cui ALDUS ipſe, dum in vivis eſſet, & ALDI ſocer vitam ſuam impenderunt, Officinam, aliæ erant iis temporibus in *Italiâ* celeberrimæ.

*Romæ*, in *Quirinalis* Collis Gymnaſio fervebat Prælum nobiliſſimum apud ANGELUM COLLOTIUM; ex quo (b) HOMERI *Græcus*

„ nimus in me tuus, etiamnum memor „ veteris amicitiæ, quàm vel donum ipſum, vel Auctoris gratia. Aut me fallit animi præſagium; aut hæc Editio „ conciliabit tibi non parum & nominis & „ compendii. Æmulos non eſt quòd verearis, ut ſit hic qui velit, non eſt qui „ poſſit. Utinam detur occaſio referendæ „ gratiæ, nam reponere malim quàm agere. Interim adnitar, ut quicquid è „ tuâ prodit Officinâ, quanquam nihil „ non eſt gratioſum apud viros eruditos, „ fiat gratioſius. Felix juventus, quæ in „ hoc ſæculum incidit: nam repubescendi „ votum mihi ſit ἀνεμώλιον. Potes & „ meum nomen iſthìc reddere vendibilius, „ ſi lucubrationes meas aliquot, pias præſertim, tuâ digneris Officinâ: Quales „ ſunt: *De miſericordiâ Domini*, *De modo* „ *orandi*, *Commentarioli in quatuor Pſalmos*, *Paraphraſes in Novum Teſtamentum.* „ *Paraphraſes* tamen te nolim attingere, „ niſi miſero quædam loca caſtigata. Mittam autem, ſimulatque cognovero „ tuum animum. Patri, Fratri, reliquæ'que Familiæ multam ex me ſalutem „ dices. Bene vale. *Baſileâ* 3. *Septembris*, Anno 1526.

(a) Ergo, ſi *Franciſci* ASULANI ſoror ALDO nupſerit, *Andreæ* ASULANI, qui ALDI fuit ſocer, filius erat *Franciſcus*.

(b) In cujus Editionis initio:

LECTORI. HOMERI Interpres pervetuſtus. *Infinitis propemodum malignitate tempo-*

*Græcus Interpres vetuſtus* anno 1517. proximo (a) SOPHOCLIS *Scholiaſtes*, Opera exactiſſima & elegantiſſima, prodierunt, nec ſinè (b) JOANNIS LASCARIS recognitione.

*Florentiæ*, Typographicam in Græcis & Latinis magnâ cum laude excolebat (c) PHILIPPUS JUNTA unà cum (d) BERNARDO JUNTÂ. (e) PHILIPPUS vitâ functus eſt anno circiter 1518. Lilium erat Inſigne JUNTARUM typographicum, cum hôc aliquando lemmate [*Nil candidius*]. Subſcribebat nonnunquam PHILIPPUS [F. G.] litteras initiales ſui nominis [(f) FILIPPUS GIUN-

*temporum laceratus plagis* Mediceum, *olim* Quirinalis *jam* Caballini *Montis*, *Gymnaſium adii: ibique haud parvo negocio in integrum reſtitutus: purus nitidúſque ac mille fratribus auctus matris fœcundiſſimæ Chalcographorum artis beneficio: in lucem prodeo: parentis generoſæ ſtudiorum profeſſionis penetralia reſerans. Debes id quoque, Lector candide,* LEONI *decimo Pontifici maximo, cujus providentiâ ac benignitate Gymnaſium nuper inſtitutum viget, frugiſque bonæ teſtimonium perhibens bona ſua ſtudioſis perquam liberaliter impertit. Vale.*

Et in fine

LEO P. P. X. ——— *Cùm dilecti filii adoleſcentes Gymnaſii noſtri in* Quirinali *Colle per nos conſtituti Græcis artibus incumbentes hanc antiquiſſimorum & nunquam antehac impreſſorum* HOMERI *Auctorum interpretationem formis excudendam curaverint: Nos conſideratâ Operis utilitate: & fructu maximo: Qui ex tanti támque illuſtris Poëtæ expoſitione ad ſtudioſos perventurus eſt: & ſimul habitâ ratione laborum & impenſarum, quas Chalcographi in excudendum Librum contulere: operæ pretium facere viſi ſumus: ſi ad eam rem juvandam favorem & auctoritatem noſtram adjiceremus. Ne quid igitur in præjudicium Gymnaſii fraudémque & detrimentum dictorum Impreſſorum committatur: volumus & mandamus: ne quis eos ipſos Auctores decennio proximè futuro imprimere, aut imprimi facere: aut impreſſos venundare: venundandóſve dare ullis in locis audeat ſinè licentiâ Gymnaſii præfati: aut ejus curam gerentium.* &c.

Ἐτυπώθη ἐν Ῥώμῃ, παρὰ τὸν Κυρίνου λόφον ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ εὐγενοῦς καὶ σοφοῦ ἀνδρὸς, προξένου τε τῶν λογίων καὶ κηδεμόνος ἀρίστου Ἀγγέλου τοῦ Κολλωτίου τῶν ἀπορρήτων γραμματέως τοῦ ἄκρου ἀρχιερέως. ἔτει τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας χιλιοστῷ πεντακοσιοστῷ ἑπτακαιδεκάτῳ. τῆς δὲ ἀναρρήσεως τοῦ παναγιωτάτου καὶ θεοφιλεστάτου Λέοντος πάπα δεκάτου ἔτει πέμπτῳ.

(a) In initio; *Commentarii in ſeptem Tragœdias* SOPHOCLIS: *quæ ex aliis ejus compluribus injuriâ temporum amiſſis, ſolæ ſuperfuerunt: Opus exactiſſimum: rariſſimúmque in Gymnaſio* Mediceo Caballini *Montis*, *à* LEONE *Decimo Pont. Max. conſtituto recognitum: repurgatúmque: atque ad communem ſtudioſorum utilitatem in plurima Exemplaria editum, non ſinè privilegio: ut in cæteris.*

In fine; Ἐτυπώθη ἐν Ῥώμῃ, ἐν τῷ παρὰ τὸν Κυρίνου λόφον γυμνασίῳ οὐκ ἄνευ προνομίου. ἔτει ἕκτῳ τῆς ἀναρρήσεως Λέοντος δεκάτου τοῦ ἄκρου ἀρχιερέως. τῆς δὲ ἐνσάρκου οἰκονομίας Χιλιοστῷ πεντακοσιοστῷ δεκάτῳ ὀγδόῳ.

(b) Lege Vol. I. *Annal. Typogr.* p. 268. lin. 11. & pag. 287. lin. 6.

(c) Inclaruit anno 1497. Vide Vol. I. *Annal. Typogr.* p. 256.

*Jugement des Savans ſur les Imprimeurs* p. 11.] „ Les JUNTES étoient venus de „ *Lyon*, & tenoient le ſecond rang dans „ l'*Italie* après les MANUCES.

(d) Anno 1515. ARISTOPH. *Comœd.* operâ *Philippi* JUNTÆ; & THESMOPH. & LYSISTRAT. operâ *Bernardi* JUNTÆ.

(e) Ann. 1517. 20. *Maii.* ſumptu *Philippi* JUNTÆ; & ann. 1519. ALDI *Gramm.* per hæredes *Philippi* JUNTÆ menſe *Januario.*

(f) Pro PH, ſive Φ, apud Veteres frequenter uſurpabatur. Lege DAUSQ. *Orthograph.* ann. 1632. pag. 43.

GIUNTA], utì in illâ elegantiſſimâ, quæ ARISTIDIS prima & princeps fuit ann. 1517. Editione. Huic EUPHROSYNUS BONINUS Phyſicus *Florentinus* Epiſtolam ad BERNARDUM MICHELOTIUM Epiſcopum *Forolivienſem* præmiſit in Typographi laudem. *Quamobrem* (ait) *ut facilè quivis & legere & legendo ſeipſo melior reddi poſſit*, PHILIPPUS JUNTA *Bibliopola tuæ reverentiæ obſervantiſſimus multa & Latinorum & Græcorum Authorum Volumina cudere hactenus pulcherrimis curavit typis; núncque Græci* ARISTIDIS *Operibus ſummam Diis concedentibus impoſuit manum.* Et Diploma Pontificium ſic ſe habet. LEO *P. P. X. Dilectis filiis* PHILIPPO DE GIUNTIS *& ejus filiis Bibliopolis* Florentinis. —— *cùm vos* PLATONEM *Latinum & alios quàmplurimos Libros tam Latinos quàm Græcos longè meliores illis, qui paſſim circumferuntur, habeatis, eósque imprimere* —— *cupiatis, dubitetíſque ne alii eosdem Libros* &c. *nos* —— *omnibus* —— *ne* —— *intra decennium* —— *reimprimere* —— *audeant* —— *mandamus* &c. Et ad calcem Libri, *Impreſſum bonis avibus optatam contigit metam hoc* ARISTIDIS *Opus* Florentiæ *ſumptibus nobilis viri* PHILIPPI JUNTÆ *Bibliopolæ.*

Cùm de Typographis, qui Græcis Editionibus decus meruerunt, ſermo hìc inciderit; meritò inter illos ſuus erit locus (a) EUCHARIO CERVICORNO, qui anno 1517. *Coloniæ Horas* VIRGINIS ſeptémque *Pſalmos Pœnitentiales*; annóque eodem MUSÆUM Græcis characteribus non illepidis impreſſit. Idem poſtea anno 1521, menſe *Auguſto*, MACROBII Opera, in quibus ex HOMERO plurima loca Græcè citantur; & eodem anno, menſe *Martio* HERONE (b) FUCHS, apud ſanctam *Coloniam* vulgavit. In illis edendis laboravit ARNOLDUS *Veſalienſis*, præmiſſis Epigrammatibus binis, Græco & Latino, cum Præfatione ad Lectorem; in his (c) GODOFRIDUS HITTORPIUS, qui Epiſtolam ad PHILIPPUM MELANCHTHONEM præfixit, eundem laudans, quòd *nondum triginta annos natus*, *in omni humanitatis ſtudio adeò ſit provectus. Curavit* (inquit) *ſummâ cum diligentiâ excudi Libros* QUINTILIANI; *quo viro nemo quicquam accuratiùs, nemo melius ſcripſit.*

Niſi

(a) Ἐτυπώθη Κολωνίας παρ' Εὐχαρίῳ τῷ Ἐλαφοκέρωτι. *Impreſſum* Coloniæ *apud* EUCHARIUM CERVICORNUM.

(b) Hic FUCHS anno 1522. excudit CICERONIS *Libros Rhetoric. ad* HERENN. & *de Inventione*; ubi vocatur HERO ALOPECIUS, nomine *Germanico* in *Græcum* converſo; nam ἀλώπηξ apud *Germanos* FUCHS, apud *Anglos* FOX. In hujus Libri fronte Vulpes uvam captans affingitur.

(c) Hic antea (ut dictum eſt) anno 1512. cum LUDOVICO HORKEN *Johanni* PHILIPPO *Pariſiis* artem exercenti impenſas præbuerunt. Non novum tunc erat, Typographum munus Correctoris aliquando obire. Vide Vol. I. *Annal. Typogr.* p. 294.

(a) Vol.

*Niſi fortè* PHILELFUS *aliquis è Cœlo nobis deſcendat, quem in hôc viro neſcio quæ offendat Hiſpanitas; quíque ex oratore (ſi Diis placet) repentè faciat aratorem. Danda fortaſſis homini venia, qui ne cum* LAURENTIO ὁμοψηφεῖν *ullâ in re videretur, maluit in hanc peccare partem.* —— *Ego quicquid operæ à nobis in hos Libros impenſum eſt, tuo nomini dedico.* &c.

*Italiæ* meritò gratulandum eſt, quòd illìc primùm & *Græca* & *Hebræa*, utì (a) ortum habuit, ita deinceps maximè inclaruerit Typographia.

*Soncinum*, *Mediolanenſis* Ducatûs oppidulum, ſui nominis obſcuritatem Artis ibi excultæ celebritate diſpulit. Ibi enim *Judæi* ſua præla inſtituere & Typographiam exercere cœperant, indè per totam ſe paulatim ſparſerant *Italiam*. At Chriſtiani, *Judæis* licèt in typis *Hebraïcis* tractandis tempore ceſſerint, labore tamen & induſtriâ cedere noluerunt.

Inter Chriſtianos primus *Hebraïcos* characteres (b) tentavit ALDUS; & eâ Linguâ Opus ingens, quod nunquam ipſi licuit eniti, animo diu conceperat. (c) *Pariſiis* poſtea, FRANCISCO TISSARDO duce GORMONTIUS *Hebraïcam* dedit *Grammaticam*; *Pſalterium* deinde *Genuæ* PETRUS PORRUS, & *Coloniæ* JOANNES POTKENIUS; Biblia *Compluti* ARNALDUS GULIELMUS DE BROCARIO. De his antea prolixè ſatìs egimus. Pſalterium Hebræum *Baſileæ* (d) Anno 1516. in 24.° CONRADI PELLICANI & SEBASTIANI MUNSTERI curâ emiſit JOANNES FROBENIUS; & anno 1518, inter D. HIERONYMI Opera (e) AMERBACHIUS. Anno etiam 1518. *quinto decimo Calendas* Martias *ſummâ cum diligentiâ impreſſum eſt* in fol. PETRI GALATINI (f) *Opus de arcanis*

(a) Vol. I. *Annal. Typogr.* p. 83. 182.

(b) Vol. I. *Annal. Typogr.* p. 239.

(c) Vide priùs, ubi TISSARDI facta eſt mentio.

(d) LONG, *Biblioth. Sacr.* Tom I. p. 132. & Tom II. p. 461.

(e) De hôc priùs.

(f) *Peractum eſt atque* MAXIMILIANO *Cæſari dedicatum*, Barii *anno* M.D.XVI. *pridie Nonas* Septembris; *Pontificatûs* LEONIS X. *anno quarto, regnantibus utriusque* Hesperiæ *Regibus*, JOANNÂ & CAROLO *ejus filio*; *auſpiciis* LAURENTII PUCII *Cardinalis*; *favente* ISABELLÂ DE ARAGONIÂ, Mediolani *ac* Barii *Duce*: *impreſſum verò* Orthonæ maris *anno* M.D.XVIII. (& ibi adduntur hæc) *Ubi ſacratiſſimæ Reliquiæ Divi* THOMÆ *Apoſtoli, in pretioſiſſimo monumento, ex lapide onychino exciſo, honorificentiſſimè recònditæ, integræ atque indiviſæ quieſcunt. Ut ſancta* BRIGIDA *in revelationibus ſibi divinitus factis atteſtatur. Quas ego reliquias & oculis videre & manibus attrectare merui. Ubi & inter cætera miracula, meritis beatiſſimi* THOMÆ *coruſcantia, in cacumine turris ſive campanilis Baſilicæ illius Apoſtoli, quoddam mirabile lumen inſtar facis accenſæ apparere ſolet. Quod etſi frequentiùs nocturno tempore, ac tempeſtate validâ ingruente, videatur, (ſicut ipſe bis jam vidi) in ſignum quod ilico tempeſtas illa ceſſatura ſit; quandoque*

*nis Catholicæ veritatis ex* Judaïcis *Codicibus excerptum*; Orthenæ maris *per* HIERONYMUM SUNCINUM. Ad calcem adjiciuntur correctiones dictionum perperam impreſſarum tribus paginis comprehenſæ.

Lectorem etiam Author ibidem monuit; *mendoſè ſcripta Impreſſoribus imputentur. Solent enim ſæpenumero hujus generis viri cuncta ferè congruenter ſcripta usque adeò pervertere, vitiare, corrumpere; ut vix omnino eorum mendæ caſtigari queant.*

Hactenus apud cùm *Judæos* tum Chriſtianos *Hebraïca* feliciter proceſſerat Typographia; in quâ excolendâ omnes facilè ſuperavit, (a) *noménque ſuum omnium ſæculorum memoriæ ſempiternæ conſecravit* DANIEL BOMBERGUS *Antuerpianus*, (b) multis Hebræorum Bibliorum Rabbinicorúmque Voluminum Editionibus, earundem accuratâ (c) correctione, eleganti typorum formâ, nitore ſolidæ chartæ puriſſimo, per annorum ferè quadraginta ſpatium, omnium iis temporibus Artificum princeps; nec minus famæ in Hebraïcis, quàm ALDUS in Græcis, conſecutus. In ejus laudem quædam (d) Epigrammata conſcripſerunt FRANCISCUS ROSETUS *Veronenſis*, & PETRUS ROSETUS.

FRAN-

*doque tamen in die, Sole in noſtro hemiſphærio exiſtente, cœlóque ſereno illud quoque (ut ab iis, qui viderunt, accepi) videri contigit. Quæ quidem res non eſt inter poſtrema miracula computanda; quibus Deus ipſe Sanctos ſuos, ad gloriam ſui nominis, & ad noſtræ fidei confirmationem, ad noſtrámque utilitatem, honorare nunquam deſiſtit. LAUS DEO.* Nova hæc certè eſt, & mira prorſus ac inuſitata, quam ſuo Libro operoſo ſanè & erudito *Petrus* GALATINUS adtexere voluit, coronis.

(a) VALER. AND. *Biblioth. Belgic.* p. 169.

(b) CHEVILLER. p. 268.

(c) Id. p. 268.] „ *Joſeph* SCALIGER „ en parle de cette maniere : BOMBERGUE ——— a ſi bien imprimé les Livres Hébreux. Les *Juifs* corrigeoient „ & préſidoient à l'Imprimerie. Il a imprimé des Livres pour plus de quatre „ millions d'or. Il a imprimé tant de belles Bibles; avec les Rabbins trois fois. „ *Scaligerana* pag. 174. Et BARTOLOCCI „ dans le premier Tome de ſa *Bibliotheque* „ *Rabbinique*, p. 34. DANIEL BOMBERGUS *Antuerpienſis* de Literis Hebraïcis optimè meritus, qui *Venetiis*, ex „ *Ganz*, omnium primus in eâ Urbe cœpit Libros Hebraïcos cudere, magnâ & „ fere incredibili diligentiâ, tam in correctionibus, quàm in qualitate characterum & chartæ: ita-ut poſt illum ſemper in deterius Hebraïca Typographia „ abierit.

Quod addit BARTOLOCCIUS de Hebraïcâ Typographiâ poſt BOMBERGUM ſemper in deterius abeunte, ægre admittetur, cùm multi poſtea Typographi & (1) *Venetiis* & (2) *Pariſiis* multiſque aliis in locis extiterint in hôc typorum genere celeberrimi.

(d) Hæc leguntur præfixa *Grammat. Heb.* in ædib. BOMBERG. 1523.

(1) CHEVILL. p. 269.] „ Après BOMBERGUE les plus célèbres Imprimeurs de *Veniſe* en Hebreu, ſont les JUSTINIANI, ZANETTI, DE GARA, DE BRAGADINIS, & autres. C'eſt „ *Veniſe* où on a le plus imprimé de Livres Hébreux. De tous ceux qui paroiſſent dans les Bibliothe- „ ques de *Paris*, près de la moitié ſe trouvent imprimez dans cette Ville-là.

(2) *Robertus* STEPHANUS, *Gulielmus* MORELIUS, *Chriſtianus* WECHELUS, *Martinus* JUVENIS. &c.

(a) CHE-

## Franciscus Roſetus *Veronen.* P. A. F. Danieli Bombergo, S. D.

Devinxit tua me, *Daniel*, tibi maxima virtus :
   Devinxit ſtudium, relligióque ſimul.
Sæcula dum noſtra hæc libris melioribus auctas,
   Nec divina ſinis ſcripta perire ſitu.
Dum ſacrum in lucem eloquium, & *Samaritida* Linguam
   *Cornigeri* & profers enthea verba ſenis. &c.

## Petrus Roſetus. F. F. *ad Lectorem.*

En tibi *Bombergus*, lector ſtudioſe, leporis
Judaïci excudit *Daniel* primordia, certum
Unde iter ad ſacri Divina Volumina *Moſis*
Carpere mox valeas, & vera ediscere poſſis.

### *Idem ad eundem.*

*Gittai* ſermonis habes elementa libellum
   Unde brevi doctus tempore lector eas.
Hunc tibi *Bombergus* recutito Dogmate pollens,
   Pro cunctis *Daniel* dat bene Grammaticis.

Vocalis *a* (*Kametz*) in *Daniel* malè corripitur.

Prima apud Bombergum Bibliorum Editio à quibusdam (a) anno 1511. veriùs autem (b) 1518. aſſignatur : Bombergus in

(a) Cheviller. p. 268.] „ Bartolocci dans le premier Tome de ſa „ *Bibliotheque Rabbinique* p. 434. Bombergus *ſub* Felice Pratensi *in Hebraïcis bene inſtructus, Chalcographiam* „ *pro Libris Hebraïcis imprimendis multis* „ *ſumptibus & incredibili labore officinam a-* „ *peruit, & anno Mundi minoris ſupputa-* „ *tionis* 271. Christi 1511. *primum* „ *Codicem Sacrorum Bibliorum cudere cœpit* „ *in* 4. *poſteà ſubſecuti ſunt infiniti propemo-* „ *dum Libri Hebraïci ab eo impreſſi ſummâ* „ *diligentiâ, ita-ut nullus alius eum vicerit.* „ C'eſt lui qui commença l'Impreſſion du „ *Talmud* l'année 1520, qu'il n'ache- „ va que quelques années après. Elle „ eſt dans la Bibliotheque de *Sorbonne* „ en onze Volumes *in fol.* C'eſt le plus „ grand Ouvrage en Hebreu qui ait paru. Et Buxtorf. in *Biblioth. Rabbinic.*] *Biblia Hebraïca in* 4. *excudere cœpit primò* Venetiis Daniel Bombergus, *anno* 1511. At verò neque hanc, neque aliam 1491. (in Lib. 3. *de Bibl. Text. Origin.*) memoratam unquam extitiſſe *Jacobus* le Long evicit.

(b) Long, *Biblioth. Sacr.* Tom. I. p. 99. & Walton. in *Prolegomen.* CIV. 14. & Buxtorf. in *Biblioth. Rabbin.*] „ Biblia Hebræa in folio imprimi cœpta *Ve-* „ *netiis* ann. 1515. & edita (רצח 278. „ i. e. juxta æram Chriſtianam) 1528, ſtu- „ dio imprimis Felicis Pratensis, cujus „ ductu & auſpiciis Bombergus litteras „ He-

in priore illâ FELICIS PRATENSIS, in proximis pleriſque (a) R. JACOBI *Ben* CHAIIM operam adhibuit. De Bibliorum (quæ BOMBERGUS edidit) tempore & numero viri multi eruditi (b) erraverunt; utrumque nemo mihi videtur certiùs & accuratiùs, (c) quàm doctiſſ. Vir P. JACOBUS LE LONG, definiiſſe.

Præ-

,, Hebraïcas (nonniſi poſt ann. 1515.)
,, primùm didicit, & per typographiam
,, mirificè propagavit. Continet iſta Edi-
,, tio textum Biblicum, Targum & vario-
,, rum Rabbinorum Commentaria. Ea
,, LEONI X. à FELICE PRATENSI
,, nuncupata eſt cum Latinâ Præfatione,
,, in quâ leguntur hæc: ——— DANIEL
BOMBERGUS *neque labori neque ſumptibus
parcens, publicæ utilitatis gratiâ, pluri-
mis collatis Exemplaribus hosce libros ſtudio
noſtro, fide & diligentiâ caſtigandos, impri-
mendos curavit: rem equidem perdiffici-
lem, nec ob id ab aliis hactenus tentatam.*
——— Venet. *ann.* 1517. ,, Reſecuit
,, ex Rabbinorum Libris ea, quæ Religio-
,, ni Chriſtianæ erant adverſa; quod e-
,, tiam præſtiterunt, qui ſequentes hujus-
,, modi Bibliorum Editiones procurârunt.
,, Hanc Editionem vehementer reprehen-
,, dit ELIAS LEVITA in Præfatione Li-
,, bri III. *Haſſoreth* propter notas *Maſore-
,, thicas* iſti Editioni ad marginem adjec-
,, tas, ſuadens, ut nullus ad eas animum
,, ponat. *Nam*, inquit, qui *appoſuit eas
,, non potuit diſcernere inter dextram & ſi-
,, niſtram ſuam, quia non fuit* Judæus,
,, (ELIAS neſcivit, quòd FELIX PRATEN-
,, SIS, qui notas iſtas adjecit, Judaiſmo
,, relicto Chriſtianam fidem ſuſceperat)
,, *& in* Maſorâ *nil quicquam intellexit*.
,, &c.

(a) SIMON *Hiſt. Critiq. du Vieux Teſ-
tam.* edit. 1680. p. 574.] ,, Pour ce qui
,, eſt des Bibles imprimées, il y en a un
,, très-grand nombre, & de toutes les fa-
,, çons. On doit préferer celles qui ont
,, été imprimées par les *Juifs* à celles qui
,, ont été imprimées par les Chrétiens. Il
,, y a tant de minuties à obſerver, ſoit pour
,, les Points-Voyelles, ſoit pour les Ac-
,, cens, dans l'Impreſſion des Bibles He-
,, braïques, qu'il eſt difficile que les Chré-
,, tiens puiſſent réüſſir dans ces ſortes
,, d'Ouvrages.
,, BOMBERGUE a imprimé un grand
,, nombre de Bibles Hebraïques à *Veniſe*
,, dans toutes ſortes de formes; mais l'E-
,, dition la plus correcte de toutes eſt cel-
,, le qu'il a donnée *in folio* avec les Para-
,, phraſes Chaldaïques & les Commen-
,, taires de pluſieurs Rabbins ſur le Texte
,, de l'Ecriture, en y joignant auſſi la
,, grande & la petite *Maſſore* avec une
,, Préface de R. JACOB HAIIM Autheur
,, du Recueil de la *Maſſore*. Avant cette
,, Edition, BOMBERGUE en avoit don-
,, né une autre *in folio* en 1517. qui eſt dé-
,, diée au Pape LEON X. où l'on trouve
,, auſſi les *Targums* ou Paraphraſes Chal-
,, daïques avec les Commentaires de plu-
,, ſieurs Rabbins: Mais ELIAS LEVITA
,, & les plus ſavans Juifs n'eſtiment point
,, cette Edition à cauſe de la confuſion qui
,, ſe trouve dans la petite *Maſſore*, laquel-
,, le eſt aux marges. FELIX PRATEN-
,, SIS qui en a pris le ſoin n'ayant pas eu
,, une connoiſſance aſſez parfaite de la
,, *Maſſore*, n'a pu réüſſir dans ſon Recueil
,, des diverſes leçons. Si l'on veut donc
,, avoir une Bible Hebraïque plus exacte;
,, il faut avoir recours à l'Edition de BOM-
,, BERGUE *in folio*, où l'on trouve au
,, commencement la Préface de R. JA-
,, COB HAIIM qui a compilé le premier
,, tout ce qu'il a pu recueillir de *Maſ-
,, ſore*.

(b) BARTOLOCCIUS, & BUXTOR-
FIUS in locis ſuprà citatis.

(c) *Biblioth. Sacr.* T. I. p. 101, 102,
103, 104, 105.] ,, Editiones *Danielis*
,, BOMBERGI in fol. cum Comment.
,, Rabbin. ann. 1518. operâ FELICIS
,, PRATENSIS; & ann. 1526. ſtudio R.
,, JACOB. F. HHAIIM. Et in 4. ann.
,, 1518. & ann. 1521. operâ fratrum filio-
,, rum BARUC, menſe *Alul*. & ann 1525.
,, (quæ Editio continet duntaxat Penta-
,, teuchum & quinque *Megilloth*.) & ann.
,, 1528. menſe *Adar*, operâ *Cornelii*
,, BARUC, & ann. 1533. & ann. 1544.
,, operâ *Cornelii* ADELKIND.

*Scali-*

Præter Typographos jamjam memoratos multi alii in variis *Europæ* partibus artem exercebant. Inter quos emicuit JOHANNES SCHOEFFER patre PETRO SCHOEFFER & avo JOHANNE FUST prototypographis haud indignus : qui *Moguntiæ* excudit anno 1503. (a) TRISMEGISTUM Latinè ; 1515. (b) *Trithemiarum* Hiſtoriarum Breviarium ; 1516. (c) *Mendenſis* Eccleſiæ Breviarium; 1517. (d) ÆNEÆ SYLVII Libellum *de aulicorum miſeriis* ; 1519. (e) TITUM LIVIUM ; 1522. (f) ERASMI *Enchiridion*

*Scaligeran.* Poſter. p. 34. 35.] BOMBERGUS *edidit ter Thalmud. Nunquam edidit, quin conſtiterit* 100 *millibus coronatorum: edidit libros pro* 3 *millionibus*, & *ſunt correctiſſimi. Debent corrigi à* Judæis; *alioquin ſemper erunt menda.*

*Iſaacus* VOSSIUS (in Epiſtol. Dedicat. *de Sybill. Oracul.*) ſcribit BOMBERGUM omnes ſuas ampliſſimas opes impendiſſe in ſtipendia aliquot *Judæorum*, qui punctis vocalibus recognoſcendis operam darent, centuriis ſolvenda ; & ex ejus Officinâ puncta illa originem duxiſſe. At verò ignorabat & Biblia & Libros Hebraïcos ante annum 1515. (quo BOMBERGUS ſuam primam Bibliorum inchoavit editionem) cum punctis illis fuiſſe excuſos. E. G. Pentateuch. *Ulyſſipone* 1491. (LONG, *Biblioth. Sac.* T. I. p. 125.) TISSARD. Gramm. Hebr. *Pariſ.* 1508.

(a) Cum hâc inſcriptione : *Deſideratiſſimo* CHRISTI JESU *optimi Maximi auſpicio vel maximè fretus, extremam ſanè quam lepido huic Opuſculo manum impoſuit ſpectatiſſimus ille vir*, Joannes *cognomento* OPILIONIS, *primarius civis Metropolitanæ Urbis* Moguntinæ : *feliciſſimâ eorum propagine ſatus, qui divinam ferè Chalcographiæ artem propitiis fatis invenerant: Anno Virginei partûs* M.D.III. *Octavo eid.* Aprilis. *Proinde, Lector, vale, ſiquidem lecta boni æquique conſulueris ; ſin minùs, efficiat pientiſſimus indulgentiſſimúſque Parens ille Deus è veſtigio reſipiſcas. Iterum atque iterum vale, humaniſſime Lector. Impreſſum atque expletum eſt divinum præſens Opuſculum, in nobili Urbe* Moguntinâ *Artis impreſſoriæ inventrice illuminatricéque primâ. Per* Joannem SCHOEFFER, *Anno Domini* M.D.III. *in vigiliâ Palmarum.*

(b) *Impreſſum & completum eſt præſens Chronicarum Opus an. Domini* M.D.XV. *in vigiliâ* MARGARETHÆ *virginis, in nobili famoſâque Urbe* Moguntinâ *hujus artis impreſſoriæ inventrice primâ, per* Joannem SCOEFFER *nepotem quondam honeſti viri* JOAN. FUST *civis* Moguntini, *memoratæ artis primarii auctoris, Qui tandem imprimendi artem proprio ingenio excogitare ſpeculárique cœpit an. Do. incarnat.* M.CCCC.L. *Indictione decimâ tertiâ, regnante illuſtriſſimo Imperatore* FREDERICO III. *præſidente Sanctæ* Moguntinæ *ſedi Reverendiſſimo in* CHRISTO *Patre Domino* THEODORICO PINCERNÂ DE ERBACH *Principe Electore. Anno autem* M.CCCC.LII. *perfecit, deduxitque eam (Divinâ favente gratiâ) in Opus imprimendi (operâ tamen ac multis neceſſariis adinventionibus* Petri SCHOEFFER *de* Gernsheim *miniſtri ſuique filii adoptivi) cui etam filiam ſuam* Chriſtinam FUSTIN *pro dignâ laborum multarúmque adinventionum remuneratione nuptui dedit. Retinuerunt autem hi duo jam prænominati*, Joannes FUST & Petrus SCHOEFFER, *hanc artem in ſecreto (omnibus miniſtris ac familiaribus eorum, ne illam quoquo modo manifeſtarent, jurejurando adſtrictis) quæ tandem anno Domini* M.CCCC.LXII. *per eoſdem familiares in diverſas terrarum provincias divulgata haud parvum ſumpſit incrementum.*

(c) Cum eâdem inſcriptione.

(d) *Ex Officinâ litterariâ* Joannis SCHŒFFER Moguntini. Et in fine ; *per* Joannem SCHŒFFER *Typographum ſanè quàm accuratum* Moguntiaci, *ubi divinum inventum ſtanneis typis excudendi Libros primò natum. Pridie Nonas* Julias M.D.XVII.

(e) De quo Libro conſule Catalogum ſequentem.

(f) *Ex ædidus* Joannis SCHŒFFER *menſe* Decembri M.D.XXII.

(a) Mo-

*chiridion militis Chriſtiani* ; 1523. (a) PROSPERI Libellum *de gratiâ Dei & libero arbitrio* &c. patriis Inſignibus in plerisque editionum ſuarum affixis.

Anno 1501. *Noribergæ* ; HIERONYMUS HOLCELIUS civis *Nurembergenſis*, AMBROSIUS NUEBER:
*Rhegii* ; BENEDICTUS (b) MANZIUS *Carpenſis* impenſis SIMONIS BOMBASII & Sociorum PONTICI VIRUNII & Presbyteri (c) DIONYSII BERTOCHI:

1502. *Argentinæ* ; MARTINUS (d) FLACCUS junior MATHIÆ SCHURER conſobrini ſui operâ uſus:
*Spiræ* ; (e) PETRUS DRACH pro BERNARDO DE BREYDENBACH:
*Venetiis* ; BERNARDINUS GUERRALDUS *Vercellenſis*:
*Cadomi*; MICHAEL ANGIER:
*Rothomagi*; JOANNES RICHARD:
. . . . . . JACOBUS PFORTZHEMIUS civis *Baſilienſis*:

1503. *Venetiis* ; (f) PETRUS LIECHTENSTEIN *Colonienſis*:
*Phorcæ*; THOMAS ANSHELMUS *Badenſis*:
*Lugduni*; JACOBUS SACON:

1504. *Noribergæ*; JOANNES WEISSENBURGER (g) Sacerdos ductu JOANNIS STABII:
*Neapoli*; SIGISMUNDUS MAYR:
*Mediolani* ; JOANNES (h) ANGELUS SCINZENZER impenſis JOANNIS JACOBI & fratrum DE LIGNANO:
*Lugduni*; CLAUDIUS DAVOST aliàs DE TROYS pro JACOBO HUGUETAN:

*Lon-*

(a) Moguntiæ *in ædibus* Joannis SCHŒFFER *menſe* Decembri M.D.XXIII. Joannes SCHŒFFER *Chalcographus Lectori.* — *ne à materno avo meo* Joanne FAUST, *& cariſſimo mihi patre* Petro SCHŒFFER, Moguntinenſibus *civibus, degenerarem*, *qui Chalcographicen primi omnium in hâc Urbe invenerunt & exercuerunt.* &c.

(b) De quo Vol. I. *Annal. Typogr.* p 256.

(c) Hic antea imprimebat anno 1496.

(d) Forſan filius *Martini* FLACHEN, qui imprimebat *Argentinæ* 1475.

(e) De quo vide ann. 1497.

(f) Hujus operâ uſus eſt *Daniel* BOMBERGUS. Affinis forſan fuit *Hermanni* LIECHTENSTEIN, cujus mentio antea ann. 1475. 1477.

(g) Vide Catalogum ſequentem ann. 1511.

(h) Affinis (ut conjicio) *Ulderici* SCINZENZELER, de quo ann. 1479.

(a) CAILLE

Anno 1504. *Londini*; GULIELMUS FANQUE regius Impreſſor:
1505. *Lipſiæ*; MELCHIOR LOTTER:
*Burgi*; (a) PETRUS DE SARTIERES:
1506. *Romæ*; JOANNES BESICKEM *Alemanus* impenſâ JACOBI MAZZOCHII *Romanæ* Academiæ Bibliopolæ:
*Mediolani*: JOANNES DE CASTELLIONO:
*Londini*; WILHELMUS BRETTON:
1507. *Florentiæ*; FRANCISCUS CARTOLAIUS:
*Baſileæ*; MICHAEL FURTER:
*Lugduni*; VINCENTIUS (b) *de Portonariis de Tridino de Monteferrato*:
. . . ERHARDUS OEGLIN civis *Auguſtenſis* & JOANNES (c) RYMANUS Librarius & Bibliopola:
1508. *Piſauri*; (d) HIERONYMUS DE SONCINO:
*Venetiis*; MANFREDUS DE BONO:
*Antuerpiæ*; HADRIANUS DE GERGIS:
*Lugduni*; JOANNES CABILLER:
1509. *Mediolani*; JACOBUS FERRARIUS; PETRUS MARTYR MONTEGATIUS:
*Vicetiæ*; HENRICUS & JOANNES MARIA:
1510. *Auguſtæ Vindelicorum*; JOANNES OTHMAR:
*Parmæ*; OCTAVIANUS SALADIUS & (e) FRANCISCUS UGOLETUS:
*Lugduni*; STEPHANUS BALAND:
1511. *Piſauri*; GERSOMUS *Soncinas*:
*Lipſiæ*; WOLFGANGUS *Monacenſis* expenſis GEORGII RELNER:
*Venetiis*; (f) AUGUSTINUS *de Zannis de Porteſio*:
*Rothomagi*; PETRUS (g) OLIVIER:

Anno

(a) CAILLE p. 50.] „ A' *Bourges* „ environ l'an 1500. il y avoit un Libraire „ nommé *Pierre de* SARTIERES, qui fit „ imprimer à *Paris* par *Berthold* REMBOLT „ *Lectura* LUCÆ DE PENNA *Doctoris Galli* „ *in tres poſteriores Libros Codicis* in fol. „ en 1505.

Hujus Libri, ſed in *Italiâ* impreſſi, mentio fit in *Biblioth.* SIMLERI.

(b) Qui (ut puto) imprimebat anno 1536; cujusque Inſigne Angelus *Gabriel*, cum his Angelicæ Salutationis verbis; *Ave gratiâ plenâ, Dominus tecum.*

(c) Hic antè imprimebat *Hagenoæ* ann. 1497. & poſtea 1514.

(d) Hic anno 1516. imprimebat *Fani.* & anno 1518. *Orthonæ maris.*

(e) Affinis forſan ANGELI UGOLETI; de quo 1493.

(f) Affinis forſan *Bartholomæi*, de quo Vol. I. *Ann. Typogr.* p. 187.

(g) Hic anno 1515. imprimebat *Cadomi.*

Anno 1512. *Noribergæ*; FREDERICUS PEYPUS:
*Wittenburgii*; JOANNES *Viridimontanus*:
*Mediolani*; LUDOVICUS *de Bebulco*:
*Papiæ*; JACOBUS *de Burgofranco* ſumptibus ALOYSII *de Caſtello Comenſis* ac BARTHOLOMÆI *de Morandis Bergomenſis* ſociorum:
*Venetiis*; GEORGIUS DE RUSCONIBUS *Mediolanenſis*:
*Lugduni*; (a) NICOLAUS DE BENEDICTIS, GILBERTUS DE VILLIERS *Borbonnius* impenſis VINCENTII *de Porthonariis* & CONSTANTINI FRADIN:

1513. *Metis*; . . . . .
*Foroſempronii*; OCTAVIANUS PETRUTIUS:

1514. *Hagenoæ*; HENRICUS GRAN impenſis JOANNIS RYNMAN *de Oringau*:
*Wittenburgi*; GRUNENBERGUS:
*Viennæ*; (b) HIERONYMUS VIETOR & JOANNES (c) SINGRENIUS ſocii ſumptibus LEONARDI & LUCÆ ALANTSEE fratrum civium *Viennenſium*:
*Venetiis*; (d) SIMON DE LUERE ſumptibus LAURENTII ORII *de Porteſio*:
*Ulyſſipone*; JOANNES PETRUS BONHOMINI:
*Valliſoleti*; . . . .

1515. *Bononiæ*; (e) HIERONYMUS DE BENEDICTIS *Bononienſis*:
*Romæ*; STEPHANUS GUILLERETUS *de Lotharingiâ*:
*Auguſtæ Vindelicorum*; JOANNES MILLER:
*Argentinæ*; MATHIAS HUPFUF:
*Mantuæ*; FRANCISCUS BRUSCHUS:
*Valentiæ*; LUDOVICUS OLIVELLUS:
*Londini*; JULIANUS NOTARY:
*Theſſalonicæ*; . . . . .

1516. *Salmanticæ*; (f) JOANNES DE PORRIS:

Anno

(a) Hic (aut alius vel affinis vel cognominis) imprimebat *Taurini* anno 1492.

(b) Hic anno 1515. imprimebat impenſis *Joannis* VUIDEMAN. & anno 1518. *Cracoviæ*.

(c) Hic anno 1515. imprimebat impenſis *Joannis* MECZKER.

(d) Hic imprimebat anno 1489.

(e) Hic anno 1517. *Genuæ* impreſſit. Erat (ut ſuſpicor) affinis PLATONIS *de* BENEDICTIS; cujus mentio Vol. I. *Annal. Typogr.* p. 188.

(f) Affinis forſan *Pauli* PORRI, qui eodem anno *Genuæ* imprimebat.

(a) Idem

Anno 1516. *Romæ*; BARTHOLOMÆUS ZANETUS:
*Venetiis*; JOANNES TAURINUS *de Trivio*:
*Mediolani*; (a) GOTARDUS PONTICUS:
*Daventriæ*; THEODORICUS DE BORNE:
*Baſileæ*; NICOLAUS LAMPERTER:
*Lipſiæ*; VALENTINUS SCHUMAN:
*Lugduni*; JOANNES MOYLIN, STEPHANUS DE BASIGNANA, GORGONUS CARMELITA in Officinâ BERNARDI (b) LESCUYER, JACOBUS MYT expenſis BARTHOLOMÆI (c) TROT:

1517. *Tridini*; JOANNES *de Ferrariis*:
*Venetiis*: ALEXANDER *de Bindonis*:
*Lugduni*; (d) JACOBUS SACON impenſis CIRIACI HOCHPERG:

1518. *Auguſtæ Vindelicorum*; (e) SILVANUS OTMAR:
*Parmæ*; ANTONIUS DE VIOTTIS:
*Oppenheim*; JACOBUS KOBEL:
*Argentinæ*; RENATUS BECK:
*Lotharingiæ*; PETRUS JACOBI Presbyter:
*Cremonæ*; FRANCISCUS RICARDUS *de Luere*:
*Baſileæ*; PAMPHILUS G——————
*Tholoſæ*; JOANNES *magni Joannis* ſumptibus JACOBI MOLNIER & JOANNIS DE CLAUSO & JOANNIS MACÈ:

1519. *Auguſtæ Vindelicorum*: SIGISMUNDUS GRIM Medicus & MARCUS WIRSUNG, ERHARDUS SAMPACHIUS:
*Erphurdiæ*; MATTHÆUS MALER:
*Florentiæ*; JOANNES STEPHANUS *di Carlo da Pavia*:
*Baſileæ*; (f) THOMAS WOLF:
*Peruſiæ*; LEO operâ COSMI BLANCHINI *Veronenſis*:
*Stekelderkam*; . . . . .

BIBLIA

(a) Idem (ut puto) qui GOTARDUS PONTANUS ann. 1518.

(b) Eo cognomento multi alii fuere; de quibus deinceps.

(c) De quo mentio facta eſt anno 1500.

(d) Qui imprimebat anno 1503.

(e) Affinis forſan *Joannis* OTHMAR; qui ibidem imprimebat anno 1510.

(f) Eo cognomento fuere *Georgius* & *Nicolaus*; de quibus Vol. I. *Annal.* p. 303.

| | | |
|---|---|---|
| Biblia Latina, cum Summariis, Concordantiis, Diviſionibus, & tribus Repertoriis præpoſitis, terſè & fideliter impreſſa: *venundatur ab* Johanne Parvo *ſub Leone argenteo Vico Sancti* Jacobi. (a) fol. in Parrhiſiorum | Lutetiâ. | 1501. |
| Eadem, correcta per Angelum de Monte Ulmi: *apud* Paganinum de Paganinis. (b) 8.° . . . . . . | Venetiis. | 1501. |
| Eadem Divi Hieronymi cum Concordantiis: *per* Anton. Koburger. (c) fol. | Nuremb. | 1501. |
| Boet. Conſolat. Philoſoph. 4.to . . | Argent. | 1501. |
| Poetæ Christiani, cum *Homerocentron*. Græcè & Latinè; & Sulpit. *de S*to. Martino; & Vita Nicolai *Myrenſis* Epiſcopi è Græco in Latinum translata per Leonard. Justinianum: *apud* Aldum. (d) 4.to . . . . . . . . | Venet. | 1501. |
| Aristotel. Philoſoph. Natural. Paraphraſes & Introduct. Metaphys. Latinè per Fabr. *Stapul.* cum Comment. Judoc. Clictovei: *Impreſſ. per* Wolffgangum Hopylium *in Vico divi* Jacobi *ad Inſigne S*ti. Georgii. (e) fol. in almâ Achademiâ | Pariſiorum. | 1501. |

Apu-

(a) *Impreſſ. in inclyto* Parrhyſiorum *Gymnaſio; anno Legis novæ milleſimo quingenteſimo primo. die* XXVIII. *menſis* Julii.

Jacob. le Long, in *Biblioth. Sacr.* p. 584. habet *Bibl. Latin. curâ* Gabrielis Bruni *ex Ordine Min. in folio Pariſiis, Joannis Petit.* 1501.

(b) Long, *Biblioth. Sacr.*

(c) 24. *Mart.*

(d) *Menſe Januario.* In hôc Codice continentur Prudentii Opera, Prosperi *Aquitanici* Epigrammata ſuper Divi *Aurel.* Augustini ſententias quasdam; Hymni Joan. *Dasmasceni*, Marci Episcopi *Idrontis*, Cosmæ *Hieroſolymitani*, Theophanis, Græcè & Latinè; Sedulii, Juvenci, Aratoris libri; Probæ Falconiæ Centronis (*De falſo hôc nomine dictum eſt priùs*) clariſſimæ fœminæ excerptum è Maronis carminibus Opusculum; Lactant. *de Reſurrect. & Paſſione*; Cyprian. *de ligno crucis*; Tipherni *Deprecatio ad Virginem* & Orationes duæ; Damasi quædam; Sulpit. *de Vitâ S.* Martini; *Vita S.* Nicolai *Myrenſis* antiſtitis è Græco in Latinum à *Leonardo* Justiniano translata; *Homerocentra* Græcè & Latinè.

(e) *Viceſimâ quinta die* Martii.

(a) XXIX.

| | | |
|---|---|---|
| APULEIUS cum Comment. BEROALD. *per* SIMONEM *Papienſem dictum* BEVILAQUA. (a) fol. . . . . . . | Venet. | 1501. |
| RAYMUND. SEBAUD. Dialog. de naturâ Hominis: *per* HENRICUM QUENTEL. (b) | Colon. | 1501. |
| GULIELMI LYNDEWODE Provinciale: *accuratione* ANDREÆ BOCARDI. fol.° in inclitâ Academiâ . . . . . | Pariſianâ. | 1501. |
| Abbatis *Panormitani* Practica aurea: *per* LEONARDUM PACHEL. (c) fol.° . . | Mediolani. | 1501. |
| *Europæ* PII Pontificis Deſcriptio: *per* OTINUM *Papienſem de Lunâ.* (d) 4.to . . | Venet. | 1501. |
| Romanæ Hiſtoriæ Compendium per POMPONIUM LŒTUM: *impenſis* JOANNIS PRATENSIS. 4.to . . . . . . . | Pariſ. | 1501. |
| CRATETIS *Thebani* Epiſtolæ Latinè interprete ATHANASIO *Conſtantinopolitano Archienſi* Abbate: impreſſæ *per* AMBROSIUM NUEBER. 4.to . . . . . . . | Nuremberg. | 1501. |
| PLIN. Epiſtol. per PHILIP. BEROALD. emendat. & ejuſd. Panegyricus: *impreſſ. per* ALBERTINUM *Vercellenſem.* (e) 4.to . | Venet. | 1501. |
| ARISTOPHAN. *Plutus* Latinè. (f) 4.to | Parmæ. | 1501. |
| VIRGILIUS: *ex ædibus* ALDI *Romani.* (g) 8.° . . . . . . . . | Venet. | 1501. |

Ho-

(a) XXIX. *April.*
(b) CAILLE p. 27.
(c) XV. *Octob.*
(d) Januarii *die decimo nono.*
(e) XX. *Aprilis.*
(f) Catalog. Biblioth. Jo. DE WIT. p. 233.
(g) Menſe *Aprili.* Vidi VIRGILII Editionem, cum eâdem *Aldi* MANUTII ad calcem Epiſtolâ de ſuæ orthographiæ ratione, ſinè ullâ loci, anni, Typographi mentione, in 8. Italico charactere; quam conjicio fuiſſe *Bartholomæi* TROT; is enim fuit *Aldinorum* typorum egregius imitator.

(a) *Men-*

Horatius : *apud* Aldum *Romanum.* (a) 8°. . . . . . . Venet. 1501.

Juvenalis & Persius : *in ædibus* Aldi & Andreæ *Soceri.* (b) 8.° . Venet. 1501.

Juvenalis cum not. Joan. Britannici: *impreſſ. ab* Angelo & Jacobo Britannicis *fratribus.* fol.° . . . . Brixiæ. 1501.

Juvenal. cum quatuor Comment. Mancin. Calderin. Merul. & Georg. Vall. *per* Joan. de Cereto *aliàs* Tacuinum de Tridino. (c) fol.° . Venet. 1501.

Ovid. Heroid. cum Comment. Anton. Volsci, & Ubertini Clerici *Creſcentinatis* : *per* Joannem Aluysium *de Variſio Mediolanenſ.* (d) fol°. . . . Venet. 1501.

Martialis Epigramm. *in ædibus* Aldi. (e) 8.° . . . . . . Venet. 1501.

Val. Flacc. impreſſ. *per* Christophorum *de Penſis de Mandello* (f) 4.to . Venet. 1501.

Cornelii Galli fragmenta : *per* Bernardinum *Venetum de Vitalibus.* (g) 4.to . . . . . . Venet. 1501.

Ma-

(a) *Menſe* Maio. *Id genus characteres decennium ne attingito. Libros hujuſcemodi litterulis excuſos neu impreſſito neu vendito.* Aldus Romanus Marino Sannuto *patritio* Veneto Leonardi filio. S. *Cùm celebres quosque Poëtas breviſſ. formâ excuſos publicare ſtatuiſſem , impreſſis nuper* Virgilianis *Operibus* &c.

(b) *Menſe* Auguſto.

(c) *Die* x. Decemb.

(d) 20. *Kal.* Jul.

(e) *Menſe* Decembri. *Quisquis es qui quoquomodo hujusce excuſionis ergo adverſus ieris, damnatus eſto & reus ILL. S. V. Ne dicas tibi non prædictum , cave.*

(f) *Die* ix Julii.

(g) *Menagian.* Vol. III. p. 241. usque ad 251.] ——— „ Perſonne n'ignore „ que les Poëſies attribuées à *Gallus* ſont „ d'un Ecrivain demi-barbare appellé „ *Maximien.* C'eſt le nom que lui don- „ nent les Manuscrits. *Goldaſt* dans ſon „ Edition des *Catalecta* Ovidii, fondé „ ſur ce vers de la troiſiéme Elégie :

*Solus* Boethi *fers miſeratus opem ;*

„ Et ſur cette Inſcription: THEODO- „ RICUS REX MAXIMILIANO „ V. ILL. ET ANDREÆ V. SE- „ NATORI , préſume que ce *Maxi-* „ *mien*, contemporain de *Boëce*, n'eſt autre „ que

„ que l'Auteur des Elégies. *Saumaiſe* pag. „ 131. de la 1. Edit. de ſes Commentaires „ ſur l'Hiſtoire d'*Auguſte*, eſt de même o- „ pinion. Mais outre que les Exemplai- „ res varient ſur le mot *Boethi*, la plûpart „ ayant *Boheti*, il n'y a nulle apparence „ qu'un auſſi habile homme, auſſi ſage, „ &, puiſqu'il s'agit ici de Poëſie, auſſi „ bon Poëte que *Boëce*, ait jamais pû a- „ voir de liaiſon avec un miſerable faiſeur de „ vers, ignorant & fat au point que l'étoit „ celui-là. L'Inſcription prétenduë qu'al- „ légue *Goldaſt* n'eſt purement & ſimple- „ ment que l'adreſſe de la 21. Lettre de „ *Théodoric* dans le I. Livre de *Caſſiodore*. „ C'eſt ce que, dans une Epitre à *Daumius*, „ a fort bien obſervé *Reineſius*, qui néan- „ moins s'eſt trompé en ce que, contre „ toute ſorte de vraiſemblance, il a pris „ un *Maximien* Abbé, depuis Evêque „ de *Syracuſe*, ami du Pape *Gregoire* le „ Grand, pour le Poëte *Maximien*. Il eſt „ difficile de marquer l'époque préciſe de „ cet Auteur. J'inclinerois à la croire „ poſtérieure de quelques années au dixié- „ me, & peut-être à l'onziéme ſiécle. Ce „ qui me le perſuade, eſt qu'avant l'an „ 1240. je ne trouve nulle mention de cet „ Ecrivain. Le premier que je ſâche qui „ en ait parlé eſt le Grammairien *Alexan-* „ *dre de Ville Dieu*, qui, indigné qu'en ce „ tems-là un Auteur ſi impertinent fût „ expliqué dans les Ecoles, entreprit, „ quoique plus impertinent lui-même mil- „ le fois, de compoſer une Grammaire „ en vers Léonins, intitulée *Doctrinal*, „ pour l'inſtruction de la jeuneſſe. En „ voici les premiers vers:

„ *Scribere clericulis paro Doctrinale novellis*
„ *Puráque Doctorum ſociabo ſcripta meorum,*
„ *Jámque legent pueri pro nugis* Maximiani.

„ Et un peu après,

„ *Quamvis hæc non ſit doctrina ſatis gene-*
„ *ralis,*
„ *Proderit ipſa tamen plus nugis* Maximiani.

„ Il parvint à ce qu'il ſouhaitoit. Les „ Régens ceſſérent d'enſeigner *Maximien* „ à leurs Ecoliers. Mais à quelque tems „ de là les beaux Eſprits & les Savans, „ tels qu'il pouvoit y en avoir alors, les „ Compilateurs ſur tout, en firent leur „ étude domeſtique. Un *Auguſtin* nom- „ mé *Jaques le Grand*, Auteur du *Sopho-* „ *logium*, enrichit ſon Livre des Senten- „ ces de ce Poëte. *Albert d'Eyb* en don- „ na des extraits dans ſa *Marguerite Poëti-* „ *tique*. Peu de temps même après l'in- „ vention de l'Imprimerie, on fit diverſes „ Editions des ſix Elégies, à la tête deſ- „ quelles fut toûjours mis le nom de „ *Maximien*. On en voit à la Bibliothe- „ que *Mazarine* un Exemplaire Gothique „ *in* 4. dont le titre eſt d'une naïveté trop „ divertiſſante pour ne le pas répreſenter „ ici tout-au-long. Le voici exactement „ copié. *Perjucundus* (*juvenum quoque* „ *mirum in modum demulcens animos*) „ *Libellus quem nugarum* Maximiani *im-* „ *mitis* Alexander *intitulat*, *impreſſus* Pa- „ riſii, *opera*, *exactiſſimáque diligentia* Ste- „ phani Johannot *&* Petri le Dru *Ar-* „ *tium Magiſtrorum*, *& vigilantiſſimorum* „ *Impreſſorum. Hunc ſi parvo nummiſmate* „ *comparare cupis*, *venalem in vico ſancti* „ Jacobi *reperies in domo quadam ante* Ma- „ thurinos *ſita*, *juxta Carnificem ſaniſſimas* „ (*humano pro corpore*) *carnes venden-* „ *tem*. *Maximien* ſe maintint de la ſorte „ pendant l'eſpace de deux cens ſoixante „ ans, juſqu'au commencement du ſeizié- „ me ſiécle, que *Pompone Gauric* Hu- „ maniſte, frere du fameux Aſtrologue „ judiciaire *Luc Gauric*, s'aviſa, fort jeu- „ ne encore, de publier pour la premiere „ fois les ſix Elegies, avec une eſpece „ d'Ode informe, ſous le titre de Cor- „ nelii Galli *Fragmenta*. Ce fut en 1501. „ que l'Edition en parut *in* 4. à *Veniſe* le 12. „ *Janvier per* Bernardinum *Venetum de* „ *Vitalibus*. On lit à la fin du Volume, „ l'Avertiſſement qui ſuit: Jo. Bap. „ Rhamnusius *Lectori. Lector*, „ *quod has* Corn. Galli *Poëtæ relli-* „ *quias legeris*, Pomponio Gauri- „ co *adoleſcenti optimo gratias habeto*. A „ quoi ce *Jean Baptiſte Ramuſio*, âgé tout „ au plus alors de quatorze à quinze ans, „ ajoûte cette Epigramme qui, auſſi „ bien que l'Avertiſſement, m'a bien la „ mine d'être de *Pompone Gauric* lui-même.

„ *Si quis ſenſus ineſt*, *ſi qua eſt mens ulla*
*ſepultis*,
„ Pomponi, *pietas hæc tua grata ſatis.*

„ *Qui*

„ *Qui ſparſos cineres proprio componis acervo,*
„ *Qui titulum proprio reſtituis tumulo.*
„ *Ipſe tuo tandem* Gallus *nunc munere gaudet*
„ *Se penitus dextra non cecidiſſe ſua.*

„ Tout cela n'empêcha point les connoiſſeurs de s'appercevoir de l'impoſture. *Pietro Riccio*, plus connu par ſon nom Latin *Petrus Crinitus*, fut des premiers à s'inſcrire en faux contre cette Edition. *Leguntur*, dit-il Chap. 42. de ſon Ouvrage des Poëtes Latins, publié en 1505. *ætate noſtrâ Elegiarum libri ſub nomine* Cornelii GALLI, *quâ in re facile eſt imponere imperitis hominibus. Qui autem paulò diligentiùs antiquitatem obſervârunt, nihil minùs cenſebunt quàm ut hæc referenda ſint ad Poëtam* GALLUM. Paroles que je transcris d'autant plus volontiers qu'elles ſervent à faire voir combien précipitamment & injuſtement *Yvo Villiomarus*, c'eſt-à-dire *Joſeph Scaliger*, l'accuſe d'avoir le premier voulu faire paſſer *Maximien* pour *Cornelius* GALLUS. *Sed* CRINITUS, dit-il pag. 22. de ſes *Animadverſa* contre *Robert* TITIUS, *de* MAXIMIANO Cornelium GALLUM *fecit*. Ce qui l'a trompé eſt qu'il a cru que la Vie de *Gallus*, imprimée au devant des Elegies de *Maximien*, étoit de *Crinitus*, au lieu qu'elle eſt de *Gauric*. *Gérard Voſſius*, pag. 25. *de Poëtis Latinis*, a ſuivi cette bévue de *Scaliger*, ſur laquelle *Baillet*, Article 1147. de ſes *Jugemens des Savans*, a ſolennellement enchéri, lorſqu'il s'eſt imaginé que ce paſſage de *Lilius Gyraldus* Dialog. 4. *de Poëtar. Hiſtor.* regardoit principalement CRINITUS. *Miratus ſum quorundam imprudentiam, ne dicam amentiam, qui tralatitios quosdam & ementitos verſus ſub* Galli *Poëtæ nomine ediderunt, cum in iis neque phraſis nec tempus* Gallo *conveniant*, &c. Comment *Gyraldus* y auroit-il eu en vûë *Crinitus*, puisque ce dernier rejettoit abſolument tout ce qui avoit paru de ſon temps ſous le nom de *Cornelius Gallus*? En quoi il marquoit plus de délicateſſe que *Gyraldus*, qui des ſix Elégies en exceptoit au moins une ou deux de ſa cenſure. *Jean Albert Fabrice* croit que cette indulgence de *Gyraldus* étoit peut-être pour cette Elégie qui commence:

„ *Non fuit* Arſacidum *tanti expugnare* Seleucen;

„ imprimée ſéparément avec trois Epigrammes d'un prétendu *Aſinius Cornelius Gallus*, à *Florence* par les ſoins d'*Alde Manuce* fils de *Paul*. Mais *Gyraldus* étant mort dès 1552. trente-huit ans avant l'Impreſſion & de l'Elégie, & des Epigrammes; cette conjecture ne peut avoir lieu. C'eſt dommage que de tant de Poëſies de *Gallus* il ne nous reſte qu'un ſeul Pentamètre qu'on puiſſe aſſûrer être de lui. Un petit Auteur ancien peu celèbre, nommé *Vibius Sequeſter*, nous l'a conſervé dans ſa Liſte alphabetique des Rivieres, au mot *Hypanis*, en ces termes: *Hypanis Scythiæ, qui, ut ait* GALLUS,

„ *Uno tellures dividit amne duas.*

„ Aſiam *enim ab* Europâ *ſeparat*. *Denys Neſtor*, Cordelier de *Novare*, dont nous avons un Dictionaire *in fol.* imprimé à *Strasbourg* l'an 1507. cite, feuillet 113. de ſon Livre, cet autre Pentamètre comme de *Cornelius Gallus*:

„ Praxitelis *manibus vivo iterum* Niobe.

„ Ce vers remet d'abord en memoire l'Epigramme Grecque tant vantée qui ſe lit au Chap. 9. du l. 4. de l'Anthologie.

Ἐκ ζωῆς με θεοὶ τεῦξαν λίθον· ἐκ δὲ λίθοιο
Ζωὴν Πραξιτέλης ἔμπαλιν εἰργάσατο.

„ Si on ſuppoſe en effet un Hexametre Latin, tel à peu près que celui-ci,

„ *Ex viva in lapidem manibus converſa*
„ *Deorum*,

„ Et qu'on y joigne ce Pentametre,

„ Praxitelis *manibus vivo iterum* Niobe;

„ les deux vers joints enſemble compoſeront un Diſtique Latin très-conforme au Grec pour le tour; & pour la pen-

„ ſée

MACROBIUS : *per* ANGELUM BRITANNICUM. (a) fol.° . . . . Brix. 1501.

PONTANI Opera : *per* BERNARDINUM *Vercellenſem.* (b) fol.° . . . . Venet. 1501.

PUBL. FAUST. ANDRELINI Epithalamium de CLAUDIÂ LUDOVICI XII. filiâ & FRANCISCO *Valeſiorum* Duce ; Ejusd. Bucolica : *per* JOANNEM ANTONIUM Venetum *impenſis* RODULPHI LALISEAU. 4$^{to}$. Pariſ. 1501.

RHOSWITÆ Monialis *Gandershemenſis* Poëmata. (c) . . . . . Norimb. 1501.

GEORGII VALLÆ *Placentini* de expetendis & fugiendis Opus : *in ædibus* ALDI Romani , *impenſâ ac ſtudio* JOANNIS PETRI VALLÆ *filii pientiſſ.* (d) fol.° . . Venet. 1501.

Ludus DIANÆ in modum Comœdiæ coram MAXIMILIANO *Romanorum* Rege : *ab* HIERONYMO HOLCELIO *cive* Nurembergenſi. (e) 4.$^{to}$ . . . . Nuremberg. 1501.



„ ſée ; d'où il s'enſuivra que ſi le Pentamétre étoit véritablement d'un Poëte „ auſſi ancien que l'eſt *Gallus* , l'Epigramme Latine pourroit bien avoir été l'original de la Grecque. *Neſtor* ne marquant point d'où il a tiré le Pentamétre qu'il allegue, j'eſtime que c'eſt apparemment de quelqu'une de ces Epigrammes anciennes que vers le milieu du 15. ſiécle recueilloit *Cyriaque* d'*Ancone*. Ce Collecteur , connu par les Epitres de *Philelphe* ſon contemporain , débitoit pour vrayes , comme *Antoine Auguſtin* l'a remarqué , beaucoup de fauſſes inſcriptions. „

(a) *Die* XVIII. Januarii.

(b) *Die primo Kal.* Martii.

(c) FABRIC. *Biblioth. Lat.* p. 720. vocat hanc *Editionem rarò obviam* CONRADI CELTIS *Norimberg.* 1501.

(d) *Menſe* Decembri M.D.I. *In quo continentur libri tres de Arithmeticâ , quinque de Muſicâ , ſex de Geometriâ , quatuor de Aſtrologiâ , quatuor de Phyſiologiâ , ſeptem de Medicinâ , unus Problematum , quatuor de Grammaticâ , tres de Dialecticâ , unus de Poëticâ , duo de Rhetoricâ , unus de Morali Philoſophiâ , tres de OEconomicâ , unus de Politicâ , tres de corporis commodis & incommodis , unus de rebus externis.*

MENAGIAN. Vol. III. pag. 450. *Je me ſouviens avoir autrefois écrit ces ſix vers ſur mon Exemplaire du gros Livre de* GEORGE VALLA.

*Quem de expetendis atque fugiendis Librum ,*
Valla , *edidiſti rebus , ingentem Librum ,*
*Non otioſâ pervolutavi manu ;*
*Quid ergo poſthac expetiturus ſiem ,*
*Quidve fugiturus ? ſi rogas , verbo accipe :*
*Libros ego bonos expetam , fugiam tuum.*

(e) M.CCCCC. & *primo novi ſæculi Idibus* Maiis.

FRANC. MAR. GRAPALDUS *Parmenſ.* de partibus ædium. (a) 4.to . . . . . . 1501.

Erotemata GUARINI cum LIBANII Opuſculo de modo Epiſtolarum, Græcè: *impenſis nobilis* SIMONIS BOMBASII *&* *ſociorum* PONTICI VIRUNII *&* *Presbyteri* DIONYSII BERTOCHI, BENEDICTUS MANZIUS Carpenſis *impreſſit.* (b) 8.° Regii Lingobardiæ 1501.

Opera ANTONII MANCINELLI *Veliterni* in Grammaticam: *per* NICOLAUM KESLER *charactere nitido & correcturâ exactiſſimâ elaborata.* 4.to . . . . Baſil. 1501.

Biblia Latina: *ex Officinâ Frobenianâ.* (c) fol.° . . . . . . . Baſil. 1502.

Biblia Italica MALERMI: *typis* BARTHOLOMÆI DE ZANNI. (d) fol.° . . Venet. 1502.

Pſalter. Latin. (e) 4.to . . . . Baſil. 1502.

LACTANTII Opera; CHRYSOSTOMI enarratio particulæ Epiſt. PAUL. ad *Corinth.* quæ legitur in cœnâ Domini, interprete HIERONYMO DONATO Patritio *Veneto*; Sermo LAUR. VALLÆ de Euchariſtiâ: *mirâ arte ac diligentiâ* JOANNIS DE TRIDINO *cognominati* TACUINUS. (f) fol°. . . . Venet. 1502.

TER-

(a) Mai. *Kal.* Hæc Editio ubi facta ſit, & à quo, me adhuc latet, quoniam hujus Exemplar (quod conſului) folium primum non habet, licèt ad calcem annus & menſis indicentur. At in repetitâ anni 1508. Editione ſic præfatur GRAPALDUS. Antonio QUINTIANO *primi in hâc Urbe nominis Bibliopolæ, compluribúsque aliis, qui ſturnatim (ut ita loquar) huc convolabant, annum abhinc ſeptimum libellos noſtros dedimus diſſeminandos.*

(b) x. *Julii.* Cum Epiſtolâ *Pontici* VIRUNII ad litterarum Græcarum ſtudioſum. —— *Compendiolum à* GUARINO *ex* CHRYSOLORÆ *libello majuſculo extractum* —— *ſæpius impreſſum* —— *ſemper mendoſum* &c. PONTICUS VIRUNIUS Lectori de Impreſſoribus —— *talis eſt impreſſoriæ Artis natura, & neſcio quod occulti, ut ſi* Argus *terræ filius eſſet corrector iterúmque iterúmque rediterans, cæcus nonnunquam videretur, & quandoque erraret* Mercurius *forſan vel* Apollo. *Liber enim non eſt, qui non habeat aliquod erratum.* —— *Taceant iſti detrahentes, qui correctores mordent, lacerant; qui vires, diligentiam humanam non metiuntur, litterarum difficultatem præſertim Græcarum* &c.

(c) Vide *Annal. Typogr.* Vol. I. p. 349.

(d,e) LONG, *Biblioth. Sacr.*

(f) *Die* III. Januarii, *dominante* Leonardo LAUREDANO.

TERTULLIANI Apologeticus, & Sermo de vitâ æternâ: *arte & impenſis* JOANNIS TACUINI. (a) fol°. . . . . . Venet. 1502.

Miſſale ad uſum celebris Eccleſiæ *Helforden.* *impreſſum per* JOANNEM RICHARD MERCATOREM. fol°. . . . . . Rothom. 1502.

JOANNIS GERSONI Tractatus de virtutibus & vitiis &c: *per* MICHAELEM ANGIER. (b) fol°. . . . . Cadomi. 1502.

Quarta pars Operum JOHANNIS GERSON, quæ priùs non fuere impreſſa: *jam verò prodeunt feliciter ex Officinâ* MARTINI FLACCI *Junior. exactiſſimâ* MATHIE SCHURER Sletſtatini *conſobrini ejus operâ.* (c) fol°. . Argent. 1502.

S.ti DIONYSII Areopagitæ Opera cum Epiſtol. POLYCARP. & IGNAT. (d) fol°. Argent. 1502.

Ejusd. Opuſculum de Myſtic. Theolog. & de Divinis nominibus, MARSILIO FICINO interprete, impreſſionéque novâ luculentum. (e) fol°. . . . . Argent. 1502.

PASCASII RATPERTI Abbatis *Corbienſis* Ordinis S.ti BENEDICTI Commentariorum in Lamentationibus JEREMIÆ Prophetæ libri quinque: *impreſſi opere & expenſis providi viri Magiſtri* JACOBI PFORTZHEMII *civis* Baſilienſis. 4.to . . . . . . 1502.

Omelie

(a) 152. *Nono* Februarii. Nota 152. pro 1502.

(b) CAILLE, p. 49. *A'* Caen *par* Michel Angier *pour* Jean Macé *Libraire demeurant à* Rennes, *& pour* Richard Macé *Libraire en l'Univerſité de* Caen *demeurant à* Rouen.

Vidi *Mantuani* Carmen in Poëtas impudicè loquentes cum commentariis: in 4. *imprimé à* Rouen *pour* Richard MACE' *demourant pres le portail Notre Dame, a l'enſeigne des Chapeletz, & a* Caen *ches* MICHEL *& a* Rennes *ches* Jehan MACE' *a l'enſeigne Saint* JEHAN *l'Evangeliſte.* Neſcio, an anni indicium ullum fuerit in tituli folio, quod illo exemplari deerat.

(c) III. *Kal.* Martii.

(d) *Anno dñi* M. Vc. II. *finit. in die* VITALIS *martyris.* Cum eodem frontiſpicio, quo ornatur DIONYSII Editio per *Henr.* STEPHANUM 1515.

(e) *Anno* M. Vc. II. *finit. in die ſanctorum Martyrum* VITI *&* MODESTI.

(a) Ita

| | | |
|---|---|---|
| (a) Omelie divi GREGORII ſuper EZECHIELEM: *impreſſ. in ſole aureo vici* Sorbonici *operâ* UDALRICI GERING & *magiſtri* BERTHOLDI REMBOLT *ſociorum* (b) 4.to . . . . . . . . | Pariſ. | 1502. |
| Artificialis Introductio JACOB. FABRI cum Comment. CLICTOVEI per modum Epitomatoris in decem libr. Ethic. ARISTOTEL. *per* WOLFFGANGUM & HENRICUM STEPHANUM *in formulariâ literarum arte ſocios.* (c) fol. in almâ Academiâ | Parhiſiorum. | 1502. |
| JO. PIC. MIRANDUL. adverſùs Aſtrologos: *per* RICHARDUM PAFRAET. 4.to | Daventriæ. | 1502. |
| Transmarina Peregrinatio : *per* PETRUM DRACH *pro* BERNARDO DE BREYDEMBACH. (d) fol. . . . . | Spiræ. | 1502. |
| HERODOTUS Græcè : *in domo* ALDI. (e) fol. . . . . | Venet. | 1502. |
| THUCYDIDES Græcè : *in domo* ALDI. fol°. . . . . . . . | Venet. | 1502. |
| QUINT. CURTIUS : *per* JOAN. DE TRIDINO *aliàs* TACUINUM. fol. . | Venet. | 1502. |
| JUSTIN. Epitom. TROG. *apud* ALEXANDRUM MINUTIANUM. (f) fol. . | Mediol. | 1502. |
| VALER. MAXIMI dictorum & factorum memorabilium libri novem : *in ædibus* ALDI Romani (g). 8.° . . . . . . | Venet. | 1502. |

AP-

(a) Ita impreſſum lego.

(b) *Die* VIII. Aprilis.

(c) *Invenitur venalis in officinâ cuniculorum juxta ſcholas decretorum.*

(d) CAILLE, p. 28.

(e) *Menſe* Septembri. ALDUS Roman. JOANNI CALPHURNIO Brixiano —— *Patavini Gymnaſii decus , in quo profiteris Græcas & Latinas litteras* —— *à te* TULLII *Epiſtolas ad* ATTICUM PAUSANIÂMque *Græcum , quos accuratè caſtigatos enarras , petiiſſem &c. has novem Muſas* HERODOTI *tibi dono damus.* —— *quæ multis exemplaribus caſtigatæ emittuntur ex Academiâ noſtrâ in manus ſtudioſorum* &c.

(f) *Id.* Jan.

(g) Octobri *menſe.* ALDUS RO. JOANNI LUDBRANCIO Polono *Juriſperito*

Appiano Alexandrino de Bello *Carthaginenſi*, *Syro*, *Parthico* & *Mythridatico*, di S. Alexandro Braccio Secretario *Fiorentino*: *ſtampato in campo di Fiore per lo venerabile viro maeſtro* Euchario Silber *aliàs* Franck Alamano. (a) fol. . . Rom. 1502.

Plinii ad Trajanum & Trajani ad Plinium Epiſtolæ; Plinii Panegyricus: Benedictus Hectoris Bononienſis *impreſſit*. (b) 4.to . . . . . 1502

Cicer. Epiſtol. Familiar. cum Comment. Ubertini Clerici, Martini Philetici, Georgii Merulæ & Politiani: *per* Albertinum de Lisonâ Vercellenſem. (c) fol. . . . Venet. 1502.

Sophoclis Tragœdiæ ſeptem Græcè, μετ' ἐξηγήσεων cum Commentariis: *in* Aldi Romani *Academiâ*. (d) 8.o . . . Venet. 1502.

Homer. Ilias per Laurentium Vallensem è Græco in Latinum translata, & per Jo. Petr. Valerian. recognita: *dexteritate & impenſâ* Joannis Tacuini de Tridino. fol. . . . Venet. 1502.

Ovid.

*perito ac* Poſnanienſi *Epiſcopo Regnique* Poloniæ *à conſiliis* S. P. D. ——— *typis emittere ex Academiâ noſtrâ* ——— *in hemicyclo* Patavii *in cubiculo tuo ſedens*, *cùm & ego unà eſſem &* Raphael Regius *noſter*, *pollicitus es tuâ impenſâ ad* Dacas *usque mittere Librorum inveniendorum gratiâ*, *quòd ibi antiquorum Librorum plena turris eſſe dicatur.* ——— *addidiſti te ipſum eò*, *ſi opus fuerit*, *profecturum.*

(a) *Nel anno Mille* CCCCC.II. *A di* xxii. *de* Aprile *ſedente* Aeexandro VI. *Pont. Maximo. Anno ejus* X.

(b) *Anno* M.D.II. xxiiii. Januarii.

(c) *Die* iiii. Maii.

(d) *Menſe* Auguſto. Μαιμακτηριῶνος τεσσαρεσκαιδεκάτῃ. Cur ſcholia in titulo promiſſa unà non prodierint, lege Epiſtolam ſequentem.

Ald. Ro. Joanni Lascari *viro præclaro ac doctiſſ.* S. D. *Sedentib. nobis his brumæ frigorib. in hemicyclo ad ignem cum Neacademicis noſtris*, *fortéque eſſet unà* Marcus Musurus *noſter* ——— *ſtudioſiſſ. tui ac perquam gratus discipulus* ——— *cùm multa de te narrâſſet*, *te proximis* Julio *&* Auguſto *menſibus &* Mediolani *&* Ticini *vidiſſe addidit téque* ——— *mirum in modum* ——— *laudare labores noſtros. Quamobrem* ——— *ſeptem Tragœdias* Sophoclis *parvâ formâ* ——— *Sub tuo nomine volui ex Neacademiâ noſtrâ prodire in publicum.*

| | | |
|---|---|---|
| Ovid. Faſti cum Comment. Antonii de Fano, & Pauli Marsi, cenſore Bartholomæo Merulâ: *operâ & impenſâ* Joannis Tacuini de Tridino. fol. . . . . . | Venet. | 1502. |
| Ejusd. Metamorph. & Amatoria: *apud* Aldum. (a) 8.° . . . . | Venet. | 1502. |
| Catull. Tibull. Propert. *in ædibus* Aldi. (b) 8.° . . . . | Venet. | 1502. |
| Lucan. *apud* Aldum (c) 8.° . . | Venet. | 1502. |
| Statius. *in ædibus* Aldi. (d) 8°. . | Venet. | 1502. |
| Franc. Philelfi Satyrarum Hecatoſtichon Decades decem. (e) 4.to . . | Venet. | 1502. |
| Franc. Petrarchæ Carmin. Bucolic. cum notis Badii: *operâ* Andreæ Bo- | | |

*blicum.* ——— Τὰ δὲ εἰς αὐτὰς εὑρισκόμενα σχόλια οὔπω μὲν ἐτυπώθη. Τυπωθήσεται δὲ θεοῦ σώζοντος ὅσον οὐκ ἤδη. πρὸς δὲ καὶ ὅσα ἐς ἀνάπτυξιν μέτρων ἔχει. *Atque utinam id antè habuiſſem! Nam, & ſi res eſt quàm laborioſiſſ. tamen ſingulos quosque verſus in choris præſertim, ſi qui perperam digeſti ſunt, curâſſem in ſuum locum reſtituendos. Quod quia non licuit, id ſibi quisque curato, ſi placuerit.* &c.

(a) Exemplum privilegii Aldo Ro. conceſſi Libro Metamorphoſ. præfixum datur *die* XIIII. Novemb. *Indiction. ſextâ.* M.D.II. Amatoria opera; *Menſe* Decembri. M.D.II.

(b) *Menſe* Januario.

(c) *Menſe* Aprili.

Aldus Ro.
Marco Antonio Mauroceno
Veneto & *Equiti clariſſ.* S. P. D.

*Omnes Libros, qui induſtriâ noſtrâ excuſi exeunt in manus hominum, aliquâ Epiſtolâ, quæ ſit tanquam eorum argumentum, amicis iisque doctiſſ. nuncupare ſtatuimus. Quare* Anneum Lucanum *hisce characteribus noſtris in tuo nomine publicamus, Eques inclyte, tum quia tuum mihi* Lucanum *& antiquum & correctum, ut eo Exemplari uterer, & benignè & humaniter commodâſti. Tum etiam quòd cùm* Lucanus *bella terrá marique à* Romanis *inter ſe geſta ſic ſcripſerit, ut Oratoribus magìs quàm Poëtis adnumerandus videatur, & tu exercitibus S. V. unà cum Imperatoribus ſummâ laude olim præfueris, Oratórque doctrinâ & eloquentiâ ſingulari à Senatu tuo ſapientiſſ. ad ſummos Chriſtianorum miſſus fueris, hæc tibi maximè convenire exiſtimavimus. Adde, quòd* Lucanum *propter ejus orationes ſublimes & concitatas eſſe tibi ſcimus valde familiarem. Munusculum verò hoc noſtrum gratum tibi fore putamus, & quia tu es humaniſſ. & quia ipſe Liber dignus cùm propter plurima tum etiam quia commodiùs in manibus ſuâ parvitate haberi poterit. Vale.*

(d) *Menſe* Auguſto.

(e) Menag. Vol. IV. p. 232. ] „ Vous aurez peine à trouver ailleurs „ qu'à *Veniſe* Philelphe *in fol.* de l'an 1502.

(a) VI.

BOCARDI. (a) 4.^to . . . Pariſ. 1502.

FAUST. de ſecundâ victoriâ *Neapolitanâ* : *per* GUIDONEM MERCATOREM *pro* JOANNE PETIT. 4.^to . . . Pariſ. 1502.

BAPTISTÆ MANTUANI Opera: *apud* BENEDICTUM HECTORIS Bononienſem. (b) fol. . . . . . Bonon. 1502.

ANTONII CODRI URCEI Orationes, Epiſtolæ, Sylvæ, Satyræ, Eclogæ, Epigrammata: *impreſſ. per* Jo. ANTONIUM PLATONIDEM BENEDICTORUM *Bibliopolam necnon civem* Bononienſem. (c) fol. . . Bonon. 1502.

CAMPANI Opera: *per* BERNARDINUM Vercellenſem *juſſu Domini* ANDREÆ TORRESANO DE ASSULA. (d) fol. . Venet. 1502.

PET. PAUL. VERGERII Libellus de ingenuis moribus cum Comment. JOAN. BONARDI *Veronenſis.* (e) 4.^to . . Venet. 1502.

ALEX-

(a) VI. *Id.* April.

(b) *Die* XI. Junii.

(c) *Regeſtum carminum* CODRI. *A B C D E F G H I. Primus quatermus, ultimus binus, cæteri terni. Sub anno* M.CCCCC.II. VII. Martii. JOANNE BENTIVOLO II. *patre patriæ feliciter rem publ. adminiſtrante.*

(d) *Die primo* Julii.

(e) MENAGIAN. Vol. IV. p. 22.] „ *Anno à nativitate Domini* 1493. VII. *Kalend.* Decembris, *ad honorem Omnipotentis Dei, & Virginis glorioſæ matris Dei, & Sanctæ* KATHERINÆ *Virginis, & Martyris, Advocatricis noſtræ, cujus hodie ſolemnia celebramus, & totius Curiæ Cœleſtis. Et ad honorem & augmentum noſtræ illuſtriſſimæ dominationis* Venetiarum, *cui Dominus totum terrarum orbem ſibi ſubjiciat. Ad decorem magnifici Domini* Joannis MALIPETRI *Patricii digniſſimi, cui hoc breve Opuſculum tradidi. Ad honorem* Veronenſium, *eorúmque qui me hortati ſunt, & meorum ſcholarium, qui me rogaverunt, ad utilitatem, novum Opuſculum inchoo ego* JOANNES BONARDUS *Presbyter* Veronenſis *indignus, Grammaticas & Poëtas legens* Liniaci, *quod amore Patriæ, cujus ſum, volo hôc nomine nominari, expoſiturus dictum Opuſculum* PETRI PAULI VERGERII, *in nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti.* „ L'Ouvrage fut imprimé in 4. à *Veniſe* 1502. VOSSIUS p. 553. de ſes *Hiſtoriens Latins* a fait mention du Commentaire de *Jean* BONARD, ſans rien dire pourtant de ce prélude ridicule. Le reſte ne l'eſt pas moins. On y trouve que les canons ſont appellez en Latin *tormenta*, parce que *tormentant muros*; que LYCURGUS *Legislator* ſignifie *le Docteur* LYCURGUE, prenant *legis lator* pour *Docteur ès Loix.* Que *calculos & conchulas in littoribus maris lectitare*, comme faiſoient SCIPION & LELIUS

„ quand

Alexandri Benedicti *Veronenſis* Hiſtoria corporis humani : *impreſſa à* Bernardino Guerraldo *Vercellenſi.* (a) 4.to . . . . . . . Venet. 1502.

M. Anton. Sabellici Opera : *per* Albertinum de Lisonâ *Vercellenſem.* (b) fol. Venet. 1502.

Joh. Badii Ascensii ſtultiferæ naviculæ ſtultarum mulierum : *Impreſſit honeſtus* Joannes Pruss *civis* Argentinenſis. 4.to . . . 1502.

Stephan. de Urbib. Græcè : *apud* Aldum Romanum. (c) fol. . . Venet. 1502.

Jul. Polluc. Onomastic. Græcè : *apud* Aldum (d) fol. . . . Venet. 1502.

Pſalter. Latin. & German. (e) 4.to . Baſil. 1503.

Opera S.ti Dionysii *Areopagitæ* , veteris & novæ translationis , etiam noviſſimæ ipſius Marsilii Ficini , cum Commentariis Hugonis, Alberti , Thomæ , Am-

BRO-

„ quand ils étoient de loiſir. c'eſt lire des „ Livres qui traitent des échets ; ou des „ tabliers à jouer, parce que *calculi*, dit-„ il, *ſunt libri qui tractant de Scacis*, & de „ même *Conchulæ, ſunt libri tractantes de* „ *tabulis ad ludendum.* Que l'Empereur „ Titus *devicit* Jeruſalem *quæ* Chris-„ tum *crucificavit.* Que C. Marius „ *erat filius porcarii.* Que Jule Cæsar „ *in* Hispania *&* Gallia *ſtetit* CXI *annos an-*„ *tequam potuerit ſubjugare* , qu'il étoit „ très-grand Orateur, très-Philoſophe, & „ que *fecit* Commentarios, *qui nunc vocan-*„ *tur* Commentaria Cæsaris, *de quibus* „ *fertur quòd magnus Turcus quotidie facit* „ *legere talia opera.* Il définit l'horloge de „ ſable, *granellas pulveris quæ deſcendunt* , „ *& nunquam revertuntur.*

(a) v. *Calen.* Decemb.

(b) xxiiii. Decemb.

(c) *Menſe* Januario. Aldus Ro. *Salutem dicit* Joanni Taberio Brixienſi. ——— *Quantum, voluptatis ceperim , quum* , Taberi, *in iſtâ Urbe populoſiſſimâ nobiliſſimâque* Brixiâ *plurimos incumbere litteris Græcis te magiſtro accepi* ——— *eodem anno, quo vexari bello cœpit* Italia , *imprimendorum Librorum provinciam accepi* ——— *Non in* Italiâ *ſolùm ſed in* Germaniâ , Galliâ, Pannoniâ, Britanniâ, Hispaniâ, *& ubique ferè , ubi Romana Lingua legitur , ab adoleſcentibus , juvenibus , ſenibus quoque ſtudetur litteris Græcis* ——— *etſi penè opprimor laboribus mirificè tamen illis delector. Expecta brevì* Jul. Pollucem *&* Thucydidem μετὰ τῶν παραλειπομένων Ξενοφῶντος *& aliós quosdam.* Vene. XV. *Cal.* April. M.D.II.

(d) *Menſe* Aprili. Aldus *Ma.* Ro. Heliæ Capreolo Brixiano S. &c. *Ven.* III. Id. *Apr.* M.D.II.

(e) Long, *Biblioth. Sacr.*

(a) An-

BROSII Oratoris *Linconienſis* & *Vercellenſis*; cum undecim Epiſtolis IGNATII. (a) fol. Argent. 1503.

RABAN. MAUR. de laudibus S.^tæ Crucis: *per* THOMAM ANSHELMUM *Badenſem.* (b) fol. . . . . . PORCHEIM. 1503.

A Treatyſe of the imytacion of our Savyoure compyled in Laten by JOHN GERSON and translated into Englyshe the yere M.D.II. by WYLLYAM ATKYSON D.^r of Divinité: *emprynted by* RICHARD PYNSON *in Fleteſtrete at the ſign of the* GEORGE (c) 4.^to at London. 1503.

MERCURII TRISMEGISTI Opuscul. de poteſtate ac potentiâ Dei, *Interprete* MARSILIO FICINO: *manum extremam impoſuit ſpectatiſſimus ille vir* JOHANNES *cognomento* OPILIONIS *primarius civis Metropolitanæ Urbis* Moguntinæ, *fauſtiſſimâ eorum propagine ſatus, qui Divinam fermè Typographiæ Artem propitiis fatis invenerunt.* (d) 4.^to . . Mogunt. 1503.

BESSARIONIS in Calumniatorem PLATONIS libri quatuor, Ejusd. Correctio libror. PLATONIS *de legibus* GEORGIO TRAPEZUNTIO interprete; ejusd. de naturâ & arte adverſùs TRAPEZUNTIUM: *in ædibus* ALDI Romani. (e) fol. . . Venet. 1503.

AMMONII HERMEI & MAGENTINI Archiepisc. *Mitylenenſ.* Commentarii in librum *Perihermenias* Græcè: *apud* ALDUM. (f) fol. . . . . Venet. 1503.

ALBO-

(a) *Anno Salutis noſtræ milleſimo quingenteſimo tertio*, VIII. *Kal.* Februa.

(b) CAILLE, p. 50.

(c) *The Yere* M. D. III. XXVII. *of* June.

(d) VIII. *Id.* April. *Impreſſum & expletum eſt Diviniſſimum præſens Opusculum in nobili Urbe* Moguntinâ *Artis impreſſoriæ inventrice illuminatricéque primâ, per* JOANNEM SCHŒFFER *anno milleſimo quingenteſimo tertio, in vigiliâ Palmarum.* Hìc appoſita ſunt SCHŒFFERI inſignia gentilitia.

(e) Julio *menſe.*

(f) *Menſe* Junio.

ALBOHAZEN HALY filii ABENRAGEL in judiciis aſtrorum: *Impreſſ. arte & impenſis* D. JO. BAPT. SESSA. (a) fol. . . . 1503.

SENECÆ Opera omnia: *per* BARTHOLOMÆUM DE ZANIS DE PORTESIO. (b) fol. . . . . . . Venet. 1503.

Tabulæ Aſtronomicæ ELIZABETH. Reginæ *Hiſpaniæ* & *Siciliæ*: *operâ & expenſis* PETRI LIECHTENSTEIN Colonienſis Germani (c) 4.to . . . . . Venet. 1503.

Opus BONIFACII DE VITALINIS *de Mantuâ* ſuper maleficiis: *per* LEONARDUM PACCHEL (d) fol. . . . Mediol. 1503.

Deciſiones CAPELLÆ *Tholoſanæ*: *per* JACOBUM SACON. (e) . . . . Lugdun. 1503.

ALCHABITIUS cum Commento: *per* JOHANNEM & GREGORIUM DE GREGORIIS *fratres*. (f) 4.to . . . Venet. 1503.

CAR. BOVILLI Introduct. in Geometr. & Aſtronomic. JACOBI FABRI: *impreſſerunt* WOLPHGANGUS HOPILIUS & HENRICUS STEPHANUS. (g) fol. in almo ſtudio . . . . . Pariſiorum. 1503.

APIC. CŒL. de re coquinariâ: *per* JOHANNEM DE CERETO DE TRIDINO *aliàs* TACUINUM (h) 4.to . . Venet. 1503.

XENOPHONT. HELLENIC. GEORG. GEMIST. HERODIAN. Hiſtor. & Schol. in THUCYDID. Græcè: *in* ALDI *Neacademiâ*. (i) fol.o . . . . Venet. 1503.

POLY-

(a) IIII. *April.*
(b) VII. *Novemb.*
(c) 28. *Decemb.*
(d) V. *Januarii*
(e) MALLINKROT. *de Art. Typogr.* p. 83.
(f) 10. Auguſt.
(g) *Anno* CHRISTI *celorum totiúsque nature conditoris* 1503. *Die viceſimâ ſeptima* Junii.
(h) *Die tertio* Auguſti.
(i) *Menſe* Octobri.

(a) XVI.

Polydor. Vergil. de Inventorib. rerum: *per* Johannem de Cereto de Tridino, *aliàs* Tacuinum. 4.to . Venet. 1503.

*Bohemicæ* Hiſtoriæ Papæ Pii libri V. ad Alphonsum Regem : quo anno Æneas Sylvius Piccolomineus *Senenſis* S.tæ Sabinæ Cardinalis hanc Hiſtoriam edidit , aſſumptus eſt ad ſummum Pontificatum , & nominatus eſt Pius ſecundus; Poggii Epiſtola ad Leonardum Aretinum de morte Hieronymi Hus Bohemi: *impreſſ. per* Bernardinum *Venetum de Vitalibus.* (a) 4.to . . . . . Venet. 1503.

Bernardi Corii *Mediolanenſis* patria Hiſtoria ; Ejusd. Vitæ Cæſarum continenter deſcriptæ à Julio ad Federicum Ænobarbum ; Italicè : *apud* Alexandrum Minutianum. (b) fol. . . Mediol. 1503.

Ulpian. Comment. in Demosthen. & Harpocrationis Lexicon, Græcè: *apud* Aldum (c) fol. . . . Venet. 1503.

Luciani Opera ; Icones Philostrati, & Vitæ Sophiſtar. Icones Callistrati & Deſcriptiones Græcè : *in ædibus* Aldi. (d) fol. . . . . Venet. 1503.

Homeri Opera Græcè duobus Voluminibus: (e) 8.o . . . . . . . .

Eu-

(a) xvi. Decemb. *regnante* Leonardo Lauredano Venetiarum *Principe.*

(b) *Idibus* Juliis.

(c) *Menſe* Octob.

(d) *Menſe* Junio.

(e) Nullum huic Editioni additum annum reperi ; ſed utrumque Volumen Aldus Pius Manutius *Romanus* Hieronymo Aleandro *Motenſi* inſcribit. In Epiſtolâ Volumini primo præfixâ leguntur hæc : —— *cum renasci quodammodo videantur Libri ſummâ curâ , ſummis laboribus informati in ædibus noſtris , licere mihi arbitror* διὰ τὴν τοιαύτην παλιγγενεσίαν *eos, cui libuerit , dedicare. Quare* Homeri Iliadem Ulyſſeám*que cum cæteris ejusdem Poetæ ſub tuo nomine exire ex Neacademiâ noſtrâ voluimus* —— *Tu enim nondum quartum & vigeſimum annum agens es humanorum ſtudiorum utriusque Linguæ doctiſſ.*

EURIPIDIS *Tragœdiæ* ſeptendecim Græcè: *apud* ALDUM. (a) 8.° . . Venet. 1503.

FLORILEGIUM Epigrammatum, Græcè: *in ædibus* ALDI (b) 8.° . . . Venet. 1503.

PLAUTUS diligenter recognitus per PHILIPPUM BEROALDUM: *Impreſſum* Bononiæ *per* BENEDICTUM HECTORIS *Bibliopolam Impreſſorémque diligentiſſimum. Recognitum repartinatúmque à* PHILIPPO BEROALDO *curioſè ac vigilanter* (c) fol. . . Bononiæ. 1503.

HORAT. Sermon. & Epiſtol. cum explicatione ASCENSII; Od. Epod. & Carm. ſæcul. cum explicatione MANCINELLI & ASCENSII: *operâ ipſius* ASCENSII: *venundantur à* DIONYSIO ROCE. fol. . . Pariſ. 1503.

OVID. Heroid. & in Ibin, cum Comment. ANTON. VOLSCI, HUBERT. CLERICI, & ASCENSII: *impenſis* STEPHANI

GUAY-

*tiſſ. nec minùs* Hebraïcam *calles, núncque &* Chaldææ *&* Arabicæ *tanto incumbis ſtudio &c.* Hunc Librum conjicio prodiiſſe anno 1503. nam *Hier.* ALEANDER natus eſt 1480. Vide RICCIOL. *Chronolog.*

(a) *Menſe* Februario. ALDUS RO. DEMETRIO CHALCONDYLÆ *viro clariſſimo S. P. D.* —— *mille & ampliùs boni alicujus Autoris Volumina ſingulo quoque menſe emittimus ex Academiâ noſtrâ. Et nunc decem & octo* EURIPIDIS *Tragœdias tibi, qui es* Græcorum *omnium ætatis noſtræ facilè princeps, nuncupatas damus non multò poſt in ſeptem primas daturi & Commentarios.* (In titulo Libri ſeptendecim tantùm nominantur Tragœdiæ, nulla *Herculis furentis* mentione factâ, quæ tamen Tragœdia in fine Voluminis II. addita legitur) —— *ut taceam citra annos ſexaginta & libros in totâ* Græciâ *κὴ αὐτὴν τὴν Ἑλλάδα deperditam* —— *conſultum eſt optimè à Deo ſtudioſis omnibus excudendi Librorum invento & laboribus noſtris* &c.

Volum. I. Venetiis *apud* ALDUM *menſe* Februario. M.D.III.

Volum. II. Venetiis *apud* ALDUM *menſe* Februario. M.D.III.

(b) *Menſe* Novembri.

(c) *Anno Salutis* M.D. *tertio Cal.* Decembr. —— *Ad clariſſimum Diſcipulum* LADISLAUM Vartimbergenſem PHILIPPI BEROALDI Bononienſis *Epiſtola* —— VALERIUS PROBUS *primæ notæ Grammaticus Exemplaria Antiquorum emendare atque adnotare avorum ſæculo curavit, ſoli huic nec ulli præterea Grammatices parti deditus. Ego quadantenus* PROBUM *æmulatus Scriptores claſſicos emaculare & pro virili parte mendis repurgare contendo. Quod cùm in plerisque aliis jam pridem, tum nuper in* PLAUTO *feci, cujus cùm fabulas hoc eſt Latinæ Linguæ delicias enarrarem, operam dedi & quidem operoſam, ut ab Impreſſore noſtro* BENEDICTO *formatus veniret in manus ſtudioſorum emaculatior, ſinceriórque, quàm antehac alicubi, ſit formis excuſus. Hanc autem noviſſimam recognitionem* Plautinam *ut ſub tuo nomine publicarem* —— *hortamenta non pauca invitarunt* &c. *Fieri non potuit, quin labeculæ quædam*

*minu-*

GUAYNARDI, *operâ verò & artificio* JOHANNIS DE VINGLE. (a) 4.to . . . . 1503.

Ejuſd. Faſt. Triſt. Pont. *in Academiâ* ALDI. (b) 8.o . . . . . Venet. 1503.

VALER. FLACC. *apud* PHILIPPUM JUNTAM. (c) 8.o . . . . . Florent. 1503.

TERENTIANUS de litteris, ſyllabis & metris: *impreſſ. per* JOANNEM DE CERETO DE TRIDINO *aliàs* TACUINUM. (d) 4.to . . . . . . Venet. 1503.

ALBERTI DE EYB Margarita Poëtica: *per* JOHANNEM DE AMORBACH, JOANNEM PETRI & JOHANNEM FROBEN *conſocios.* fol. . . . . Baſil. 1503.

OCTAV. CLEOPHIL. de Cœtu Poëtarum cum not. BADII: *ex ædibus* Aſcenſianis. 4.to . . . . . . Pariſ. 1503.

LAURENT. VALL. Elegant. & Lima MANCINELL. *per* BARTHOLOMÆUM *de Zanis de Porteſio.* (e) fol. . . . Venet. 1503.

PRISCIANI Opera: *apud* ALEXANDRUM MINUTIANUM. (f) fol. . Mediol. 1503.

BIBLIA Latina cum poſtillis HUGONIS DE SANCTO CHARO tituli *Sabinæ* Cardinalis primi de ordine Divi DOMINICI: *per* JOANNEM AMERBACHIUM. 6 Vol. fol. Baſil. 1504.

BIBLIA Latina Gothicè cum pleno apparatu ſummariorum, concordantiarum &c. 2. Editio: THIELMAN KERVER *pro* JOAN-

NE

*minutilique errores per incuriam miniſtri excuſoris irreperent. Talia præſtare nec volo nec debeo nec poſſum.*

(a) *Menſe* Februario.

(b) *Non.* April.

(c) 12. *Cal.* Dec.

(d) *Die decimo* Junii.

(e) XVIII. *Decemb.*

(f) *Octav. Cal.* Nov.

(a, b) LONG,

NE PETIT. (a) in fol. minori . . . Pariſ. 1504.

PSALTER. Germanic. cum poſtillis *de* LYRÂ. (b) 4.to . . . . . . Spiræ. 1504.

PSALTERIUM ex mandato victorioſiſſimi *Angliæ* Regis HENRICI Septimi: *per* GULIELMUM FANQUE *regium Impreſſorem.* (c) 8.°. . . . . in London. 1504.

GREGOR. NAZIANZENI Carmina Græc. Lat. *ex* ALDI *Academiâ.* (d) 4.to . . Venet. 1504.

TRIUMPHUS CRUCIS; de veritate fidei, fra. HIERONYMI *de Ferrariâ* Prædicatoris: *per* LAZARUM DE SOARDIS. (e) 12.° . . . . . . Venet. 1504.

CONSTITUTIONES legitimæ Eccleſiæ totiúsque Regionis *Anglicanæ* ab Legatis à latere ſummorum Pontificum collectæ, & à Do. JOHANNE DE ATON explanatæ; necnon & Conſtitutiones Provinciales ab Archiepiſcopis *Cantuarienſibus* editæ, præmiſſis Summariis *Aſcenſianis*, ex recognitione JOANNIS CHAPPUIZ: *compreſſæ ſolerti accuratione & arte* WOLFGANGI HOPILII *impenſis ejuſdem & probiſſimi Bibliopolæ* JOANNIS CONFLUENTINI (f) fol. in inclytâ Academiâ Pariſ. 1504.

JOAN. REUCHLIN. Liber congeſtorum de arte prædicandi (g) 4.to impreſſus Phorcæ. 1504.

ARISTOTEL. Ethic. interprete LEONARDO ARETINO: *apud* HENRICUM STEPHANUM. fol. . . . . . Pariſ. 1504.

Ejuſd. Phyſic. & Metaphyſic. cum Comment. & Dialog. JACOBI FABRI: *per* HENRICUM STEPHANUM *in vico clauſi Brunelli*

*è re-*

(a,b) LONG, *Biblioth. Sacr.*

(c) *Anno* M.D.IIII. *Septimo* Februarii.

(d) *Menſe* Junio.

(e) *Die* IIII. Januarii.

(f) *Milleſimo quinquageſimo quarto*, *ad Idus* Septembres.

(g) *Editus Prid. Id.* Sept. M.D.II.

(a) CAIL-

*è regione Scholarum Decretorum.* 4.to in almâ Academiâ Pariſiorum. 1504.

Textus abbreviatus ARISTOTELIS ſuper octo lib. Phyſicorum à THOMÂ BRICOT, unà cum quæſtione textûs Magiſtri GEORGII, & quæſtionibus ejusdem de recenti ab eodem THOMÂ BRICOT: *apud* HENRICUM STEPHANUM, JOANNEM PARVUM & DIONYSIUM ROSSE (a) fol. . Pariſ. 1504.

ARISTOTEL. Poëtic. interprete GEORG. VALLÂ *Placentino*; Rhetoric. interpr. FRANC. PHILELFO; Ethic. *Nicom.* interpr. JOAN. ARGYROPYLO *Byzantino*; OEconomic. & Politic. interpr. LEONARDO ARETINO; Moral. Magn. interpr. GEORG. VALLÂ; Introductorius de moribus authore LEONARDO ARETINO; HERMOGENIS Rhetorices Compendium interpr. HILARIONE *Veronenſi* Monacho: *per* BERNARDINUM *Venetum de Vitalibus.* (b) fol. Venet. 1504.

JOANNIS GRAMMATICI dicti *Philoponi* COMMENT. in Poſterior. Analyt. ARISTOTEL. Græcè: *apud* ALDUM. (c) fol. Venet. 1504.

GEORGII *Bruxellenſis* in Logicam ARISTOTELIS expoſitio, per omnes organi partes, ſermone barbaro, cum additionibus quibusdam THOMÆ BRICOTI: *apud* STEPHANUM GUEYNARD. (d) 4.to . . . Lugduni. 1504.

Aſinus aureus LUCII APULEII: cum Commentariis à PHILIPPO BEROALDO conditis: *per* BARTHOLOMEUM *de Zanis de Porteſio.* (e) fol. . . . . Venet. 1504.

MESSUHALAH de ſcientiâ motûs Orbis: *omni cum diligentiâ per* JOANNEM VEISSEN-

BUR-

(a) CAILLE, p. 78.
(b) *Decimo ſexto* Maii.
(c) *Menſe* Martio.
(d) GESNER. & SIMLER. *Biblioth.*
(e) XI. *Novemb.*

(a) III.

BURGER. *impreſſus* (a) 4.to . . Nuremb. 1504.

JOANNIS DE REGIO MONTE Tabulæ directionum in nativitatibus multùm utiles unà cum tabellâ ſinûs recti : *ingenio & impenſâ* PETRI LIECHTENSTEIN *Colonienſis.* (b) 4.to . . . . . Venet. 1504.

Conſilia criminalia BARTHOLOMEI CEPOLLE Veronenſis : *in ædibus* ANDREÆ *de Toreſanis de Aſulâ.* (c) fol. . . Venet. 1504.

Opera Agricolationum cum annotat. PHILIPPI BEROALDI & Commentariis, quæ in aliis impreſſionibus non extant : *impenſis* BENEDICTI HECTORIS *Bononienſis.* (d) fol. . . . . . . Bonon. 1504.

XENOPHONT. Pædia; de Venatione; de Repub. *Laced.* de AGESIL. Laudib. Apolog. pro SOCRAT. de Tyrannid. Latinè. POMPON. GAURIC. *Neapolitan.* de Sculpturâ. (e) 8.° . . . . Florent. 1504.

PHILOSTRAT. de Vitâ APOLLONII, & EUSEB. contra HIEROCLEM (f) Græcè; PHILOSTRAT. Latinè, interprete ALEMANO RINUCCINO, & EUSEB. Latinè, interprete ZENOBIO ACCIAOLO *Florentino* (g) *apud* ALDUM. (h) fol. . Venet. 1504.

Com-

(a) III. *April.* In Libri initio, TENENT MEDIA OMNIA SYLVÆ. *Ductu* JOAN. STABII cum ſymbolicâ STABII nominis figurâ.

(b) *Idibus* Februarii.

(c) *Menſe* Januario.

(d) X. *Calend.* Sept. In hâc Editione, nonnulla ſunt Exemplaria, quæ (in VARRON. lib. 2. de equis & equabus. cap. VII.) folio uno deſtituuntur. Defectus ille oritur ex repetitâ ejusdem ciphræ notatione (ſcil. z33. z33. z34.) Quam cùm conglutinatores minimè attenderent, binorum foliorum poſterius eâdem, quâ prius, ciphrâ notatum omittitur : omiſſióque illa facilè eos fallit, qui in Librorum collatione ſolas ciphras obſervant. Vir clariſſ. *Samuel* MEAD mihi indicavit ſe in uno iſtius Editionis Exemplari legiſſe hæc manu libro adſcripta, *Vide ignaviam conglutinatorum, inter quos* Jacobus MAZOCHIUS *decoctorum anteſignanus.*

(e) VIII. *Cal.* Januar.

(f) *Venetiis apud* ALDUM *menſe* Martio M. D. I.

(g) Venetiis *in ædibus* ALDI, *menſe* Februario. M. D. II.

(h) ALDUS P. M. *Ro.* ZENOBIO Floren-

Commentarii CÆSARIS recogniti per PHILIPPUM BEROALDUM: *impreſſit* BENEDICTUS HECTORIS *Bibliopola Impreſſórque diligentiſſimus recognitos repaſtinatosque à* PHILIPPO BEROALDO *curioſè ac vigilanter.* (a) fol. . . . . Bonon. 1504.

AUREL. VICTOR. Compendium de Vitis Imperatorum: *impreſſum impenſâ & accuratione* Aſcenſianâ. (b) 8.° . . . Pariſ. 1504.

SALLUST. ab ASCENSIO familiariter explicatus. (c) fol. . . . Pariſ. 1504.

DEMOSTHEN. cum ULPIAN. Schol. Græcè: *in ædibus* ALDI. fol. . . Venet. 1504.

Epiſtolæ ex Regiſtro Sancti GREGORII Papæ: *per* LAZARUM SOARDUM. (d) fol. . . . . . . 1504.

OVID.

rentino *Ordinis Prædicatorum* S. —— SCIPIO CARTEROMACHUS *noſter hôc anno* Venetiis, *cum* DEMOSTHENIS *Orationes publicè enarraret, quantùm literæ Græcæ neceſſariæ ſint, pulcherrimâ Oratione oſtendit, quam ad ſtudioſorum utilitatem cuſam typis noſtris nuper edidimus* &c. ZENOBI *doctiſſime*, —— EUSEBII *Libellum doctè & Latinè traduxiſti, & ipſius Opuſculum* PHILOSTRATI *mendaciis oppoſuiſti. &c.* Venetiis *menſe* Maio. M.D.IIII.

(a) *Cal.* April. BENEDICTUS *Bibliopola ad emptorem. Emptor, attende. Quando emere vis Libros excuſſos in Officinâ meâ excuſſoriâ, inſpice Signum, quod in calce ſemper eſt. Ita nunquam falleris. Nam quidam malevoli Impreſſores ſuis Libris inemendatis ac maculoſis apponunt nomen meum, ut ita fiant vendibiliores: quo pacto & mihi & nomini doctiſſimi noſtri* PHILIPPI BEROALDI *derogant, vel potiùs derogare contendunt.* Hoc, cujus in Libri initio mentionem facit, Signum ad Libri finem apponitur.




(b) *Ad tertium Calend.* Decemb.

(c) IEHAN PETIT. *Quæ o'mia venundantur* Parrhiſiis *in vico Sancti* JACOBI *ſub Leone argenteo: & in monte divi* HILARII *ex adverſo Collegii* Itali. *Anno Salutis Chriſtianæ* M.D.IIII. *Tertio Calē.* Novemb.

(d) *Die* XVIII. Decemb. SOARDUS *Vene-*

Ovid. Metamorph. cum Comment. Raphael. Regii: *Liber impreſſus per Magiſtrum* Claudium Davost *aliàs* de Troys. (a) 4.to . . . . Lugduni 1504.

Diomedis Guidaloti *Bononienſis* Commentarii in Æglogas Calphurnii & Nemesiani. (b) 4.to . . . Bonon. 1504.

Probi Grammatici Inſtituta artium; Maximi Victorini Commentarium ſecundum de finalibus metrorum; Donati Ars prima; Servius de naturis ultimarum; Sergius in Donati Artem primam; Atilii Fortunatiani Ars; Cæsius Bassus de metris; Terentianus Maurus de metris; Bedæ Liber de metricâ ratione: *impreſſ. per* Joannem Angelum Scinzenzeler *ſub impenſis* Joannis Jacobi *& fratrum* de Lignano. (c) fol. . . . Mediolan. 1504.

Joan. Tortell. de Orthograph. & ejusd. Tortellii Lima per Georg. Vall. *impreſſ. per* Barthol. *de Zanis de Porteſio.* fol. . . . Venet. 1504.

Pet. Crinit. de Honeſt Disciplinâ: *operâ & impenſâ* Philippi de Giuntâ. (d) fol. . . . . Florent. 1504.

Joan-

*Veneti* Dominii Privilegium ann. M.D.III. obtinuit. Cum hôc Hexaſticho.

*Excuſatio* Lazari.

*Si quid forte tuos offendat, lector, ocellos,*
*Quòd mihi mendoſo grammate verſus eat;*
*Emendare velis: nam non me* Lazarus *iſtis*
*Confecit mendis Bibliopola tuus;*
*Sed turbata magis preſſoris inertia, quando*
*Sera dedit laſſas artibus hora manus.*

(a) xxii. Octob. *Venundatur* Lugduni *ab* Jacobo Huguetano *ejusd. civitatis Bibliopola & cive in vico Mercuriali, vulgò* à la rue merchiere, *ad angiportum qui in* Ararim *ducit: &* Pariſiis *in vico S.* Jacobi *ſub diva Virgine prope S.* Benedictum.

(b) Gesner. & Simler. *Biblioth.*

(c) *Die* xxii. Decemb. Inſigne typographicum eſt Angelus; cum his vocibus [IO. IACOMO E FRATEL DE LEGNANO] in circuli figuram flexis.

(d) *Calendis* Decembris.

(a) Cum

JOANNIS PICI MIRANDULÆ Opera. (a) fol. . . . . Argent. 1ſ04.

ARCADIA di Meſſer JACOBO SANNAZARO Gentilhomo *Napolitano* : *impreſſa per maeſtro* SIGISMUNDO MAYR *cum ſumma & aſſidua diligentia di* PETRO SUMMONTIO. (b) 4.to . . . . in Napoli. 1ſ04.

BIBLIA Latina Gothicè : *per* CLAUDIUM DAVOST *aliàs* DE TROYES. (c) fol. Lugdun. 1ſ0ſ.

LAUR. VALL. Annotat. in Nov. Teſtam. *apud* BADIUM. (d) fol. . . Pariſ. 1ſ0ſ.

LIBER eruditionis Religioſorum à S.to Bonaventurâ editus : *apud* HENRICUM STEPHANUM. (e) 8.o . . Pariſ. 1ſ0ſ.

HORÆ in laudem beatiſſ. Virginis ſecundùm conſuetudinem *Romanæ* Curiæ, Græcè : *apud* ALDUM. 16.o . . Venet. 1ſ0ſ.

MATTHÆI *Vindocinenſis* Metaphraſis elegiaca Libri TOBIÆ. (f) 4.to . . Lugdun. 1ſ0ſ.

MERCUR. TRIMEGIST. Latinè, MARSIL. FICINO interprete, ex recognitione JACOBI FABRI; & LUDOVICI LAZARELI *Septempedani* Poetæ Chriſtiani *Crater* HERMETIS ad FERDINANDUM Regem: *in Officinâ* HENRICI STEPHANI, *recognitoribus mendáſque ex officinâ eluentibus* JOANNE SOLIDO Cracovienſi & VOLGACIO Pratenſi. (g) 4.to . . . . Pariſ. 1ſ0ſ.

EPY-

(a) Cum ipſius Vitâ per *Jo. Franc.* PICUM ejus ex fratre nepotem. Vide GESNER. & SIMLER. *Bibliothec.*

(b) *Nel anno* M.D.IIII. *del menſe di* Marzo. *con privilegio del illuſtriſſimo Vicere per* X. *anni. Errori de la ſtampa.* OPHELIA ELENCHO ET MONTANO.

(c) LONG, *Biblioth. ſacr.*

(d) CHEVILLER. p. 246.

(e) CAILLE, p. 78.

(f) FABRIC. *Biblioth. Lat.* p. 717.

(g) *Calendis Aprilis.* Huic Editioni præfixit *Petrus* PORTA *Monſterolenſis* Dodecaſtichon, quod (quia is PORTA in STE-

| | | |
|---|---|---|
| EPYTOMA Sapientie, ſive Compendium moralium notabilium compoſitum per HIEREMIAM JUDICEM *de Montagnone* civem *Paduanum*: *impreſſum impenſis* PETRI LIECHTENSTEIN Colonienſis. (a) 4.to . | Venet. | 1505. |
| ALBERTUS MAGNUS de ſecretis mulierum & virorum: *impreſſus per* MELCHIOREM LOTTER. 4.to . . . | Liptzic. | 1505. |
| PAULI *Soncinatis* Quæſtiones Metaphyſicæ: *impreſſæ mandato & ſumptibus hæredum nob. viri D.* OCTAVIANI SCOTI *civis* Modoetienſis *per* BONETUM LOCATELLUM *Presbyterum* Bergom. (b) . . . | Venet. | 1505. |
| PLUTARCH. de fortun. *Roman.* & ALEXAND. & de tranquillit. animi; & BASIL. *Mag.* Epiſtol. de Vit. Solitar. BUDÆO interprete: *apud* OLIVERIUM SENANT, *ex ædibus* Aſcenſianis. (c) 4.to . . . | Pariſ. | 1505. |

PLUTARCH. de placitis Philoſophorum, Latinè, BUDÆO interprete: *venundant.r* in

*vico*

STEPHANI Officinâ erat aliquando corrector) hic adjiciam.

*Accipe de Superis dantem documenta libellum:*
*Sume Hermen, priscâ relligione virum.*
*Hermen, Thraïcius quem non æquaverit Orpheus:*
*Et quem non proles Calliopea Linus.*
*Zamolxin ſuperat cum Cecropio Eumolpo,*
*Quos diviniloquos phama vetuſta probat.*
*Utilis hic liber eſt mundi fugientibus umbram:*
*Vera quibus lucis lumina vera placent.*
*Hic quid ſit disces ſapientia, ſumma poteſtas:*
*Hic poteris ſummi discere velle Dei.*
*Inſuper invenies plenum cratera liquore*
*Nectareo: minimi quæ tibi, lector, emes.*

(a) *Anno* M.D.V. *Tertio Kal. Maias.* Cum Epiſtolâ *Petri* TRECII Juriſconſulti ad piè & religioſè viventes: in quâ, —— PETRO (ait) LIECHTENSTEIN Colonienſi Germano *archetypo ſolertiſſimo, ut divinum hoc Opusculum imprimeret, ſuaſi* &c.

(b) *Cremon.* Litterat. p. 371. cujus Operis Tomus prior prodiit fol. typis *Alberti* PAZZONI *& Pauli* MONTII, *Parmæ* M.DCC.II. poſterior M.DCC.V. authore *Francisco* ARISIO, cujus induſtriam ſi dignâ laude fraudarem, haberi certè mererer injuſtiſſimus.

(c) *Impreſſ.* Pariſii *pro* Oliverio SENANT *commorantem in vico divi* JACOBI *ad Interſignium S.tæ* BARBARÆ. Error typographicus in voce *commorantem* eſt prorſus indignus BADIO, qui hunc Librum excudit, ſéque in Dodecaſticho ad *Stapulenſem* Epigrammate hujus Editioni præfixo mille ejusdem Volumina exſcripſiſſe (quâ voce pro *excudiſſe* & ipſe & alii uſi ſunt) indicat.

(a) xv.

*vico S.ti* JACOBI Aſcenſianâ *accuratione impreſſ.* (a) 4.to . . . . . Pariſ. 1505.

TIT. LIV. Hiſtoria: *apud* ALEXANDRUM MINUTIANUM. (b) fol. . . . . . .

Romiſche Hiſtorie uk TITO LIVIO: JOHAN SCHOFFER *buch trucker.* (c) fol. Mentz. 1505.

Vita M. CATONIS; SEXT. AUREL. de Vitis Cæſarum; BENEVENUTUS de iisdem; PHIL. BEROALDI & THOMÆ VUOLPHII junioris Diſputatio de nomine imperatorio; Epitoma rerum Germanicarum usque ad noſtra tempora: *per* JOANNEM PRUS. (d) 4.to . . . . . . Argentinæ. 1505.

Romanæ Vetuſtatis fragmenta in *Auguſtâ Vindelicorum* & ejus Diœceſi: ERHARDUS RATOLDUS Auguſtenſis *impreſſit.* (e) fol. . . 1505.

GEORGII SIBUTI DARIPINI Poetæ laureati Panegyricus de MAXIMILIANI Cæſaris in *Coloniam* adventu cum variis Epigrammatibus: *in ædibus* QUENTEL. (f) 4.to Colon. 1505.

PLATINÆ hyſtoria de vitis Pontificum perjucunda diligenter recognita, & nunc tantùm integre impreſſa; SIXTI IIII. INNOCENTII VIII. ALEXANDRI VI. ac PII

III.

(a) XV. *Cal.* April. M.D.V. IEHAN PETIT. *venundantur* Pariſiis *in vico Sancti* JACOBI *ſub Leone argenteo, & in monte divi* HILARII *è regione Collegii* Italorum *ſub ſpeculo.*

(b) *Nonis Quintilib. menſis* Julii. Epiſtola data eſt Idib. *Sept.* 1505.

(c) *Sechſte tagk des Monedts* Martii *nach Chriſti unſers herenn geburth Tauſent funſt hunderth und in funffte Jar.* Et in Germanicâ *Johannis* SCHŒFFERI Præfatione leguntur hæc ——— JOHAN GUTEMBERG || *do man zalt nach Chriſti unſers heren geburth Tauſent vier hunderth und funffzig jar erfunden undarnach mit uleyk koſt und arbeyt* JOHN FAUSTEN *und* PETER SCHOFFERS *zu.* Mentz.

(d) JOANNES PRUS *in ædibus Thiergatten* Argentinæ *imprimebat.* MATHIAS SCHURER *recognovit.* M.D.V. *quint. Id.* Martii. *Conrado* DUNTZENHEMIO *Dictatore* Argentinen. In fine, MATHIAS SCHURER *Artium Doctor ſtudioſo Lectori* S. P. D. ——— Argentinæ *ex Officinâ litteratoriâ* JOANNIS PRUS. *quint. Id.* Martii. M.CCCCC.V.

(e) VIII. KLS. OCTOBR.

(f) *Anno* M.D. *quinto poſt principium* Sextilis *aliàs* Auguſti.

(a) VIII.

III. Vita huic Platinæ annexa jamjam in lucem prodiens: *impenſis honeſti viri* Francisci Regnault *Bibliopolæ jurati Univerſitatis* Pariſienſis *commorantis in vico divi* Jacobi *ſub interſignio Sancti* Claudii. (a) 8.° . . . Pariſ. 1505.

Frontin. & Veget. de re militari; Ælian. de inſtruend. aciebus; Modest. de vocabul. militar. *per* Joannem Antonium de Benedictis *civem* Bononienſem. (b) fol. . . . . Bonon. 1505.

Luciani Opus Paraſiticum interprete Francisco Bellafino: *per* Joannem Antonium Platonidem Benedictorum *civem* Bononienſem. (c) 4.to Bonon. 1505.

Ciceron. Epiſtol. Familiar. cum Commento Ubertini *Creſcentinatis*, Martini Philetici, & Georgii Vallæ Alexandrini: *per Magiſtrum* Jacobum Zachon Pedemontanum *de Romano*. fol. Lugdun. 1505.

Æsopi Vita & Fabulæ Græcè & Latinè; Gabriæ Fabellæ Græcè cum Latinâ interpretatione; (d) Phurnut. ſive Cornut. de natur. Deor. & Palæphat. de Allegor. apud Homer. & Ori Apollin. Hieroglyph. & Proverb. ex Tarrhæo, Didymo, & Suidâ, Græcè. &c. *apud* Aldum. (e) fol. . . . . Venet. 1505.

Horatii Opera *Aſcenſianis* aſteriſcis illuſtrata: *in æbibus* Aſcenſianis. (f) 8.° . Pariſ. 1505.

Tra-

(a) VIII. *Idus Octobres.* Ad finem adjiciuntur ejusdem Platinæ *Libri tres de falſo & vero bono*; *Dialogus contra amores*, *de verâ nobilitate*; *Libri duo de optimo cive*; *Panegyricus in* Bessarionem; *Oratio de pace* Italiæ *confirmandâ* & *bello* Turcis *indicendo.*

(b) *Ultim.* Maii.

(c) *Die* XVI. Martii.

(d) Epiſtol. ad Lector. præfix. Opuscul. Mythologic. &c. *Cantab.* 1671.] „ Aldus (ut erat ſummâ in ſcriptis „ codd. exprimendis fide) vocat eum „ in fronte *Phurnutum*, in calce libri „ *Cornutum.*

(e) *Menſe* Octobri.

(f) *Ad tertium Idus* Januar.

(a) *Men-*

Tragœdiæ Senecæ cum duobus Commentariis, videlicet Bernardini Marmitæ & Danielis Galetani [ſeu Gaietani, nam utroque modo imprimitur] *Cremonenſis* poe. cla. (a) fol. Venet. 1505.

Claudian. de raptu Proſerpin. cum Comment. A. Jani Parrhasii: *per* Johannem Angelum Scinzenzeler *ſub impenſis* Joannis Jacobi *& fratrum* de Legnano. (b) fol. . Mediol. 1505.

J. Aurelii Augurelli Poemata: *in ædibus* Aldi. 8.° . . . Venet. 1505.

Augustini Dati Elegantiæ cum notis Ascensii; Regulæ 30. Franc. Nigri cum Commentariis; Nomina Magiſtratuum *Romanorum* cum Comment. Clichtovei: *ex offic.* Badii. (c) 4.to . . Pariſ. 1505.

Biblia Latina cum pleno apparatu terſiſſimè & nitidiſſimè impreſſa. *Ad calcem.* Hoc Opus per præſtantiſſimum S. Theologiæ Profeſſorem Albertum Castellanum emendatum: *atque impreſſum characteribus* Venetis *per* Jacobum Sacon. (d) fol. . Lugdun. 1506.

Eadem: *apud* Juntas. (e) fol. . Venet. 1506.

Biblia *Bohemica* à *Thaboritis* tranſlata & edita: *per* Petrum Lichtenstein (f) Venet. 1506.

Glossa Ordinaria in Bibl. auct. de Lyra: *per* Joannem Frobenium *&* Joannem Petrum Langendorf. (g) fol. . . . . . Baſil. 1506.

Hu-

(a) *Menſis* Septembris *ſeptimo. Laus Deo & beatiſſimæ Virgini* Mariæ. Ad calcem regiſtri leguntur hæc [Quin. 14. Car. 4.] quæ quid ſignificent, nondum intelligo.

(b) XXVIII. *Auguſt.*

(c) Cum Epiſtolâ Badii datâ ——— *ex Officinâ noſtrâ in* Pariſiorum Lutetiâ: *ad octavum Kalendas* Martias, *anno milleſimo quingenteſimo primo.*

(d, e, f) Long, *Biblioth. Sacr.*

(g) Caille. p. 34.

(a) XIII.

HUGON. DE S.to VICTORE Opuſcula, PETRO PORTÂ ipſius Operis recognitore ſedulo : *per* HENRICUM STEPHANUM (a) 4.to . . . . . . . Pariſ. 1506.

S. AUGUSTINI Opera : *apud* JOANNEM AMERBACHIUM. (b) fol. . Baſil. 1506.

Opus WILHELMI LYNDEWODE ſuper Conſtitutiones Provinciales *Angliæ* : *ex officinâ* BADII. (c) fol. . . Pariſ. 1506.

LEGATINÆ ſeu Conſtitutiones Legitimæ: *ex officinâ* BADII. (d) fol. . . Pariſ. 1506.

PRAC-

(a) XII. *Octob.*

(b) *Annal. Typogr.* Vol. I. p. 142. Lege etiam TRITHEMII Epiſtolam ad *Jacobum* KYMOLANUM, quæ poſtea anno 1510. citabitur.

(c) *Summâ curâ atque diligentiâ* WOLFFGANGI HOPYLII *reviſum, emendatum, atque in inclytâ* Pariſiorum *Academiâ impreſſum, unà cum annotationibus debitis, cúmque ſummariis ſuis locis præpoſitis. Impenſis verò & ſumptibus honeſti mercatoris* London. WILHELMI BRETTON. *anno Salutis noſtræ milleſimo quingenteſimo quinto.* XXIII. Marcii.

In Libri initio ; *Venales habentur* London. *apud Bibliopolas in cimiterio Sancti* PAULI *in Signo Sanctiſſimæ Trinitatis & Sanctæ* ANNÆ *matris* MARIÆ. Ibi imprimitur Triangulare Trinitatis ſignum, cum hâc oratiunculâ ; *Sancta Trinitas, unus Deus, miſerere nobis* : & his ſententiis ; *Fortuna opes auferre animum non poteſt. Noſce teipſum.* Hinc indè apponuntur figuræ Evangeliſtarum quatuor ; & SS. HIERONYMI *Cantuarienſis*, AUGUSTINI, AMBROSII, venerabilis BEDÆ, GREGORII : cum nomine Bibliopolæ *Londinenſis* deſignato per litteras initiales W. B.

In Libri fine : binæ aquilæ, quod erat conſuetum HOPYLII Signum. Cum tabulâ alphabeticâ *Jodoci* BADII ASCENSII, qui eidem tabulæ præmiſit Epiſtolam ad ſtudioſiſſimum & probiſſimum majoris *Britanniæ* ſeu Eccleſiæ *Anglicanæ* Clerum. —— *Acceſſit* (inquit) *exactiſſima* Wolffgangi HOPYLII *Impreſſoris in expungendis enumeris ferme viciis, in annotandis notatu dignis, in literarum ſuperiorum diſtinctionibus, in nitidiſſimis characteribus, in terſiſſimâ impreſſione, in titulis in fronte ponendis, in chartis ſeu foliis numero diſtinguendis, in rubro diſcernendo, inque aliis multis, diligentia. Quamobrem optimorum Bibliopolarum veſtrorum, qui hoc Opus ſuo impendio ſuâque ſolicitudine ad archetypum i. primarium exemplar corrigendum curaverunt, noſtróque nomine, veneranda literarum columina, vos ſupplices rogamus, ut memores gratique hos tantos conatus in partem accipiatis bonam. Valete. Ex Officinâ noſtrâ* Pariſienſ. *ad Idus* Mayas *anni hujus milleſimi quingenteſimi ſexti.*

(d) *Cum ſummariis atque juſtis annotationibus ſummâque accuratione rurſum reviſæ atque impreſſæ.* Idem hujus, quod libri præcedentis, frontiſpicium. *Cum gloſis* JO. DE ATHON. *cum tabulis tribus* : quibus ASCENSIUS præmiſit Epiſtolam ad WILHELMUM WARHAM *Cantuar.* Archiep. Eccleſ. Primat. & Regn. Cancellar. —— *Poſteaquam* (inquit) *Conſtitutiones* Angliæ —— *recognoviſſemus, & Legitimas Epitomatis* —— *decoraſſemus* —— *diligentiſſimique Bibliopolæ* WULFGANGUS HOPIL & JOHANNES CONFLUENTINUS, *quorum ære Opus excuſum eſt, etiam peritiſſimo Juris utriuſque viro, magiſtro* JOHANNI CHAPPUSO *redintegran-*

Practica Electionum & Poſtulationum Guillermi Mandagoti: *per* Henricum Stephanum *ſumptibus fratrum* Engelberti & Godefridi de Marnef. (a) 4.to . . . . . Pariſ. 1506.

Felini Sandei *Ferrarienſis* Commentaria in ſecundum librum Decretalium: *per* Leonardum Pachel *impenſis* Joannis Jacobi de Legnano *cum fratribus ſuis.* fol. . . . . . Mediolani. 1506.

Conradi Peutingeri Juris utriusque Doctoris Sermones convivales, in quibus multa de mirandis *Germaniæ* antiquitatibus referun-

*grandas & adnotandas commiſiſſent, nósque illis triplicem Indicem ſeu Fabellam addidiſſemus, Opúsque jam belliſſimum proceſſiſſet, ſolummodo deſiderabaris, Pater optime, tanti muneris emittendi & dux & auſpex: neque verò erat michi hujusmodi tantillo & ignoto præſertim tantæ ſublimitatis adhuc compellandæ ſatis ampla fiducia,* —— *donec* —— *vir nobis amiciſſimus* —— *Dominus* Robertus Ayschecum *natione* Anglicus *humanitatis atque beneficentiæ tuæ certiſſimum exhiberet teſtimonium.* &c. *Ex officinâ noſtrâ litterariâ in* Parhiſiorum *Academiâ ad Idus* Septembris *anni hujus ſalutis noſtræ milleſimi quingenteſimi ſexti.*

(a) *Practica electionum & poſtulationum Magiſtri* Guillermi Mandagoti *Archydiaconi* Nemauſen. *& poſtmodum* Ebredunenſis *Archiepiſcopi, ac ſacroſanctæ Eccleſiæ Romanæ demum Cardinalis. Per quam fide docetur oculata modus* (repone *methodus*) *eligendi & poſtulandi Prelatos: quinque & viginti formas ponens inſtrumentorum in hujusmodi expeditionibus neceſſariorum: elimatiſſimè impreſſa* Pariſiis *per* Henricum Stephanum *è regione Scholæ Decretorum ſumptibus & impenſis honeſtorum virorum & fratrum* Engelberti & Godefridi de Marnef, *habitantium in Vico divi* Jacobi *ad ſignum Pellicani. Anno Salutis* M.CCCCC.VI. *Die* xxv. *Decembris.* Huic Editioni præfiguntur Correctoris Hexaſtichon & Epiſtola. Quicunque is fuerit, ſuam Proſodiæ ignorantiam prodidit his verſibus:

Mandagote, *breves per famam crederis annos*
*Extendiſſe: Levi dans bona multa Libro.*
*Pigmeum poterit magnum virtute Volumen*
*Ac hyperioneum vincere luce jubar.*
*Sphynx nova non potis eſt tot enigmata precogitare:*
*Quod valet Oedipus hic ſolvere dedaleus.*

Epiſtola lectorem docet hoc *Opuſculum* ab Authore *cum adhuc in Eccleſiá* Nemauſen. *archidiaconatûs gereret officium, editum fuiſſe, & ad* Berengarium Beterenſis *Eccleſiæ Succentorem poſtea Epiſcopum, directum anno Salutis milleſimo treceenteſimo. Quod ſub opacis turpiter delitere tenebris non paſſi viri honeſti* Engelbertus & Godefridus de Marnef, *ut in lucem prodiret, ſuis imprimendum impenſis non mediocriter publicæ utilitati conſulentes curârunt. Libellum autem ipſum imprimis* (corrector ait) *noſtrâ pro virili caſtigare* (*præfatis Dominis fraterno fune ligatis maximè id fieri orantibus*) *ſtatuimus.*

(a) Ges-

ſeruntur. (a) 4.to . . . Argentin. 1506.

Aristotel. Politic. & OEconomic. Leonardo Aretino interprete, recognitore & explanatore Jacobo Fabro: & libri Hecatonomiarum; & OEconomiarum publicarum cum Aretini explanationibus: *Hæc primaria ſuperiorum Operum Editio typis abſoluta prodiit ex officinâ* Henrici Stephani *è regione Scholæ Decretorum.* (b) fol. *apud* Pariſios. 1506.

Artificialis Introductio per modum Epitomatis in decem libros Ethicorum Aristotelis, Jacobo Fabro authore cum Clictovei Commentariis; ex ſecundâ recognitione: *per* Henricum Stephanum *in formulariâ litterarum arte opificem.* (c) fol. in almâ Academiâ Pariſiorum. 1506.

Le Pelerin de vie humaine composé en rime par Guillaume de Guilleville, & après a été mis dernierement en proſe, en la forme, qui s'enſuit: *imprimé par* Michel le Noir *Libraire juré en l'Univerſité de* Paris *demourant a l'Imaige noſtre Dame, devant* S. Denys *de la Charité.* (d) 4.to à Paris. 1506.

Sueton. cum Comment. Beroaldi, & Sabellici: *per* Joannem Rubeum Vercellenſem. fol. . . Venet. 1506.

Salustiana Opera cum Ascensii familiari interpretatione: *à* Johanne de Vingle *compreſſ. venundantur à* Stephano Gueynard Lugdunenſi *Bibliopolâ & cive.* (e) 4.to . . . . Lugduni. 1506.

Æmil.

(a) Gesner. & Simler. *Biblioth.*

(b) *Anno* Christi *cuncta gubernantis* M.D.VI. *Nonis* Auguſti. *Recognitoribus in Officinâ quàm accuratiſſimè* Petro Portâ *&* Beato Rhenano; quorum hic Hexaſticho Librum claudit.

(c) *Viceſimâ tertiâ* Februarii. cum *Beati* Rhenani Tetraſticho ad Lectorem.

(d) *Le* xv. *de* May, *l'an mil cinq cens & ſix.*

(e) M.CCCCC. *ſexto. Sexto Calend.* Novemb.

(a) xii.

ÆMIL. PROBI Vitæ; POMP. ATTIC. Vita; PLUTARCH. de illuſtr. mulierum virtutib. Ejuſdem Paralilia: *in ædibus* SCHURERIANIS. (a) 4.to . . . Argentor. 1506.

PROCOPIUS de Bello *Gothorum* CHRISTOPHOR. PERSONÂ interprete: *per* JOANNEM BESICKEM Alemanum *impenſâ* JACOBI MAZZOCHII Romanæ *Academiæ Bibliopolæ.* (b) fol. . . . Romæ. 1506.

CHRISTOPHORI SCHEURLI Libellus de laudibus *Germaniæ*: *per* BENEDICTUM HECTORIS. (c) 4.to . . . Venet. 1506.

CANTALYCII Epiſcopi *Pinnenſis* atque *Adrienſis* de bis receptâ PARTHENOPE GONSALVIA: *per* GISMUNDUM (i.e. SIGISMUNDUM) MAIR. (d) fol. . . . Neapol. 1506.

Clariſſimi Senatoris & Juriſconſulti MICHAELIS RITTII de Regibus *Neapolitanis* Hiſtoria: *Impreſſ. per* JOANNEM DE CASTELLIONO. (e) 8.° . . . Mediol. 1506.

CICER. Offic. cum geminâ MARSI & BADII explanatione; & Libri de Amicit. Senectut. & Paradox. cum ejuſd. BADII longè diligentiſſimâ interpretatione jampridem editâ: *venundantur* Lugduni *à* STEPHANO GUEYNARD *præfatæ Civitatis Bibliopolâ & cive*; *in vico Mercuriali*, *vulgariter* en la rue

Mer-

(a) XII. *Cal.* April.

(b) XX. *Junii.* cum Epiſtolâ *Jacobi* MAZZOCHII.

(c) 13. *Cal.* Feb. In quo Libro leguntur hæc: ——— *Sive* PETRUS *ſive* GUTENBERGUS *anno ſexageſimo ſupra milleſimum quadringenteſimum novam ſcribendi artem novum atramenti genus excogitavit.* Ante tamen hunc annum artem fuiſſe excogitatam in primo horum Annalium Volumine probatum eſt.

(d) *Mille & quingentis junctâ trieteride binâ*
Parthenope *impreſſit hoc tibi, Lector, opus.*
*Stygmata* Giſmundus *fecit* Gonſalvia Mair,
*Frigora* Teutonicæ *quem genuere plagæ.*
*Die* XX. Julii.

(e) *Die* XII. *menſis* Julii.

(a) *Im-*

Merciere, *prope S.* ANTHONIUM; *noviter correcta & impreſſa per* NICOLAUM WOLF *artis impreſſoriæ magiſtrum.* 4.to . . Lugdun. 1506.

QUINTILIANI Inſtitutiones, cum enarrationibus RAPHAËLIS REGII. (a) fol. . . 1506.

EURIPID. HECUBA & IPHIGENIA in *Aulide*, Latinæ factæ ERASMO *Roterodamo* Interprete; & Proſopopœia *Angliæ* ſibi de Regis HENRICI virtute & regiæ ſobolis indole gratulantis, eodem ERASMO Authore: *ex Officinâ* ASCENSIANÂ. (b) fol. . Pariſ. 1506.

PLAUTI Comœdiæ viginti; ex quibus PYLADES BUCCARDUS duodeviginti correxit, atque ex iis quinque elegantiſſimè interpretatus eſt: *per* JOANNEM BRITANNICUM. (c) fol. . : . Brixiæ. 1506.

LUCAN. cum Comment. SULPICII VERULANI, & BADII ASCENSII: *in ædibus* Aſcenſianis & JO. PARVI. fol. . . Pariſ. 1506.

Tragœdiæ SENECÆ; *ſtudio & impenſâ* PHILIPPI DE GIUNTÂ. (d) 8.° . Florent. 1506.

ANTON. CODRI URCEI Sermones, Epiſtolæ, Sylvæ, Satyræ, Eglogæ, Epigrammata: *mandato & impenſis* PETRI LIECHTENSTEYN Colonienſis Germani. (e) fol. . . . . Venet. 1506.

L'Opera di miſſer GIOVANNI BOCCACIO de mulieribus claris Italicè: *ſtampado per maiſtro* ZUANNE DE TRINO, *chimato*

TA-

(a) *Impreſſ. die* XII. Maii. Sinè Loci & Typographi nomine.

(b) *Ad Idus* Septemb. De harum Tragœdiarum verſione ſic præfatur ASCENSIUS:

*Loqui Latinè neſciebat antea*
*Tragœdiarum Scriptor excultiſſimus:*
*Qui nunc camœnis eloquens* Eraſmicis
Varronianæ *certat eloquentiæ.*

(c) *Tertio Calendas* Decembres.

(d) *Tertio Non.* April.

(e) *Kalendis* Septemb.

(a) Del

Tacuino (a) 4.to . . . . Venet. 1ſ06.

Volaterrani Opera: *per* Joannem Besicken Alemanum. (b) fol. . Romæ. 1ſ06.

Jo. Reuchlini Rudimenta Hebraica. (c) fol. . . . . Phorcæ. 1ſ06.

Biblia Latina: *per* Philippum Pigouchet. (d) fol. . . Pariſ. 1ſ07.

Biblia Italica Malermi: *typis* Barth. de Zannis, *rogatu* Lucæ Antonii Juntæ. (e) fol. . . . Venet. 1ſ07.

Biblia Germanica. (f) . . Auguſtæ. 1ſ07.

Nov. Testament. Lat. *per* Joannem Barbier. (g) 8.° . . . Pariſ. 1ſ07.

Epistolæ Apoſtol. & Apocalypſ. Lat. *per* Henricum Stephanum. (h) 8.° Pariſ. 1ſ07.

Epistolæ S. Pauli Gallicè, ex verſione Guiarti des Moulins cum gloſſis cujusdam Theologi Ordinis S. Augustini: *apud* Antonium Verard. (i) fol. Pariſ. 1ſ07.

Theologia S. Johannis *Damasceni*, Fabro interprete: *per* Henricum Stephanum. (k) 4.to . . . . . Pariſ. 1ſ07.

Johan. Gerson. Cancellar. *Pariſ.* de imitatione Chriſti Opusculum: *explicitum exaratúmque pro* Johanne Parvo *commorante in Vico almi* Jacobi (l) 12.° . . Pariſ. 1ſ07.

Con-

(a) *Del anno* m.d.VI. *a di* vi *de* Marzo. *regnante inclito Principe* Leonardo Lauredano.

(b) xiii. *Cal.* Mart.

(c) *Catalog. Biblioth.* Gudian. p. 308. & Gesner. & Simler. *Biblioth.* Ibi Reuchlinus in Præfatione ſcribit ſe anno ætatis 20. Dictionarium collegiſſe.

(d, e, f, g, h, i) Long, *Biblioth. Sacr.*

(k) 15. *April.*

(l) 21. *Julii.*

(a) *Aẽ*

Confessionale Volgare del Antonino Archivescovo di *Firenze* ricorrecto per Antonio Tubini. (a) 4.to . . in Firenze. 1507.

Marsil. Ficini de Religione Chriſtianâ Opusculum; unà cum Xenocrate de morte, Marsilio interprete: *per* Joã. Knoblouch. (b) 4.to . . . Argentinæ. 1507.

Pragmatica Sanctio; cum Commentario: *apud* Andr. Bocard. (c) Pariſ. 1507.

Boetii Conſolatio philoſophica: *operâ & impenſâ* Philippi Giuntæ. (d) 8.° Florent. 1507.

Theobaldi Anguilberti *Hyberniensis* Artium & Medicinæ Doctoris Menſa philoſophica, Gothico charactere: *apud* Franciscum Regnault. (e) 8.° . Pariſ. 1507.

Plin. Natur. Hiſtor. *per* Joan. Rubeum & Bernardinum *fratrésque* Vercellenſes. (f) fol. . . . . . Venet. 1507.

Abrahæ Avenaris *Judæi* Aſtrologi Opera à Petro de Albano in Latinum traducta: *ex Officinâ* Petri Liechtenstein. 4.to . . . Venet. 1507.

Q. Curtius: *ſumptibus* Philippi Giuntæ. (g) 8.° . . . Florent. 1507.

Joan. Stellæ liber de vitâ ac moribus ſummorum Pontificum: *per* Michaelem Furter. (h) 4.to . . Baſil. 1507.

Gun-

(a) *A di* 28. *di* Febraio 1507. *ad inſtantia di* Francesco Cartolaio.

(b) *Anno* M.d.VII. *Nonas* Decembris.

(c) Cum his verſibus:

*Stet liber hic, donec fluctus formica marinos*
*Ebibat, & totum teſtudo perambulet orbem.*

Lege *Mélanges d'Hiſtoire & de Litterature recueillis par Mr.* de Vigneul Marville. in 8. *à* Rouën *chez* Antoine Maurry *Imprimeur ordinaire du Roi derriere le Palais, à l'Imprimerie du Louvre.* M.DCXCIX. pag. 38.

(d) *Menſe* Decembri.

(e) Menagian. Vol. iv. p. 50.

(f) *Die* xvi. Januarii.

(g) *Menſe* Decembri.

(h) Gesner. & Simler. *Biblioth.*

(a) *Anne*

GUNTHERI LIGURINI Poetæ de geſtis divi FRID. pri. decem libri : *impreſſi per induſtrium & ingenioſum* ERHARDUM OEGLIN *civem* Auguſtenſem. (a) fol. . . . . 1507.

Hiſtoire des nobles & vaillans Chevaliers nommez MILLES & AMY : *par* MICHEL LE NOIR *à l'enſeigne de la roſe blanche couronnée.* 4.to . . . . . . Paris. 1507.

GULIELMI BRICONNETI *Lodovienſis* Antiſtitis coram JULIO II. & Cardinalib. pro LUDOVICO XII. Apologia : *impenſis* VINCENTII DE PORTONARIIS *de Tridino de Monteferrato.* (b) 4.to . . Lugdun. 1507.

PLUTARCHI Regum & Imperatorum Apophthegmata, RAPHAELE REGIO interprete : *Vænales habentur in ædibus* NICOLAI CRISPINI *è regione Collegii* Coquereti *ſub ſigno divi* SEBASTIANI (c) 4.to . . Pariſ. . . .

NI-

(a) *Anno ſesquimilleſimo & ſeptimo menſe* Aprilio. *Epigramma ad* JOANNEM RYMANUM *per univerſam* Germaniam *Librarium & Bibliopolam* C. C. *Car.*

*In noſtras terras Latius Gracúsque character*
*Jam venit ſtudio, culte* Rymane, *tuo.*
*Pro quo condignas tibi dat* Germania *grates,*
*Et referet laudes hìc & ubique tuas.*

*Felici fine completus* LIGURINUS *& juventuti* Germanicæ *ad legendum præbitus primò* Viennæ *per* C. C. Friburgi *per* Hieronymum BALDUNG. Dubingi *per* Henricum BEBELIUM. Ingolſtadi *per* Jacobum PHILOMUSUM. Lipſi *per* Hermannum BOSTIUM; *qui in prædictis Gymnaſiis publico ſtipendio Romanas litteras feliciter profitentur.*

(b) XII. *Octobris.*

(c) *Raphaëlis* REGII ad *Joannem* LUBRANCIUM *Posnanienſem* Episcopum Regis *Poloniæ* Conſiliarium data eſt *ex Academiâ* Patavinâ. III. *Kalendas* Septembres. M.D.VII. —— *Cùm* PLUTARCHI *Apophthegmata inter prandendum legenda curares ; multáque viderentur & perceptu difficiliora , & ſenſibus ineptiora , quàm ut* PLUTARCHO *ipſi convenirent ; mirabaris, unde id accidiſſet , cùm præſertim paucis antè annis è Græcâ Linguâ in Latinam à* Francisco PHILELFO *viro noſtrâ ætate cum primis facundo translata fuiſſent : ut ex archetypis & manu ipſius ſcriptis Exemplaribus Librarii iſti, qui Impreſſores vocari cœperunt, illi forſitan deſcripſerint. Sed cùm ego omnem culpam in Librarios ipſos rejicerem , à me petiiſti, ut cum Latino Græcum Exemplar conferrem, & tibi caſtigarem. Ego verò ex accuratâ utriusque Exemplaris collatione facilè perſpexi multa quidem imperitiâ Librariorum fuiſſe depravata ; ſed Interpretis incuriâ pleraque videri & ineptiora & obſcuriora , quæ* PLUTARCHUS *elegantiſſimè lucidiſſimeque deſcripſiſſet. Ea verò cùm emendari cura multas non poſſent lituras atque mutationes ,* Apophthegmata *ipſa ex integro ſic in Latinum Sermonem verti , ut iis , quæ jampridem interpretata fuerant , multò perceptu faciliora eſſe videantur.* —— *Unà cum illis lepidiſſimum*

Nicolai Lud novus elegánsque conficiendarum Epiſtolarum, ac aliàs de arte dicendi modus. (a) 4.to . . . . . 1507.

Βίϐλος ἡ γνωμαγυρικὴ; in hôc Volumine contenta; Alphabetum Græcum. Regulæ pronuntiandi Græcum. Sententiæ ſeptem Sapientum. Opusculum de invidiâ. Aurea carmina Pythagoræ. Phocylidæ Poema admonitorium. Carmina Sibyllæ *Erythreæ* de judicio Christi venturo. Differentiæ vocum ſuccincta traditio: *per* Ægidium Gormontium. (b) 4.to . . Pariſ. 1507.

Βατραχομυομαχία: *per eundem.* (c) 4.to Pariſ. 1507.

Ἡσιόδου ἔργα καὶ ἡμέραι: *per eundem* (d) 4.to Pariſ. 1507.

Ἐρωτήματα Χρυσολωρᾶ: *per eundem.* (e) 4.to Pariſ. 1507.

Euripidis Hecub. & Iphigen. in *Aul.* Erasmo interprete, cum ejusd. Odis de laudib. *Britanniæ* & ſenectutis incommodis, *in ædibus* Aldi. (f) 8.° . . Venet. 1507.

Virgili Opera cum Commentar. varior. doctorum: *ex Officinâ* Aſcenſianâ *impendio* Joannis Parvi. (g) fol. . , Pariſ. 1507.

Ovid. de Ponto cum Comment. Bar-

Tho-

*diſſimum quoque* Plutarchi *ipſius Dialogum, quem* Joannes Regius *mihi frater caſtiſſimus utriusque Linguæ cum primis doctus paucis antè annis, quàm in flore ætatis ſuæ (Nondum enim duodetriginta annos exceſſerat) dirâ peſte in Romanâ aulâ raperetur, Latinitate donavit, curavi deſcribendum* (de *Gryllo Circes* veneficiis in ſuem mutato pro brutarum animantium ratione disputante). Accedit *& Apologia mea, in quâ* Pliniani *Prologi quidam loci & corriguntur & exponuntur* &c.

(a) *De impreſſorii libelli loco* Joannis Basini Sendacurii *Diſtichon.*

*Urbs* Deodatenſi *retinens à nomine nomen*
*Hoc in* Voſagica *valle paravit opus.*
*Anno ſupra ſeſquimilleſimum ſeptimo.*

(b) *Pridie Idus* Auguſti. Vide Cheviller. p. 248 249.

(c) 18. *Sept.* Cheviller. p. 249.

(d) *Per* Egidium Gourmontium *duce* Francisco Tissardo Ambacæo *Græcarum literarum* Pariſiis *Impreſſorem.* M.CCCCC. VII *quinto Cal.* Nov.

(e) 25. *Novemb.* Cheviller. p. 249. 250. De his quatuor prædictis Libris fuſiùs antea actum eſt, ubi *Ægidii* Gormontii data fuit notitia.

(f) *Menſe* Decembri.

(g) *Sexto Idus* Novembres.

(a) *Nono*

THOLOM. MERULÆ: *per* JOANNEM DE CERETO *aliàs* TACUINUM (a) fol. Venet. 1507.

HIERONYMI AVANTII *Veronenſis* Artium Doctoris emendationes in SENECÆ Tragœdias: *per* JOANNEM TACUINUM DE TRIDINO (b) 4.to . . . . . Venet. 1507.

NICOLAI HORII *Remenſis* Poemata, & Libelli 15 Dialogorum: *per* JACOBUM SACON Pedemontanum. (c) fol. . . Lugdun. 1507.

JOANNIS ÆSTICAMPIANI Epigrammata: *per* MELCHIOREM LOTTER *civem* Lypſienſem. 4.to . . . Lipſ. 1507.

Viridarium illuſtrium Poetarum: *per* BERNARDINUM de Vitalibus *Venetum.* (d) 4.to Venet. 1507.

PETRARCHA con doi Commenti ſopra li Sonetti e Canzone, el primo del ingenioſiſſimo FRANCESCO PHILELPHO, laltro del ſapientiſſimo ANTONIO DA TEMPO; con lo Commento del eximio NICOLO PERANZONE ſopra li Triumphi: *per* JOANNE ANGELO SCINZENZELER. (e) fol. . . . in Milano. 1507.

DANTE cum Comment. *per* ZANES DE PORTESE. (f) fol. . . Venet. 1507.

JO. PICI *Mirandul.* OPERA: *per* JOANNEM KNOBLOUCHUM *impenſis* MATHIÆ SCHURERII. (g) fol. . . Argent. 1507.

ALDI MANUTII *Romani* Grammat. Latin. *per* (h) THOMAM WESALIE *impenſis*

Jo-

(a) *Nono* Octobris.
(b) *Die* VII. April.
(c) XXVII. *Septemb.*
(d) 20. *Nov.*
(e) *A di* XX. *di* Agoſto.

(f) *A di* XVII. *de* Zugno.
(g) CHEVILLER. p. 158. 164.
(h) Is eſt THOMAS KEES *Weſalienſis* qui impreſſit Epiſtolas illuſtriorum virorum, ſine anni indicio.

(a) *Abſo-*

JOHANNIS GRANJON & FRANCISCI REGNAULT. (a) 8.° . . . . Pariſ. .

BIBLIA Latina cum gloſſâ ordinariâ &c. 7. Vol. *ex Arta Valle ultra Birſam Baſileanam.* (b) fol. . . . . 1506. 1508.

PSALTER. Latin. (c) 4.to . . Argent. 1508.

S. HIERONYMI Epiſtolæ in tres partes tributæ : *per* JACOBUM SACCON. fol. Lugdun. 1508.

BASIL. Magn. de legendis antiquorum libris Latinè, interprete LEONARDO ARETINO: *in ædibus* Aſcenſianis. 4.to . . . Pariſ. 1508.

GREGOR. NAZIANZ. Sermones 8. RUFINO interprete. (d) 4.to . . . Argent. 1508.

HUGONIS Cardinalis Expoſitio in quatuor Evangelia : *expenſis* UDALRICI GERING *& mri* BERCHTOLDI REMBOLT *ſociorum in Sole aureo Vici* Sorbonici. (e) fol. . Pariſ. 1508.

JOANNIS FRANC. DE PAVINIS Bacu-

lus

(a) *Abſolutum eſt Opus* Parrhiſiis *in Officinâ* Thomæ WESALIÆ *è regione Collegii* Italorum *commorantis.* Ad calcem Latinæ Grammaticæ in eodem Volumine additur Libellus de Græcis litteris & earum poteſtate, cum Oratione Dominicâ, duplici ad Virginem ſalutatione, Symbolo Apoſtolico, initio Evangelii Divi JOANNIS, Carminibus aureis PYTHAGORÆ, & PHOCYLIDIS Poemate ; Græcè omnia hæc cum interpretatione Latinâ. Notandum eſt obiter Græcas voces nullis accentuum aut ſpirituum proſodiis affici. Ad finem ſic; *Finem hìc capit* ALDI MANUTII Romani *Grammatica, quæ rejectis erratis omnibus uſui eſſe jam poterit. Impreſſa* Parrhiſiis *per fideliſſimum Impreſſorem* THOMAM WESALIE *commorantem è regione Collegii* Italorum, *impenſis verò honeſtorum virorum* Joannis GRANJON *&* Franciſci REGNAULT. Nulla anni nota adjecta eſt ; utì neque in Libri principio, ubi hæc legimus: *Habetis, adoleſcentes ſtudioſi,* Aldinam *Grammaticam non minùs utilem quàm doctam: quippe quæ vobis (quod magnis alioqui Libris negatum eſt) utriuſque Linguæ rudimenta paucis abſolvat. Habet præterea Græca non modò accuratiùs (quàm antehac fuerant) impreſſa, verùm etiam ad verbum traducta. Venum exponuntur in ædibus* Franciſci REGNAULT *morum gerentis in vico divi* JACOBI *ſub* Mathurinis *in Interſignio Sancti* CLAUDII. Huic Editioni præmittitur ALDI Epiſtola *Venetiis menſe* Octobri M.D.VII. data. Unde conjicio eo anno ex ALDI Officinâ (licèt nondum viderim) hanc Latinæ Grammaticæ inſtitutionem ab ipſo elaboratam prodiiſſe ; at verò eodem anno *Pariſiis* excuſam non adeò veriſimile eſt. Huic ergo *Pariſienſi* Editioni nullum annum adtexui.

(b, c) LONG, *Biblioth. Sacr.*

(d) GESNER. *Bibliothec.*

(e) *Die* XX. Octob.

(a) *Die*

lus Paſtoralis, ſeu Tractatus de Viſitationibus: *operâ* UDALRICI GERING *& mag.* BERTHOL. REMBOLT *ſociorum.* (a) 4.to Pariſ. 1508.

PETRI SUBERTI Episcopi S. *Papuli* liber de cultu vineæ Domini, ſeu de viſitatione episcopali: *impreſſerunt* UDALRICUS GERING *& mag.* BERTHOLDUS REMBOLT *in Sole aureo vici* Sorbon. (b) fol. . . Pariſ. 1508.

DECRETUM aureum divi GRATIANI, cujus titulus talis eſt; incipit Concordantia discordantium canonum: *operâ* JOHANNIS PETIT & THIELMANNI KERVER & JOANNIS CABILLER. (c) fol. . . . 1508.

BUD. in Libros Pandectarum: *in Officinâ* Aſcenſianâ. fol. . . . . Pariſ. 1508.

Uberrimum Sphæræ mundi Commentum inſertis quæſtionibus PETRI DE ALIACO: *in Belloviſu impenſis* JOANNIS PETIT *commorante* [repone *commorantis*] *in vico Divi* JACOBI *ad interſignium Leonis argentei.* (d) fol. . . . . . . . Pariſ. 1508.

JAC. FABRI Introductio in Politic. ARISTOT. & OEconomic. XENOPHONT. RAPHAELE VOLATERRANO interprete: *ex Officinâ* HENRICI STEPHANI *è regione Scholarum Decretorum.* (e) fol. . . Pariſ. 1508.

MA-

(a) *Die* 20. Januarii. CHEVILLER. p. 101.

(b) *Die* 8. Martii. CHEVILLER. p. 101.

(c) In fine Libri hæc leguntur: *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis Tripartitum Decreti aurei Opus inſigne atque laudabile fideliter. ut lectio ipſa indicabit, elimatum multis admodum aptis & utilibus adjunctis, finem accepit in almâ* Pariſienſi *Achademiâ expenſis & operâ* Johannis PETIT *&* Thielmanni KERVER *Bibliopolarum* Pariſienſium *in Vico divi* JACOBI *ſejunctis hospitiis commorantium, &* Johannis CABILLER *mercatoris benemeriti* Lugduni *moram trahentis, anno Salutis milleſimo quingenteſimo octavo, die* VIII. Februarii. Lege *Anton.* AUGUSTIN. Dialog. de emendatione GRATIANI; 8. *Paris.* 1672. Præfat. XXVIII.

(d) *In menſe* Auguſti.

(e) *Quarto Calendas* Octobris.

(a) *Die*

MACRI Philoſophi de viribus herbarum, qualitatibus & ſpeciebus Liber : *impreſſus per* BERNARDINUM *Venetum de Vitalibus.* (a) 4.to . . . . . . Venet. 1508.

ARRIANUS de rebus geſtis ALEXANDRI Latinè, BARTHOLOMÆO FACIO interprete: *impreſſus eſt operâ & impenſâ* HIERONYMI DE SONCINO. (b) fol. . . PISAURI. 1508.

Com-

(a) *Die* x. Junii.

(b) *Die* IX. Junii. JOANNE SFORTIÂ *regnante.* Huic Editioni *Bartholomæus* FACIUS Epiſtolam ad ALPHONSUM Regem *Aragonum* præmiſit, in quâ hæc legimus: ——— *Cùm in manus meas perveniſſet* ARRIANI *ipſius traductio quædam non ſatìs Latina neque* ALEXANDRI *nomine gloriâque digna, novæ compoſitionis laborem aſſumere libuit. Nec verò eſt, quòd* Petrum Paulum VERGERIUM *ejus traductionis authorem vituperem, quem unum ex doctis & eloquentibus viris ætatis noſtræ fuiſſe ſatìs ſcio. Nam pro ſuâ eloquentiâ, ut puto, ſi voluiſſet, & ornatè & commodè hanc Hiſtoriam, quemadmodum cætera, quæ Latinè compoſuit, interpretari ac tractare potuiſſet; cæterùm, ut à* SIGISMUNDO *Imperatore Romano, qui parum doctus erat, ſinè cujuspiam adjumento poſſet intelligi, (ſic enim ab eo ſcriptum repperi) hanc Hiſtoriam ita incultè de induſtriâ traduxit. Sed ut ille* SIGISMUNDI *voluntati, qui exiguam Grammaticæ, nullam eloquentiæ cognitionem haberet, gerere morem ſtuduit: ſic ego tentare volui, an hic noſter labor* ALPHONSO *Regi omni doctrinâ prædito probari poſſet: atque ut illa prior æditio* Germanis *incultioribus relinqueretur, hæc noſtratium politiorum eſſet.* ——— *Hoc tibi* ALEXANDER *meritò debebit, quòd* ARRIANUS *ſuus, qui priùs tantummodo Græcus erat, nunc etiam tuo hortatu Latinus factus eſt.* Subſequitur deinde *Sigiſmundi* GOLPHI *Pergulani* FRANCISCI Marchionis *Mantuæ* Secretarii ad *Alouiſium* GONZAGAM Epiſtola: in quâ hæc; ——— *ut litterarum ſtudioſis oblectamenti meâ curâ,* Hieronymi SONCINATIS *faberrimi ac diligentis Impreſſoris induſtriâ, & ſuaſu atque conſilio tuo (quippe qui, cùm doctus ſis, doctos colis ac veneraris) aliquid afferatur: Hiſtoriam ab* ARRIANO *inter Græcos Hiſtoricos primario de* ALEXANDRI *Magni geſtis accuratè æditam, à* Bartholomeo FACIO *in Latinum traductam, & demum à* Ludovico QDAXIO *emendatam, non invitus* HIERONYMO *in Hebraïcâ & Chaldæâ Linguâ nemini cedenti & in Latinâ minimè rudi tradidi imprimendam.* ——— *Vale. ex villulâ* Peſtanarii. *Nonis* Aprilis M.D.VII. Ad calcem Libri binæ adduntur Epiſtolæ; prior *Jacobi* CURULI *Genuenſis* ad *Arnaldum* FENOLEDAM equitem *Hiſpanum*; poſterior *Alexandri* GAEUARDI *Turcellani* ad *Thomam* PLOVATARIUM patritium *Conſtantinopolitanum* Juriſconſultum. Ex utrâque ſubjiciam hìc, quæ ſcire Lectoris intereſt. Ex CURULI epiſtolâ ——— Bartholomæus FACIUS *conterraneus meus & familiaris tuus his temporibus noſtris claruit apud divum* ALPHONSUM *Regem noſtrum: cujus Hiſtoriam & complura inſuper Opera elegantiſſimè ſcripſit* &c. ÆNÆAS Senenſis, *qui poſtea* PIUS *ſummus Pontifex effectus eſt, cùm apud Regem legationis munere fungeretur, viderétque Regem tantopere Libris affectum, in* Germaniam *rediens, miſit ad eum traductionem quandam* ARRIANI *rerum geſtarum* ALEXANDRI *ſcriptoris veriſſimi, quam* Paulus VERGERIUS *vir doctiſſimus & alioqui eloquentiſſimus in Latinum verterat, ſed barbarè* &c. *Rex ſapientiſſimus cognito Libri vitio continuò* FACIUM *voluit negotium ſumere ex barbaro Latinum faciendi* &c. *Ille autem tanto ſtudio ſuſceptum amplexus eſt, ut in eo annis circiter tribus dies & noctes incubuerit, ſummâque diligentiâ elaborarit.*

*Aſſui*

Commentarii Cæsaris, recognoſcente Lucâ Robiâ, cum ejus Epiſtolâ ad Nicolaum Valerium: *operâ & impenſâ* Philippi Juntæ. (a) 8°. . . . Florent. 1508.

Salluſt. de bello Jugurthino: *impreſſum* Hantwerpiæ *in foro frumentario poſt Curiam Civitatis haud longè à rubeo ſcuto per me* Hadrianum *de* Gergis. 4.to . . Antwerp. 1508.

*Britanniæ* utriusque Regum & Principum origo & geſta inſignia ab Galfrido *Monumetenſi* ex antiquiſſimis Britannici Sermonis monumentis in Latinum ſermonem traducta; & ab Ascensio curâ & impendio magiſtri Ivonis Cavellati in lucem edita: *proſtant in ejusdem ædibus.* (b) 8.o . . Pariſ. . .

Cicer.

*Affui ego unà ſæpius, cùm* Nicolaum Sagondinum *&* Theodorum Theſſalonicenſem *viros ſummos & Græcarum & Latinarum Litterarum eruditiſſimos conveniret, & ab illis multarum rerum explanationem exquireret* &c. *Itaque Hiſtoriam ipſam Latinam & ſuaviſſimam reddidit* Facius *noſter. Cujus tamen cùm quartam vix partem preſſiſſet, reliquis tribus nondum ſatis elimatis, morte præventus Opus multis lituris abolitum & vulneribus penè confoſſum reliquit. Quod vivens* Alphonsus *Rex haud multò antequam & ipſe mortem obiret, recuperavit, ut aliquando aliqualiter reſtitueretur. Nunc autem Rege vitâ functo, non paſſus ſum hanc tantam Hiſtoriam ſimúlque hominis amiciſſimi ingentes labores & vigilias deperire. Itaque--- librum penè extinctum in tui gratiam reſtituere curavi, &, ut potui, emendatum exſcripſi, ut hiſtoriam notione digniſſimam cognoſcere poſſis.* &c. *Vale.* Ex Epiſtolâ Gabuardi. ——— *Multum debebunt bonarum litterarum indagatores* Sigismundo Golpho Pergolano *viro doctrinâ multiplici totiúsque antiquitatis curioſo, qui extinctam penè* Arriani *Hiſtoriam in lucem prodire enixiſſimè curaverit* &c. *Hic* Alexandri *Hiſtoriam libris ſeptem Græcè complexus eſt. Octavum his adjecit, in quo res* Indicas *pertractat.* ——— *Quos induſtriâ & labore* Bartholomæi Facii *Latinos habemus.* Thadæus *ille* Ugoletus Parmenſis *vir in utrâque paginâ doctiſſimus me ſuis Litteris admonuit ſe legiſſe interpretationem* Arriani *à* Nicolao Sagundino *factitatam fuiſſe.* &c. *Leges igitur* Arrianum ——— *quia fortaſſe in aliquibus poterit tibi manum præbere in Hiſtoriâ, quam jam* Piſauri *condidiſti* ——— *Tu quàm primùm ad metas tui Operis percurre, illúdque quàm primùm Chalcographis imprimendum tradas* &c. *Vale.* &c. *Subſignatum* Piſauri. M.D.VIII. *eid.* Jun. Dubitat *Jo. Albert.* Fabricius (*Biblioth. Græc.* lib. 4. cap. 8. pag. 273.) *an lucem viderit hæc* Vergerii *translatio* (*non minùs quàm altera* Thaddæo Ugoleto Parmenſi *memorata*) *quia nec Bibliothecarum Scriptores editam memorant, neque illam ſe usquam reperire potuiſſe teſtantur, qui* Arrianum *poſtea edidere,* Vulcanius, Blancardus, Gronovius.

(a) *Anno* D. *octavo ſupra mille. Menſe* Aprili.

(b) Ivo Cavellatus Herveo Kaerquiffinenno, S. D. ———

*Cùm*

CICER. Rhetoricor. ad HERENN. libri 4. cum

*Cùm me in Bibliothecam Collegii* Coriſopitenſis Parrhiſiis *ſiti contuliſſem, Libellum quendam, Hiſtoriam Regum* Britanniæ, *nuncupatum, ſitu & pedore ſqualentem atque horridum repperi.* ——— *tamen moleſtè ferens, quòd tam præclarus Liber tot mendis atque erratis contaminatus fuerit, ut vix ipſum quiſpiam intelligere quiverit* ——— *huc & illuc per multas hujus Gymnaſii* Parrhiſienſis *diſcurrens Bibliothecas, tres alios Commentarios ſuperiori nomine nuncupatos inveni* ——— *alterum in Cœnobii S.* VICTORIS *Bibliothecâ vetuſtiſſimis characteribus ſcriptum; alterum penès Abbatem dicti Cœnobii, quem pro ſeipſo ſcribi fecerat; tertium apud* Carmelitarum *dictæ Urbis Cœnobium, & in eorundem Bibliothecâ catenâ ferreâ inter Chronica affixum. Hos ſimul inventos ſibi invicem contuli, collatos (utcunque) caſtigavi, caſtigatos imprimendos curavi.* ——— *ipſum conſummatum virum* Jodocum BADIUM ASCENSIUM *oratum ire decrevi; quòd ſi aliqua ſcabra nimis atque inculta in dictâ Hiſtoriâ offendat (præſertim quæ ad ſententiam intelligendam difficultatem adderent) ut ſuos & quidem pios obeliſcos in eam mittat, nihil addendo nihilque abjiciendo, quod ſententiam variet aut pervertat.* ——— *quod ut ab ipſo* ASCENSIO *copioſiùs impetrarem, ipſum hòc Epigrammate comprecatorio duxi conveniendum. Vale. Ex Collegio noſtro* Coriſopitenſi *ad Idus* Julias *anni ſalutiferi.* M.D.VIII.

IVO CAVELLATUS
IODOCO BADIO ASCENSIO. S. D.

*Hanc, pie, mitto tuas,* Aſcenſi, *pronus ad ædes*
*Hiſtoriam, veterem ponat ut illa ſitum:*
*Cúmque diu lacerâ latuit jam ſquallida veſte,*
*Prodeat, atque tuâ vadat amicta manu.*
*Prodeat, & lucem ſpectet, quâ tempore longo*
*Orba nimis (tunicâ deficiente) fuit.*

JODOCUS BADIUS ASCENSIUS
IVONI CAVELLATO. S. D.

IVO, *lubens veterum legi monumenta virorum,*
*In quibus hiſtoriæ eſt gloria prima fides.*
*Atque ea doctorum mittenda ſub ora per orbem*
*Curavi prælo multiplicata meo:*
*Sed majore fide, quàm qui terſere* Maronem;
*Ut quibus addidimus ſuſtulimúſque nihil.*
*Argumenta quidem tua ſunt, ſtelliſque notata:*
*Sed tamen indicium dixeris eſſe meum.*
*Et quæ Pieridum puer iſte ad munera natus*
*Edidit antiquo carmina digna viro,*
*Propterea tua ſunt; pueri quòd pollice gnaro*
*Formâſti in ludo cerea corda tuo.*

Hic puer, de quo BADIUS, fuit nomine ALANUS AUREUS, cujus habemus & Carmen ad *Alanum* BONNEZGATUM Juriſperitum & Canonicum *Pictavenſem* de hâc Hiſtoriâ, & Epiſtolam ad ſuum Præceptorem *Ivonem* CAVELLATUM. En aliquot ſpeciminis loco verſus ex illius Carmine excerpti.

*Exemplo ſi nôſſe cupis, dux impiger armis*
*Quid valet, invictique animi ſapientia, quid vis,*
*Quid probitas innata poteſt; fatalia paſſim*
*Acris perſpicito* Bruti *diſcrimina; quótque*
*Viceris in terris acceſſa pericla marique.*
*Quæ bene ſi noſcas, ex paucis omnia penſans*
Brutum *comperies cauto nil cedere* Ulyſſi. &c.

Et ſic concludit:

——— —— *totum lege denique librum*
*Qui tibi perlectus; quàm longo ſtemmate ducta eſt*
*Gentis origo tibi, quando primordia ſumpſit*
Bonnezgata *domus; quid demum eſt utile, quid non;*
*Plenius & meliùs* Chryſippo *&* Crantore *dicet.*

Idem in Epiſtolâ profert, cur credat *Hiſtoriam hanc, ſi minùs cultè, veraciter tamen ab* GALFRIDO *traductam.* Quod conjicit ex nonnullis, quæ ex *Britannico* ſermone & *Saxonum* verbis inſeruit. Ad calcem Libri, Lector ſic affatur BADIUS. *Habes itaque, lector bone, novem libros de origine*

4. cum elucidationibus FRANC. MATURANTII & ANT. MANCINELLI, & JOD. BADII explanatione; & libri duo de Invent. cum not. VICTORINI: *ab* JOANNE PARVO *&* ASCENSIO. fol. . . Pariſ. 1508.

PLIN. Epiſtol. & Panegyric. & de Viris illuſtribus; SUETON. de Grammaticis; JUL. OBSEQ. de Prodigiis: *in ædibus* ALDI *&* ANDREÆ ASULANI *ſoceri.* (a) 8.° Venet. 1508.

RHETORES Veteres Græcè: *apud* ALDUM. (b) fol. . . . . Venet. 1508.

NICO-

*origine & geſtis Regum utriusque* Britanniæ, *potiùs antiquâ fide (quæ prima virtus Hiſtoriæ eſt) quàm verborum lepore ſuffultos: in quibus, ſi diligenter legeris, agnosces aut miram antiquitatis integritatem; aut admirandam illius ſæculi, cùm in nominibus & rebus fingendis, tum verò in temporibus ſupputandis, calliditatem. Utcunque cenſueris, penès authorem ſit fides. Nos, ne rerum quicquam immutâſſe incuſemur, verba ſubinde minùs ſpecioſa mutare noluimus. Boni igitur conſule; & antiquiſſimam Hiſtoriam è ſitu multo labore erutam precio ſuo redime, ac vale. Ex ædibus noſtris. Ad Idus* Julias *anni* M.D.VIII.

(a) *Menſe* Novembri.

ALDUS PIUS MANUCIUS *Romanus* ALOISO MOCENICO Equiti & Senatori *Veneto* S. P. D.

*Solebam ſuperiorib. annis, cùm aut* LIVII *Decades, quæ non extare creduntur, aut* SALLUSTII *aut* TROGI *Hiſtorias aut quemvis ex antiquis inventum eſſe audiebam, nugas dicere ac fabulas; ſed ex quo ex* Galliâ, *ubi legatum agebas, has* PLINII *Epiſtolas in* Italiam *reportâſti in membranâ ſcriptas & diverſis à noſtris characteribus, cœpi ſperare fore &c.* —— *libellos de Viris Illuſtribus* Jo. Bapt. EGNATIUS *recognovit* —— Venet. *menſe* Novembri M.D.VIII.

(b) *Menſe* Novembri. In hôc Volumine continentur APHTHONII *Sophyſtæ Progymnasmata.* HERMOGENIS *Ars Rhetorica.* ARISTOTELIS *Rhetoricorum ad* THEODECTEN *libri tres. Ejusdem Rhetorice ad* ALEXANDRUM. *Ejusdem Ars Poëtica.* [Hæc *Aristotelis* Opera in *Aldinâ Ariſtotelis* Editione ante ann. 1500. non habentur] SOPATRI *Rhetoris quæstiones de componendis declamationibus in cauſis præcipuè judicialibus.* CYRI *Sophyſtæ differentiæ ſtatuum.* DIONYSII Halicarnaſſei *Ars Rhetorica.* DEMETRII PHALEREI *de interpretatione.* ALEXANDRI *Sophiſtæ de figuris ſensûs & dictionis. Adnotationes innominati de figuris Rhetoricis.* MENANDRI *Rhetoris diviſio cauſarum in genere demonſtrativo.* ARISTIDIS *de civili Oratione. Ejusdem de ſimplici Oratione.* APSINI *de arte Rhetoricâ præcepta.* MINUCIANI, *in aliis* NICAGORÆ, *de Enchirematibus.*

ALDUS PIUS MANUTIUS Jo. LASCARI Oratori Regio S. P. D.

*Non ſum neſcius, inclyte ac doctiſſ.* LASCARIS, *capturum te incredibilem voluptatem videndis hisce rhetoricis libris excuſis editisque curâ noſtrâ in manus hominum.* &c. *nihil magìs deſyderas, quàm quod in commune omnibus proſit: cujus rei ſum vel ipſe teſtis, à te in hâc meâ durâ curarúmque & laborum plenâ provinciâ vel conſilio vel re ſemper adjutus, & olim alibi, & nunc* Venetiis *jam quinquennium, ubi pro Chriſtianiſſimo* Galliarum *Rege integerrimè ſimul & prudentiſſimè legatum agis. Nam non ſolùm facis mihi copiam librorum tuorum, quorum plena tibi Bibliotheca, ſed me etiam hortaris* aſſi-

NICOLAI LUCARI *Cremonenſis* Sermones funebres in BEATRIC. & LUDOVIC. SFORTIAM, cum aliis, editi per FR. GREGORIUM BRITANNICUM Sacr. Ord. præd. *per* MANFREDUM DE BONO (a) Venet. 1508.

TERENTII Comœdiæ cum GUIDONIS JUVENALIS familiari explanatione ab JODOCO BADIO ASCENSIO recognita : *impreſſæ quàm diligentiſſimè rurſus* Parrhiſiis *per* NICOLAUM DE PRATIS. (b) fol. . Pariſ. 1508.

OVID.

*aſſiduè, ut maturem optimos quosque Libros excuſos publicare. Quamobrem placuit eos ſub tuo nomine emittere ex ædibus noſtris. Atque eò magis, quòd* SOPATRI *præcepta quæ hiſce libris inſerta viſuntur*, è Græciâ *in* Italiam *advexiſti ; quemadmodum & plerosque ålios digniſſimos : è quorum numero ſunt* ANTIPHO, DENARCHUS, ANDOCIDES, LYCURGUS, ISÆUS. —— *His adduntur* SYRIANUS, MARCELLINUS, SOPATRUS *diligentiſſimi doctiſſimique interpretes rhetoricorum* HERMOGENIS, *quos mihi, ut imprimendos curarem, tradidiſti. Necnon &* * NONNI *Poetæ duodequinquaginta libri heroico carmine de geſtis* LIBERI *patris in* Indiâ, *quæ* Διονυσιακὰ *Græcè inſcribuntur.* —— *Ipſe interea, quantum in me fuerit, non deſiſtam unquam ab incœptis, ſed* JESU *Deo opt. Max. annuente, pergam in dies alacrior nullo incommodo evitato, nullis laboribus. Quòd ſi non pergimus interdum, ut cœpimus, fit vel aliquâ juſtâ cauſâ, vel quia majus quiddam movemus, impenſiùs vacaturi illuſtrandis bonis litteris, eruendisque è ſitu & tenebris antiquis Autoribus, more ſaltantium, cùm multis paſſibus retrocedunt, fortiùs ſaltaturi. Vale.* Mecænas *ætatis noſtræ*, Mecænas *atavis edite regibus.* Venetiis *menſe* Novembri. M.D.VIII. Paulò poſt ſubſequitur Græca *Demetrii* DUCÆ Epiſtola. Δημήτριος Δουκᾶς ὁ Κρὴς Μάρκῳ Μουσούρῳ τῷ Κρητὶ εὖ πράττειν. Ἄλδος μὲν, ὦ πολλὴν εἰδέναι χάριν ἅπαντες ὀφείλουσιν οἱ σπουδαῖοι, τὰ ναυάγια τῶν Ἑλληνικῶν βίβλων κινδυνεύοντα πάντως ἀπολέσθαι καὶ καταπετιθῆναι, πολλαπλασιάζων ἑκάστοτε, καὶ ἀνθ' ἑνὸς ἀντιγράφου, καὶ τούτου σπανίως εὑρισκομένου, χίλια τοῖς φιλολόγοις ἐπιδιδοὺς· συναιρομένου δὲ γενναιοτάτου τῶν τύπων σοφίσματος, ὡς εἴπερ οἱ θεοὶ τοῖς παλαιοῖς ἐδωρήσαντο χρόνοις, οὐδεὶς ἂν τόγε νῦν ἔχον ἡμεῖς ἐστερημένοι τῶν πολλῶν ἐκείνων καὶ θαυμαστῶν βιβλίων &c. σὺ δὲ ἐν τῇ περιφανεστάτῃ τοῦ πανσόφου τῶν Παταβινίων ἄστεος ἀκαδημίᾳ παιδεύων —— τοσοῦτον ὠφελεῖς, ὡς καθ' ἕκαστον ἔτος ἐκ τῆς σῆς σχολῆς, ὥσπερ ἐκ τινος ἵππου δουρείου, προϊέναι πολλοὺς καὶ γενναίους μαθητὰς &c. Τὴν Ἑρμογένους ῥητορικὴν, ἣν ἐγὼ παρ' Ἄλδῳ τυπωθεῖσαν τῷ ἡμετέρῳ μετ' Ἄλδου τοῦ σοφοῦ καὶ φιλέλληνος καὶ σοῦ φίλου διώρθωσα, τοῖς σοῖς ἑρμήνευε γνωρίμοις τε καὶ φοιτηταῖς —— Προστίθενται τοῖς Ἑρμογένους ῥητορικοῖς καὶ τὰ τοῦ δαιμονίου Ἀριστοτέλους —— ἐνδέξεταί σοι Σωπάτρου ζητημάτων διαίρεσις, βιβλίον σπανιώτατον καὶ δυσευρετώτατον, ὃ πρὸς πολλοῖς ἄλλοις χρησίμοις τε καὶ βιωφελέσι πρῶτος ἐς Ἰταλίαν ἤνεγκεν ἐκ τῆς Ἑλλάδος Ἰανὸς ὁ Λάσκαρις —— ἑξῆς ἐντεύξῃ ταῖς Διονυσίου τοῦ κριτικωτάτου μεθόδοις, ἃς πρότερον οἱ κεκτημένοι, ὥσπερ τι κειμήλιον τιμαλφέστατον, ἐθησαύριζον. —— Ἡμεῖς μὲν οὖν ταύτην τὴν βίβλον οἱονεί τινα πάντων τῆς ῥητορικῆς ῥεέθρων εὐρυχωροτάτην δεξαμένην πολλὰ πονήσαντες καὶ μοχθήσαντες ἐπὶ τοῖς ἀντιγράφοις, οἷς ἐνετύχομεν, τοῖς φιλολόγοις διωρθώσαμεν &c.

(a) *Cremon.* Litterat. p 357.

(b) *Anno Domini milleſimo quingenteſi-*

mo

* Hunc tamen ALDUS nunquam edidit.

Ovid. Faſt. cum Comment. Antonii Constantii *Fanenſis* & Pauli Marsi, cenſore Bartholomæo Merulâ; *per* Joannem Tacuinum de Tridino. (a) fol. . . . . . . Venet. 1508.

Lucanus cum comment. Jo. Sulpicii Verulani & Omniboni *Vicentini : impreſſ. per* Leonardum Pachel. (b) fol. . . . Mediol. 1508.

Jo. Capnionis Progymnasmata iambis trimetris ſcripta cum Commentario Georgii Simler: *apud* Thomam Anshelmum. . . . . . . . Phorcæ. 1508.

Christophori Landini libri quatuor, primus de Vitâ activâ & contemplativâ;

ſecun-

*mo octavo, tercio Calendas* Auguſti. In Libri initio M. Durand Gerlier (cujus prima mentio *Annal. Typogr.* Vol I. pag. 169.) cum Valerandi de Varanis ad Simonem Natalium & Tristanum Scelerium liberalis ſtudii Præceptores Epiſtolâ datâ *ex domo noſtrâ* Choleteâ *apud* Pariſios *ſexto Idus* Maias *anno quingenteſimo octavo ſupra milleſimum.* ——— *Quis extra fidem eſſe non crederet* Isocratis *Orationem* unam (*referente* Plinio *Natur. Hiſtor. lib.* 7. cap. 30. Lege etiam Aul. Gell. lib. 3. cap. 17. de Librorum Philolai & Speusippi pretio) *viginti talentis eſſe venundatam, quam noſtris temporibus exiguo nummo turono vix licitaremur.* ——— *Per hanc novam ſcribendi inventionem tam abunde propagantur in dies optima doctorum monumenta, ut nichil ſit (quatenus ad rem pertinet literariam) quod vel maximè inops deſideret.*

(a) IIII. Junii.

(b) Die I. *Decembris.* Hyacinthus *Arpinas* recenſuit: cujus Epiſtola Editioni præfigitur ad Marc. Anton. Cusanum Mediolanenſem *Patritium.* ——— *Quum viderem te* Annei Lucani *Poetæ imò Hiſtorici diligentiſſimi bella civilia aviddiſſimè lectitare conſueviſſe; quúmque pudenda labes atque innumera offenſacula, quæ Librariorum incuriâ ultro citróque invaluerant, nauſeam atque indignationem tibi parerent;* ——— *ſucceſſivis temporibus clariſſimum Poetam tibi, ſicuti multa alia, recognovimus; deluxatas delumbéſque voces, adulterina verba, ſtructuræ diſcordes modulos, præpoſteróſque verſus ex antiquorum Codicum fide concinnè aptéque (ut nobis videmur) curavimus* &c.

Othonis Lupani Ἐνδεκασύλλαβον.

*Quicquid Bacchicus attulit Cytheron*
*Phocaique jugi madens crepido,*
*Unda Caſtalia, & novem Sorores*
*(Quas inter reſidet canens Apollo)*
*Lucano, abſtulerat gravis vetuſtas.*
*Ergo non poterat legi; nec ullus*
*Splendor, gratia, honos, nitor manebat.*
*Æquâ mente Hyacinthus hunc egentem*
*Cernens non tulit; & ſuo nitori*
*Vatem reſtituit: magiſque debes,*
*Lector candide, qui juvat Poëtam*
*(Si fas dicere) quàm tuo Poëtæ.*
*Verſus perdiderat dies iniqua:*
*Amiſſos Hyacinthus hos reponit.*

(a) XXVI.

ſecundus de ſummo bono; tertius & quartus in VIRGILII allegorias: *Has* Camaldulenſes *Disputationes in Officinâ ſuâ litteratoriâ pulchrioribus typis excuſſit* MATHIAS SCHURERIUS *Artium Doctor*. (a) fol. . . . Argentor. 1508.

CRINIT. de Honeſt. Disciplinâ; de Poëtis Latinis, & ejusd. Poëmata: *venundantur ab* JOHANNE PARVO *ex ædibus* Aſcenſianis. fol. . . . . . . . . Pariſ. 1508.

BEBELIANA Opuscula: *impreſſit* JOANNES GRUNINGER. 4.to . . . , Argentin. 1508.

Margarita Facetiarum ex variis Scriptoribus collecta: *impreſſit* JOHANNES GRUNINGER. 4.to . . . Argentin. 1508.

AULII GELII Noctium Atticarum Commenrarii ad unguem levigati: *in* Bellovifu *pro* JOANNE PETIT *fideliſſimo Impreſſore exarati*. (b) 4.to . . . . . Pariſ. 1508.

VALER. PROB. de litteris *Roman.* Opusculum cum aliis quibusdam: *per* JOANNEM DE TRIDINO *aliàs* TACUINUM. (c) 4.to Venet. 1508.

FRANCISCI MARII GRAPALDI de partibus ædium Dictionarius: *impreſſ. per induſtrium* JOANNEM PRYSS *in ædibus* Luſtri *vulgò* Zum thiergarttem. (d) 4.to in Urbe Argentinâ. 1508.

Quinta Recognitio atque Additio ad Grammaticen *Sulpitianam*, cum textu *Aſcenſiano*; & ANTONII MANCINELLI *Veliterni* de figuris Opusculum; & BAD. ASCENS. de rectè ſcribendi ratione; & GUARIN. *Veronenſ.* de ratione diphtongandi: *in ædibus ipſius* ASCENSII, JOANNIS PARVI *& Bibliopola-*

(a) XXVI. *Auguſt.*
(b) *Die* XXII. *menſis* Martii.
(c) M.CCCC. IC. VIIII. *die* XX. Aprilis; *regnante* AUGUSTINO BARBADICO.
(d) Hanc Editionem ſeptimo poſt primam anno prodire monet GRAPALDUS.

(a) *Im-*

*polarum* DE MARNEF, *in viâ ad divum* JACOBUM. (a) 4.to . . . Pariſ. 1508.

FAUSTI LIVIA; de fugâ BALBI; Epiſtolæ, cum aliis: *apud* ROBERTUM GOURMONT. (b) 4.to . . . . . Pariſ. 1508.

Alphabetum Hebraïcum & Græcum : *apud* ÆGID. GOURMONT. (c) 4.to . . Pariſ.

ERASMI Encomium Moriæ : *apud* ÆGIDIUM GOURMONT. (d) 4.to . . Pariſ.

Fratris URBANI *Bellunenſis* Ordinis Minorum Inſtitutiones Græcæ Grammatices : *veneunt in ædibus* ÆGIDII GOURMONTII *è regione Collegii* Cameracenſis. (e) fol. Pariſ.

ERASMI Adagiorum Chiliades tres ; charactere Romano : *in ædibus* ALDI. (f) fol. Venet. 1508.

BIBLIA Latina: *per* JACOBUM SACHON. (g) fol. . . . . . Lugdun. 1509.

Eadem. (h) fol. . . . Baſil. 1509.

PSALTERIUM Quincuplex, Gallicum, Romanum, Hebræum, Vetus, Conciliatum; cum notis Editore FABRO : *apud* HENRICUM STEPHANUM. (i) fol. . . Pariſ. 1509.

(a) *Impreſſum eſt jam quinto loco exactéque recognitum & rurſus auctum hoc Opus aureum* Aſcenſianâ *accuratione in clariſſimo* Parrhiſiorum *Gymnaſio*, *anno Salutis Chriſtianæ* M.D.VIII. *ad* XV. *Calendas* Januarias. Huic Operi BADIUS præmiſit Epiſtolam ad DAVIDEM LAUXIUM *Atrebatenſium* Ludimagiſtrum datam; in quâ geſtit SULPITIUM *meruiſſe Sociis æra*, *indemnésque Bibliopolas omnes reddidiſſe*; *quocirca rurſus ſe Chalcographiæ noſtræ* (ait BADIUS) *credidit*; *eâ tamen lege*, *ut major*, *lucidior*, *veraciórque exeat* &c.

Hi Bibliopolæ DE MARNEF erant *Engelbertus* & *Godefridus*, quorum impenſis prodiit in 4. (ſed anno non indicato) JUSTINI Hiſtoria, FLORUS, & SEXT. RUFFI Hiſtoria Romana, nam in titulo cernitur pelicani inſigne, adjectis nominibus E. G. DE MARNEF.

(b) *Ex ædibus* Gourmontianis, *ad Idus* Maias, *qui* Mercurio *natalis eſt*, *Anno Salutis noſtræ* M. D. VIII.

(c, d, e) Hi tres Libri nullum anni indicium gerunt.

(f) *Menſe* Septembri.

(g, h) LONG. *Biblioth. Sacr.*

(i) *Abſolutum fuit hoc Quincuplicis Pſalterii*



Nov.

Nov. Teſtam. Latino-Germanic. (a) 4.to Antuerp. 1509.

PROBÆ VALERIÆ præclariſſimum Centonum Opus, accuratiſſimè nuper recognitum: *pro* JOANNE PETIT. (b) 4.to Pariſ. 1509.

RICOLDI Ord. Prædicat. contra Sectam *Mahumetic.* Libellus; & cujusdam diu captivi *Turcorum* provinciæ ſeptem caſtrenſis de vitâ & moribus eorundem Libellus: *apud* HENRICUM STEPHANUM. (c) 4.to . . Pariſ. 1509.

MA-

*terii opus in Cœnobio ſancti* Germani *prope muros* Pariſienſes *anno à natali* CHRISTI *Domini* 1508. *Et in clariſſimo* Pariſiorum *Gymnaſio ex chalcotypâ* Henrici STEPHANI *Officinâ è regione Scholarum Decretorum emiſſum anno ejusdem* CHRISTI *Salvatoris omnium* 1509. *pridie Calendas* Auguſti. *Illi igitur, qui abſolvere & abſolutum in publicum emittere dedit, laus & gratiarum actio in ſæcula ſæculorum. Amen.* De quo Opere ſic FABER *Stapulenſis* in ſuâ ad *Gulielmum* BRICONNETUM Cardinal. Epm. *Tusculan.* Archiepm. *Narbon.* Epiſtola: —— *In unum corpus quinque Pſalteria redegimus, Gallicum, Romanum, Hebraïcum, Vetus, & Conciliatum: ut ex eorum mutuâ invicem collatione juventur ii, quos ſimilis indaginis cura mordebit; & ob id præterea ut multi cantus Eccleſiaſtici, unde ſumpti ſint, agnoſcantur.* —— *Crediderim* Romanum *dici, quòd* Romæ *emendatum à* HIERONYMO *in Eccleſiâ caneretur* Romanâ, *id eſt,* Galliâ *transalpinâ.* Gallicum, *quòd eo Eccleſia* Gallica, *id eſt cisalpina uteretur — quod ad preces* PAULÆ & EUSTOCHII *ſecundò correxit* HIERONYMUS —— Hebraïcum *verò, quòd nullâ mediâ intercedente Linguâ ex* Hebræo *ad* SOPHRONII *preces Latinâ illud donârit coloniâ. Quæ tria Pſalteria tribus columnis altrinſecus è regione poſitis deſcripta majores noſtri magnâ diligentiâ deſcribi curârunt, & deſcripta custodiri, ut in vetuſtioribus Bibliothecis licet adhuc intueri. Et ad hoc emittendum Opus pii & religioſi viri* Cartuſii & Celeſtini *hunc in modum deſcriptis Exemplaribus humaniſſimè nos juvârunt* &c. Vetus, *quod eo vel maximè ante Editiones à* HIERONYMO *emendatas uterentur Eccleſiæ.* Conciliatum, *quòd pauca addat aut mutet ad* Gallicum; *quò magis veritati & Hebraïco concordet Pſalterio; & quandoque ut aptior & accommodatior habeatur ſermo.* — *Quæ omnia* Guillermus BRICONNETUS *Episcopus* Lodovenſis *voluit tibi offerrem; quòd hoc Opus in cœnobio tuo divi* Germani, *quod ei ſuperiore anno ceſſiſti, elaboratum agnoverat.* &c.

(a) LONG. *Biblioth. Sacr.*

(b) *Impreſſus* Pariſius *in campo* Gallardo *pro* JOANNE PETIT *commorante in vico divi* Jacobi *ſub Leone argenteo. Anno Domini milleſimo quingenteſimo nono.* Vidi aliam hujus Operis Editionem, at ſinè anni indicio, ſed ſuperiori ſimillimam —— *ſummâ diligentiâ impreſſum Opus pro* JOHANNE NICOLLE Parrhiſienſi *Bibliopolâ.* in 4. & *Venalis invenitur hic Liber in monte ſanctæ* Genovefæ *è regione Collegii* Remenſis *ſub interſignio divi* STEPHANI. Libri autem hujus fronti pro inſigni præfigitur Cor ſpinis coronatum à cruce pendens, & JESU nomine inſcriptum.

(c) Hos tractatus *Jacobus* FABER *Guillelmo* PARVO Confeſſori Regio dedicat; ſcribitque ſe *Libellum* RICOLDI *contra Sectæ* Mahumetanæ *ſceleratam impietatem, quem* Barptolomæus PICERNUS de Monte arduo *è Græco Latinum fecit, unà cum Libello de vitâ & moribus* Turcarum *Officinæ librariæ procudendum tradidiſſe.* Impreſſi ſunt *Pariſiis in Officinâ* HENRICI STEPHANI *è regione Scholarum Decretorum ſitâ anno* CHRISTI *Dei per ſanguinem Teſtamenti*

Macarius Mutius eques Camers de triumpho Chriſti; Matthæi Boſſi *Veronenſis* de paſſione Chriſti Sermo; Laur. Vall. de Euchariſt. *in ædibus* Matthiæ Schurerii Helvetenſis *artium doctoris.* (a) 4.to . . . . . Argentorati. 1509.

Ludovici Bigi Pictorii *Ferrarienſis* Opuſculorum Chriſtianorum metricorum libri tres; Pontii Paulini Carmen Iambicum Chriſtianam pietatem commendans; edente Beato Rhenano *Helvetenſi ex Officinâ* Schurerianâ. (b) 4.to . . Argent. 1509.

Bonifacii Symonetæ Opus de Chriſtianæ fidei perſecutionibus: *per* Nicolaum Kesler. (c) fol. . . Baſil. 1509.

Collectorium Medicinæ Bertrucii *Bononienſis*: *impreſſum per* Claudium Davost

*aliàs*

*tamenti ſui & Evangelium æternum ubique credendum & venerandum Salutaris noſtri* M.D.VIII. *quarto Cal.* Dec. Hoc moris erat Typographis antiquis, hujuſmodi ſubſcriptionibus quandam ſuæ fidei Chriſtianæ confeſſionem & gratæ pro opere feliciter finito pietatis argumentum edere. Huic Libro Typographus non tantùm piam coronidem adjecit, ſed & hujus initialem paginam ornavit Doxologiâ in crucis effigiem excuſâ ad hunc modum.

S O<br>
L I<br>
REGNUM ET CHRI. IMPERIUM<br>
S T O<br>
D O<br>
M I<br>
N O<br>
C V M<br>
P. E T<br>
S. S.<br>
I N<br>
S E<br>
C V L A.

In Gesneri Bibliothecâ per Simlerum 1574. editâ legimus *Bartholomæum* Picenum Richardi *Confutationem* Mahometis *è Latino in Græcum converſam rurſus Latinitate donaviſſe; eámque* Oporinum Baſileæ *cum Alcorano impreſſiſſe.* Et mox additur *Bartholomæum* Picernum *de Monte arduo* Constantini *Donationis privilegium Latinitate donaviſſe.* Hìc obſervo & Richardi nomen pro Ricoldo uſurpatum; & ex uno (niſi fallar) *Bartholomæo* duos factos, *Picenum* & *Picernum*; aut certè ſaltem *Piceno* attributam, quæ ad *Picernum* pertinebat, hujus Confutationis verſionem.

(a) *Menſe* Junio: *regnante* Maximiliano Auſtrio.

(b) 16. *Cal.* Feb.

(c) *Menſe* Decemb.

(a) *Te-*

*aliàs* DE TROYE *impenſis* BARTHOLOMEI TROTE. (a) 4.to . . . Lugdun. 1509.

Continens RASIS ordinatus & correctus per clariſſimum artium & medicinæ doctorem magiſtrum HIERONYMUM SURIANUM; nunc in *Camaldulenſi* Ordine Deo dicatus: *ultimò impreſſus per* BERNARDINUM BENALIUM. (b) fol. . . . . Venet. 1509.

Aſtronomiæ PTOLOMÆI liber diverſarum rerum, quas ſcripſit ad HERISTHONEM filium ſuum: *in ædibus* PETRI LIECHTENSTEIN. (c) 4.to . . . . Venet. 1509.

Hortulus animæ: *per* JOHANNEM KNOBLOUCH. 12.° . . finitum Argentinæ. 1509.

BAPTISTÆ FULGOSI de dictis factíſque memorabilibus collectanea à CAMILLO GILINO Latina facta: JACOBUS FERRARIUS *impreſſit*. (d) fol. . . Mediolani. 1509.

Croniques des Royaulmes d'*Auſtraſie*, par SYMPHORIEN CHAMPIER: *in Officinâ* DE PORTUNARIIS DE TRIDINO. fol. Lugdun. 1509.

Coſmographia PII Papæ in *Aſiæ* & *Europæ* eleganti Deſcriptione: *impreſſa per* HENRICUM STEPHANUM *Impreſſorem diligentiſſ. è regione ſcholæ Decretorum ſumptibus ejuſdem* HENRICI & JOANNIS HONGÕTI (e) 4.to . . . . Pariſ. 1509.

Rhapſodiæ Hiſtoriarum Enneadum MARCI ANTONII COCCII SABELLICI ab

orbe

(a) *Tertio Cal.* Nov.
(b) v. *Cal.* April.
(c) *Tertio* Aprilis.
(d) X. KL. Julias. *Regnante* LUDOVICO XII. Gallorum *Rege*, *quo tempore acciſis* Venetorum *rebus*, *quod* Adduâ, Pado, Mincio, Benacóque *atque* Alpibus *continetur*, *ab eis de Vicecomitum* Sfortianorúm*que Principum manu dolo magìs quàm virtute extortum*, *ipſe uno magnóque prælio* Mediolanenſi *Ducatui reſtituit*: *qui huic impreſſioni privilegium in decennium conceſſit*.
(e) VI. *Idus* Octobris. Hanc Editionem curavit *Godofredus* TORINUS, cujus ſuprà mentionem feci.

(a) *Pri-*

orbe condito ; pars prima complectens quinque Enneades, [ *falſò , nam complectitur tantùm quatuor* ] ſecunda tres, tertia quatuor; usque ad annum 1504. ; præmiſſis earundem repertoriis auctis & recognitis ab Ascensio cum authoris Epitomis : *Vænundantur in* Parrhiſiorum *Academiâ ab* Johanne Parvo *& ipſo , qui impreſſit*, Ascensio. (a) fol. . Pariſ. 1509.

Procopii de Bello *Perſico* Libri quatuor Latinè per Raphaelem Volaterranum converſi: *per* Eucharium Silber *aliàs* Franck. (b) fol. . . Rom. 1509.

Sallust. *in ædib.* Aldi *&* And. *Soceri.* (c) 8.° . . . Venet. 1509.

Sueton: *impenſis* Egidii Gourmont, Dionysii Roce , *&* Ponseti le Preux. (d) 8.° . . . Pariſ. 1509.

Plutarchi Moralia Græcè : *in ædibus* Aldi *&* Andreæ Asulani *ſoceri.* (e) fol. . . . . Venet. . 1509.

Cicer.

(a) *Pridie Natalis Dominici.*

(b) Hanc Editionem *Jacobi* Mazochii ſumptibus procuratam patet ex Privilegio Pontificio , quod ad calcem legitur. Julius II. *Pont. Max. edicto vetuit , nequis hunc Librum imprimat , néve imprimi permittat. Si quis contrà ad* xxv. *an. fecerit , anathema ſit: noxámque* Jacobo Mazochio *Bibliopolæ pendat. Impreſſum* Romæ *per magiſtrum* Eucharium Silber *aliàs* Franck. *Caſtigatum per* Andream Nucium *Or. Hu. Ro Academiæ Capellanum. Sedente* Julio II. *Pont. Max. Anno ejus ſexto. de Repub. litterariâ opt. merito. Anno Salutis* M.D.IX. *Nonis* Martiis.

(c) *Menſe* Aprili. Cum *Aldii Pii* Man. epiſtolâ ad *Bartholomæum* Livianum *Venetarum* copiarum gubernatorem.

(d) *Venundatur* Pariſius *in vico divi* Jacobi *ſub Interſignio poti ſtanni juxta ſanctum* Yvonem. *Impreſſum Opus* Parrhiſius *è regione Collegii* Italorum *impenſis graviſſimorum virorum* Egidii Gourmont , Dionyſii Roce , *&* Ponſeti le Preux : *Anno Domini milleſimo quingenteſimo nono.* Hæc Editio correcta eſt per *Guidonem* Moriletum , qui in Epiſtolâ ad *Franciscum* de Campogirauldo Legum Doctorem queritur *ſeu temporum iniquitate ſeu Chalcographorum imperitiâ* Suetonio *malè ceſſiſſe. Tantis enim mendis imo monstris monſtrabilibus ſcatebat , ut tam arduum non molitus eſſet negocium , niſi in vetus & ob id emendatum incidiſſet Exemplar , quod ab antiquâ S.* Victoris *Bibliothecâ extraxit authore* Jacobo de Curiâ Campano *viro litteratiſſimo. Diſperſit pro Juvenum facilitate quasdam in marginibus annotatiunculas ; &* Angeli Politiani *Præfationem præmiſit.*

(e) *Menſe* Martio. Cum Aldi Pii M. R. ad *Jacobum* Antiquarium *Pe-*

ru-

Cicer. de Fato, cum explanat. Georgii Vallæ: *ad vicum citharæ in ædibus* Joannis Confluentini (a) 4.to Pariſ. 1509.

Cicer. Tusculan. Quæſt. cum Comment. Phil. Beroaldi: *impreſſ. in* Bellovisu *pro* Joanne Petit *commorante in vico divi* Jacobi *ad Interſignium Leonis argentei.* (b) 4.to . . . Pariſ. 1509.

Cicer. Offic. Amicit. Seneƈt. Paradox. cum notis Badii, Maturantii &c. *Venundantur apud* Poncetum le Preux; *honeſti* Antonii Bonnemere *quàm maximâ induſtriâ, ſumptu liberaliſſimi* Ponceti le Preux. (c) fol. . . Pariſ. 1509.

In Apthonii Progymnasmata Comment. Anonymi. Syriani, Sopatri, Marcellini Comment. in Hermogen. Rhetoric. Græcè: *in ædibus* Aldi. (d) fol. Venet. 1509.

Quin-

*ruſinum* Epiſtolâ datâ *Venetiis menſe* Martio. M. D. IX. —— *Libuit* (inquit in fine Epiſtolæ) *hìc ſubjungere Hendecaſyllabos, quos, cùm veni ad te* Mediolanum, *luſiſti extempore præ ſummo gaudio adventûs noſtri, ut faciant & hi fidem mutuam amoris noſtri.*

Aldus *venit en*, Aldus *ecce venit*,
*Noſtrum ſinciput occipútque noſtrum,*
*Mel, ſal, lac quoque, corculúmque ſolus;*
*Graios alterâ & alterâ Latinos*
*Qui apprendendo manu reduxit omnes*
*In verum modò limitem, ſuperbos*
*Victores ſuperans Olympiorum.*
*Nunc ò nunc juvenes, ubique in orbe*
*Flores ſpargite; vere namque primo*
Aldus *venit en*, Aldus *ecce venit.*

(a) *Prid. Id.* Sept. *ex ædibus* Aſcenſianis, *impenſis* Joannis Confluentini.

(b) *Anno Domini* M. CCCCC. IX. *menſis* Januarii. Fini imprimitur duarum muſicarum notarum (*ſol, la,*) inſigne; & lemma, *Fides ſola ſufficit*; cum litteris I. M. quibus innuitur nomen Joannis Marchand (an Guidonis, de quo Vol. I. *Annal. Typograph.* p. 189. fuerit filius fratérve, neſcio) qui impreſſit pro Joanne Parvo *Regulam mandatorum per* Joan. Gerson. *Cancellar. Pariſ.* ann. 1505. & pro Oliverio Senant, Nonium Marcellum in fol. 1511. (Lege Caille, p. 78.) Siquis contendat hanc Editionem ad annum 1500. referri oportere, & numero IX. deſignari menſis diem, neutiquam refragabor; quamvìs maluerim ſub anno 1509. collocare, ut magìs accedat ad tempus imprimendi *Joanni* Marchand apud *Jo. de la* Caille aſſignatum. Præterea hæc locutio [*anno menſis*] in typographicis ſubſcriptionibus non eſt infrequens, licèt alia Syntaxis [ſcil. *anni menſe*] magìs propria videatur.

(c) *Ad* 10. *Calendas* Martias. Cum *Jod.* Badii Epiſtolâ *ad* Poncetum le Preux *Bibliopolam optimum, litterarum amantiſſimum, & inter amicos honeſto loco habendum.*

(d) *Menſe* Maio.

(a) 21.

QUINTILIANI Declamationes 136. *pro* JOHANNE PETIT *fideliſſimo Impreſſore in* Bellooviſu. (a) 4.to . . Pariſ. 1509.

MARCI ANTONII SABELLICI duodecim Orationes: *per* NICOLAUM DE PRATIS *apud* EGIDIUM GOURMONT. (b) 4.to . . . . . . . Pariſ. 1509.

Orationes & Actiones maximorum aliquot noſtri temporis ingeniorum in *Galliâ*, prout à ſingulis habitæ fuerunt: *apud* ÆGIDIUM ROBINOT. (c) . . . . . Pariſ. 1509.

CALLIMACHI *Cyrenæi* Hymni à JACOBO CRUCIO *Bononienſi* Latinitate metricâ donati, cum ejusdem notis: *impreſſ. per* BENEDICTUM HECTORIS. 4.to . Bonon. 1509.

OVID. de Art. & Remed. amandi cum Comment. BARTHOLOM. MERULÆ: *per* JOANNEM TACUINUM DE TRIDINO. (d) fol. . . . . Venet. 1509.

Elegidia JOANNIS BAPTISTÆ PII *Bononienſis* libri quinque: *impreſſa per* JO. ANTONIUM DE BENEDICTIS *civem* Bononienſem. (e) 4.to . . Bonon. 1539.

MARULLI Epigrammata & Hymni: *in ædibus* MATTHIÆ SCHURERII *Artium Doctoris.* (f) 4.to . . . Argent. 1509.

MANTUANI Carmen de Fortunâ: *per* JO.

AN-

(a) 21. *Feb.*

(b) *Præclariſſimum hoc Orationum opus non ſegni accuratione à mendis terſum impreſſit diligens ac peritus Calcographus* NICOLAUS DE PRATIS *in inclyto* Parrhiſiorum *Gymnaſio, quod venale repperies apud* Egidium GORMONTIUM *è regione Collegii* Cameracenſis *commorantem, anno à natali Criſtiano* M. *quingenteſimo nono, ſeptimo Kalandas* Junias.

Nota, Lector, quàm non paucis mendis ſcateat hæc brevis ſubſcriptio.

(e) *Catalog. Biblioth. Lugd. Bat.* ann. 1640. pag. 139.

(d) XIX. *Septemb.*

(e) *Die* XX. Decembris. *Sedente* JULIO Ligure quercenti II. *Pont. Max.*

(f) Julio *menſe.*

ANTONIUM PLATONIDEM DE BENEDICTIS. 4.to . . . . Bonon. 1509.

ERASMI Lucubratiunculæ aliquot; Enchirid. Milit. Chriſtiani, cum Odis ſacris nonnullis: *operâ* THEODERICI MARTINI. (a) 4.to . . . Hantwerp. 1509.

AUL. GELL. *per* JOANNEM DE TRIDINO *aliàs* TACUINUM. fol. . . Venet. 1509.

P. GREGORII TIPHERNI Poetæ Opuſcula; FRANCISCI OCTAVII Elegiæ & Epiſtolæ amorum; SULPITIÆ Carmina LXX. nuper GEORG. MERULÆ operâ in lucem edita; CORNEL. GALLI Elegiarum fragmenta; POMPONII GAURICI Elegiac. *ex Officinâ* Schurerianâ. (b) 4.to Argentorati. 1509.

The Ship of Fooles translated out of Laten, French & Doche into Englyſh by ALEXANDER BARCLAY Preſte: *Imprinted in Fletſtreet the ſigne of S.* GEORGE *by* RICHARD PYNSON *Printer to the Kyng's moſt noble grace, to his coſt & charge.* (c) fol. . in London. 1509.

Erotemata CHRYSOLORÆ cum Vitâ ejusdem per PONTICUM VIRUNIUM: *apud JOANNEM MAZOCHUM.* (d) 8°. Ferrariæ. 1509.

PRIS-

(a) *Menſis* Novembris VI.

(b) *Menſe* Julio. Cum ſcuto & hôc lemmate, ἐρεύνα σαυτὸν πλεῖον ἢ τὰ τῶν πέλας.

(c) XIIII. *of December.*

(d) „ L'Exemplaire, qui ſe trouve à „ la Bibliotheque *Mazarine*, eſt peut-être „ le ſeul qui ſoit à Paris. " *Lege* MENAGIAN. *Vol.* III. p. 38. Hujus Editionis meminit *Henricus* STEPHANUS in ſuo Dialogo *de bene inſtituendis Græcæ Linguæ ſtudiis.* p. 110. COR. *Titulum habet Editio quædam* Ferrarienſis *in frontiſpicio*, Erotemata GUARINI cum multis additamentis, & cum Commentariis Latinis. *Sed quamvis ibi ſit* GUARINI *nomen*, *nihilominus alius eſt titulus præfixus ipſius tractationis* Erotematum *principio*, *in quo non jam* GUARINO *ſed* CHRYSOLORÆ *tribuuntur. Ibi enim legitur*, Ἐρωτήματα τοῦ Χρυσολωρᾶ. *Eſt autem interjecta inter hunc titulum & illum tantummodo Epiſtola.* PH. *Qui fieri poteſt, ut vera ſit utraque Epigraphe? Nônne eſt is* CHRYSOLORAS, *cujus* Erotemata ALDUS *excudit; & quem in præfixâ* * *Epiſtolâ teſtatur primum juniorum* repor-

* Vide Edition. ALDI 1512. 8. Hanc Epiſtolam rurſus impreſſit *Federicus* TURRISANUS ALDI Sororius in ſuâ CHRYSOLORÆ &c. Editione 1549. 8.

Priscian. cum expoſitione Joannis de Aingre & Daniel. Caietani: *impreſſ. per* Philippum Pincium Mantuanum. (a) fol. . . . Venet. 1509.

Cantalytii Canones breviſſimi Grammatices & Metrices: *impreſſ. in campo Floræ per magiſtrum* Eucharium Silber *dictus* [repone *dictum*] Franck. (b) 4.to . Romæ. 1509.

Pro-

*reportâſſe in* Italiam *litteras Græcas*; *eásque* Florentiæ *multos annos profeſſum fuiſſe?* *Quin etiam de his* Erotematibus *ſcribit eſſe rudimenta Grammatices & doctè & breviter compoſita: quæ imprimenda curaverit hortatu* Marci Musuri Cretenſis, *tunc litteras Græcas* Venetiis *publicè profitentis.* COR. *Ille ipſe eſt* Chrysoloras: *ſed didici ex quodam* Pontico Virunio *in Vitâ ipſius* Chrysoloræ, *eum* Erotemata *ſcripſiſſe, ſed majuſcula, per terminationes; poſtea autem* Guarinum *reduxiſſe in minuſculam brevitatem,* Francisci *cujuſdam adoleſcentis gratiâ, quem erudiebat. Hinc* Compendiolum *ex* Chrysolorâ *vocat in Præfatione ad quendam* Antonium. *Quin etiam alibi* Guarinum Chrysoloræ breviatorem *appellat. Narratiunculam de illius* Guarini *caſu ex eodem* Virunio *addam.* [Guarinus Veronâ *oriundus, concivis* Catulli, *ex nobili familiâ* Guarinâ *ortus, ætate jam grandiore, à nobili* Veneto Byzantium *conductus, cœpit ibi* Chrysoloram *Græcè per quinquennium audire. Reverſurus in* Italiam *capſas duas Librorum, quorum exempla non erant, in duabus navibus locavit. Cum alterâ venit: ſed demerſam alteram, perditis tantis theſauris librorum, audiens, nocte unâ canus totus factus eſt præ dolore intolerabili.*] *Audi & de* Manuelis *ſive potiùs* Emanuelis Chrysoloræ *vitâ paucula.* Manuelem Chrysoloram, *Philoſophum, patriâ* Byzantium *fuiſſe ſcribit, Conſiliarium* Constantini *Imperatoris* Conſtantinopolis *habitum: ſed captâ Urbe à* Turcis *anno* 1453. *veniſſe in* Italiam *profugum:* Guarinique *uſum adminiculo, quem* Conſtantinopoli *erudierat,* Florentiam *ſe contuliſſe; litteras Græcas profiteri deliberantem.* Paulus Jovius *eum primum Græcas litteras, variis barbarorum irruptionibus expulſas, poſt ſeptingentos annos in* Italiam *reportâſſe ſcribit: &* Byzantio *emiſſum ab* Joanne *Imperatore, ut totius* Europæ *Reges adeundo pereunti* Græciæ *maturam opem imploraret; officium quidem laborioſâ peregrinatione ita impleviſſe, ut in* Italiâ *ſubſiſteret,* Græciâ *ſcilicet præſenti metu liberatâ, quum* Tamerlanes Bajazetem Othomannum *vivum cepiſſet.* Chrysoloram Venetiis *primùm, & mox* Florentiæ, Romæ*que ac demum* Ticini, *evocante ingentibus præmiis* Joanne Galeacio *Principe, Græcarum litterarum ſtudium excitâſſe tantâ felicitate, ut ex ejus ſcholâ ſummæ laudis ingenia prodierint: in quibus fuere* Leonardus Aretinus, Franciſcus Barbarus, Philelphus, Guarinus & Pogius.

(a) *Die* XVI. Septembris. Leonardo Lauredano Venetiarum *Duce ſereniſſimo imperante.*

(b) *Die* XV. *menſis* Martii. *ſedente* Julio II. *Pontifice Maximo. Pontificatûs ſui anno ſexto.* Huic Editioni præfiguntur Carmina, quibus Cantalytium laudaverunt Lælius *Viterbienſis* Poeta, & Petrus Antonius *Populonius*, & Antonius Faber *Amiterminus*; ac Auguſtinus Almadianus *Viterbienſis*, Pyrrhus Jacobinus, Joannes Paulus, & Jacobus Cantalycus, ipſius Cantalycii diſcipuli; & Joannes Baptiſta *Connexanus*, ex cujus verſibus conſtat hanc Editionem primam non fuiſſe.

„ Mi-

PROBI Inſtituta artium & Catholica : CORNEL. FRONTON. de nominum & verborum Differentiis; PHOCÆ Libellus de aspiratione : *per* HENRICUM & JOANNEM MARIAM *ejus* F. *Librarios.* (a) fol. Veicetiæ. 1509.

Inſti-

„ Miraris forſan , Lector placidiſſime ,
„ vatem
„ *Cantalycum* Latio notum noſtrúmque
„ magiſtrum ,
„ Ediderit rurſus cur hoc Opus : ecce fa-
„ tebor;
„ Sed breviter , quæ cauſa fuit , tamen
„ ipſe docebo.
„ Bibliopola ſolet pervertere ſæpe fi-
„ guras ,
„ Poſtquam cum *Cerere* & *Baccho* ſua
„ prœlia fecit.
„ O quot tunc veniunt errores ! Somnia
„ quótque
„ Dicant Lectores , ſic cùm legere Poë-
„ tas !
„ *Cantalycus* nitidus, terſúsque & nobilis
„ ergo
„ Hanc operi ſtatuit meliorem reddere
„ formam.
„ Hoc igitur mercare , puer, ſi gramma-
„ ta nôſſe
„ Affectas : aperit , quod mille volumina
„ narrant.

Idem conſtat ex ipſius CANTALYTII ad AUGUSTINUM ALMADIANUM Epiſtolâ. *Avaritia fecit , mi* ALMADIANE, *quòd Grammatices canones , quos jampridem condideram , ab Impreſſoribus hujus noſtri temporis mendosè imprimerentur. Nam cum ego Opusculum illis ſæpius denegâſſem , idque ſcholaſtici pueri inſtantiſſimè imprimendum efflagitarent ; ex Impreſſoribus quidam* Fulginiæ *à puero neſcio quo exemplar illius clanculum mercatus eſt : curavitque ſinè morâ* Florentiæ *absque aliquâ libelli recognitione imprimendum. Quod ego non potui non moleſtiſſimè ferre : non enim mendoſa impresſio exire poteſt ſinè Auctoris infamiâ. Sic tamen non mediocre in tam parvo Libello lucrum fecit* Florentinus *ille mihi amiciſſimus Bibliopola. Sed cùm ego vigilias meas tam mendosè in manibus puerorum eſſe perſpicerem; viſum eſt illis emendatione ſuccurrere, & nomen ab iniquo malignorum judicio redimere diligentiùs. Deſcriptum itaque exemplar idem manu propriâ* Venetiis *aliis Impreſſoribus tradidi limatiùs imprimendum : additis quoque metricis breviſſimis regulis , quas tu tantopere & præ cæteris comprobâſti: tibique Opusculum dedicatur , qui meorum ſtudiorum judex & patronus es ſtudioſiſſimus. Vale.* Ex hâc Epiſtolâ disco huic Editioni *Romanæ* binas præiviſſe ; alteram priorem *Florentinam* & mendoſam , clam Authore , ſolos Grammatices canones complectentem ; alteram poſteriorem *Venetam* ab Authore recognitam & metricis regulis auctam , quæ quo tempore prodierit , dubitare non licuiſſet , ſi Author Epiſtolæ annum , quo data eſt, ſubſcripſiſſet.

(a) XII. *Februarii.* Hos Grammaticos Tractatus nunc primùm editos *Janus* PARRHASIUS Senatui *Veicetino* dedicavit: ex cujus Epiſtolâ libuit excerpere , quæ ſequuntur. *Quanta apud antiquos* VALERII PROBI *fuerit authoritas* A. GELLIUS *in* Noctibus Atticis, ÆLIÚ*sque* DONATUS *indicat &* SERVIUS HONORATUS , *ac* (*ſiquid inter hos habet loci*) PRISCIANUS; *qui teſtimoniis ejus ut oraculis utuntur. Is inter alia monimenta frugiferi ſui laboris* Inſtituta artium *reliquit* & Catholica , *quæ rationem totius emendati ſermonis amplectuntur. Ea ſexcentis & ampliùs annis in altiſſimo pulvere jacuerunt incognita; donec à ſitu* GEORGIUS *primùm* MERULA *vindicavit in uſum tantummodo ſuum. Mox eo defuncto, quidam proprii juris exemplaria fecerant : indignúmque videbatur ambitioni paucorum ſervire , quæ Latinæ Linguæ diligentiſſimus indagator in hominum lucubrârat utilitatem. Quare nos iisdem , quibus antè* MERULA , *veſtigiis ad interceptæ prædæ cubile deducti Libros ætate jam putres exſcripſimus: incredibile quanto labore propter obſoletas*

*ve-*

Inſtitutiones Latinæ Grammaticæ JOANNIS BRASSICANI *Tubingenſis* pædotribæ ſtudioſiùs denuo exaratæ : *denuo tranſcriptus eſt hic Codex operâ* JOANNIS PRUS *Chalcographi* Argentini *in Officinâ ZUM THIERGATEN.* (a) 4.to . . . . Argent. 1509.

AM-

*veterum litterarum notas , & jam temporis injuriâ vaneſcentium. Sed , ne quod in aliis accuſamus imitari videar , hæc edere conſtitui ,* PROBI *Manibus ingratum fore non ratus, ſi (cui ſcripta ſunt) ingenua ſtudioſáque Juventus indè proficiat , inprimiſque veſtra ; quam mihi (qui maximus honor eſt) inſtituendam tradidiſtis annuis ex ærario ducentis ; quanti (præter me) nemini.* &c. *Philoſophiæ , Medicinæ , Eloquentiæ'que & Grammaticæ Profeſſores à vobis ad hanc diem conducti, vel in patriam neglecto reditu apud vos in ſummis rerum omnium commodis ocióque tranquilliſſimo conſenuerunt , vel exacto docendi munere domum graviſſimis ornati decretis & donis aucti redierunt. In iis ut nomen ponatur etiam meum , pro virili parte contendam.* &c. *Hæc opera* PROBI *veſtro nomine publicavi , paulò pòſt emiſſurus & alia vigiliarúmque noſtrarum maturos fructus , ſi vobis hæc intellexero placuiſſe.* Veicetiæ. VIII. *Eid.* Febr. Idem PARRHASIUS *Cornelii* FRONTONIS & PHOCÆ Opusculis præmiſit Epiſtolam ad LUDOVICUM MICHAELEM patritium *Venetum : Cùm tuo nomine futurus eſſes mihi valde charus , ut animi corporiſque dotibus adoleſcens ornatiſſimus, ac frater uxoris Equ. & Poëtæ Comitiſque clariſſimi* Hieronymi NOGAROLÆ ; *acceſſit etiam commendatio avunculorum tuorum* Franciſci DONATI *Prætoris ejus Civitatis , ejúſque patruelis* Hieronymi DONATI &c. *Dum mecum cogitarem , quo pacto poſſes evadere dignus eorum neceſſitudine , inprimiſque* Petro *parente tuo optimo Senatore ; venit in m.ntem* COR. FRONTONIS *Opuſculum de nominum verborúmque differentiis ad te mittere ,* PHOCÆ'*que breviſſimam ſed auream de ſtatili notâ præceptionem : quæ cum* PROBI *Commentariis è poſtliminio mortis in lucem revocavimus.* &c *Adhibebis ad hæc* Aloyſium DONATUM Franciſci *F. hilaris & amœni ingenii puerum. Nam paulò pòſt ipſe te ſuo munuſculo, quod adhuc apud me ſub incude eſt , impartiet. Vale , & nos ama.* Veicetiæ. VIII. *Eid.* Febr. Horum Operum Editionem recognovit *Antonius* LUSCUS junior *Veicetinus* ; qui erratorum Indici in calce addito ſic præfatur ad Lectorem. *Cùm mihi* PARRHASIUS *injunxiſſet officium recognoſcendi , quas Impreſſorum negligentia mendas effudit Operibus ; offendi quædam , quæ tumultuarium lectorem remorari potuiſſent. Ea ſubjicienda curavimus. Ipſe tibi ſinè criminis notâ tuum Codicem caſtigato: quando nemo tam Lynceus inventus unquam ſit , quin ejus acumen aliqua non effugerint : útque faciliùs hoc impetremus , adjecimus Indicem rerum cognitu dignarum. Vale.*

(a) XIIII. *Kal.* Januarii. *Hæc notula* ☞ *huic libello inſerta te in Vocabularium* Joannis ALTENSTAIG Mindelheimenſis *ſuper Grammaticis voculis editum dirigit.* Hanc Grammaticam BRASSICANI decaſticho ornavit BEBELIUS ipſius magiſter, quem inter alios in ſuâ peroratione laudat BRASSICANUS ——— *ſuper eâdem re* (inquit, nempe *ratione ſyllabarum temporali*) POMPILIUS *pulcherrimè ſcripſit. Item* PEROTTUS *venerandus ille Muſarum antiſtes* : SULPITIUS : NESTOR : OMNIBONUS : GAGUINUS: JACOBUS Gaudenſis : &, *ut* Germanos *ſimul commemorem*, Jacobus WIMPHELINGUS: Petrus SCHOTTUS: *Autores minimè pœnitendi eam rem ſcitiſſimè commenti ſunt. Prætereo multos , quos recenſere non minùs difficile quàm longum eſſet. At cùm omnium Codices vel inopiâ æris vel Codicum penuriâ tibi comparare nequeas, quò ſingulos Codices aſſequaris , facillimè conſuluero :* unum

AMBROS. CALEPIN. Dictionar. *in Officinâ* PETRI LIECHTENSTEIN. (a) fol. Venet. 1ſ09.

Arcadia del SANNAZARO : *ſtampata per PETRO MARTYRE MANTEGATIO dicto* CASSANO *a iſtantia de* JO. JACOBO *& fratelli* DA LEGNANO. (b) 4.to . Milan. 1ſ09.

JOANNIS PETRI VALERIANI Præludia quædam : *ex ædibus* JO. TACUINI *edita.* (c) 4.to . . . . . 1ſ09.

Apocalypſis Latinè. (d) 21.° . . . Pariſ. 1ſ10.

Pſalmi *Suecicè*, ex Verſione JACOBI ULPHONIS. (e) 4.to . . . . . 1ſ10.

RICARDI quondam devoti Cœnobitæ ſancti VICTORIS juxta muros *Pariſienſes* de Trinitate Opus Theologicum cum Commentario per JACOBUM FABRUM editum : *ex Officinâ* HENRICI STEPHANI. (f) 4.to Pariſ. 1ſ10.

Fratris HIERONYMI SAVONAROLÆ de *Ferrariâ* Ordinis Prædicatorum Expoſitio Orationis Dominicæ & Sermo in vigiliâ Nativitatis : *in ædibus magiſtri* BERTHOLDI REMBOLT & JODOCI BADII ASCENSII. (g) 12.° . . . Pariſ. 1ſ10.

MARSILII FICINI *Florentini* de Religione Chriſtianâ , & fidei pietate Opusculum ; XENOCRATES de morte, eodem interprete: *impreſſ. in Sole aureo vici divi* JACOBI *expenſis magiſtri* BERTHOLDI REMBOLT & *JOAN-*

*NIS*

*num eme* BEBELII *libellum ſuper hâc re affatim differentem, & omnes te illorum Codices nactum eſſe putato, quotquot illam artem ediderint. Ob eam rem boni conſulas, lector candidiſſime, dum te ad* BEBELII *præceptoris mei omnium doctiſſimi libellum relego* &c.

(a) GESNER, Biblioth. *Prima, quam videre contigit, editio.*

(b) *A di* XVII. *de* Fevre.

(c) *Declinante* Sextili.

(d, e) LONG, *Biblioth. Sacr.*

(f) *Menſis* Julii *die* XIX. Editionem recognovit aut potiùs collationem curavit *Michael* HUMELBERGIUS utì ex ipſius octaſticho Epigrammate ad *Beatum* RHENANUM in Libri calce conſtat.

(g) *Die* XX. Novembris.

(a) XXX.

*NIS WATERLOES.* (a) 4.to . Pariſ. 1510.

Hieronymi de Vallibus *Patavini* Jeſuis : *in ædibus* Aſcenſianis. (b) 4.to Pariſ. 1510.

Statuta & Privilegia Ord. Cartuſienſis : *per* Joannem Amerbach. (c) fol. Baſil. 1510.

Alcimi Aviti *Viennenſis* Epiſcopi Poetæ Chriſtianiſſimi libri ſex : *ex ædibus* Aſcenſianis. (d) 8.° . . . . Pariſ. 1510.

Joannis Regis Parthenandria prima, quæ Joan. Baptistæ vitam laudéſque continet : *in ædibus* Aſcenſianis. (e) 8.° Pariſ. 1510.

Rationarium Evangeliſtarum : *apud THO. BADENSEM ANSHELM.* 4.to . . . 1510.

Pauli Æginetæ Præcepta ſalubria Guilielmo Copo *Baſileienſi* interprete : *ex Officinâ librariâ* Henrici Stephani. (f) 4.to . . . . Pariſ. 1510.

Libri

(a) xxx. *menſis* Octobris. Huic Editioni præficitur recuſa *Johannis Adelphi* Mulingi (qui ſe Ficini diſcipulum agnoſcit) Epiſtola ad Theologiæ Profeſſores *Johannem* Geyler *de Keyſersberg* & *Jacobum* Winfelingium *Argentinæ* commorantes Id. *Octob.* ann. M.D.VII. ex *Argentorato* data.

(b) *Ad Idus* Martias.

(c) Caille, p. 32.

(d) *Ad* III. *Idus* Maias.

(e) *Ad.* XIIII. *Calendas* Julias.

(f) *Quarta* Aprilis. In hujus Libri initio habemus Copi ad *Germanum de* Canay *Cadurcenſem* Epiſcopum Præfationem, ex quâ huc nonnulla tranſcripſi. *Medicinam non infimam Philoſophiæ partem, fœlici illo ſæculo, quum florerent bonæ litteræ, ſummopere cultam, neſcio quo pacto, humanarum litterarum ſtudioſi negligunt* &c. *Niſi ſi id eſt, quòd adeò barbarorum fecibus obliterata eſt, ut nemo cultioris litteraturæ ſtudioſus vel minimo, ut inquiunt, digito eam attingere dignetur. Quâ de re paucos hodie videas magni nominis viros, qui ad ultimam usque ſenectam perveniant. Sanè noſtro ævo* Picus Mirandula *rerum naturæ miraculum, atque* Angelus Politianus, *qui unus à* Gothorum *injuriâ Linguam Latinam vindicare potuiſſet, ideo per ætatis vigorem immaturâ morte nobis ſublati ſunt, quòd non juſtam medicinæ in ſuis lucubrationibus rationem habuerunt.* &c. *Hujus nominis* Pythagoras, Empedocles, Democritus, Diocles Caristius, Praxagoras, Chrysippus, Plato, Dionysius Heracleotes, Xenocrates Platonicus, Carneades, Cleanthes, Xenophanes Colophonius, *ſummi Philoſophi in ultimâ ſenectute mortem obierunt.* Aristoteles *verò ipſe, quum alioquin naturali ſtomachi infirmitati crebríſque morbidi corporis offenſionibus obnoxius eſſet, ob animi tamen magnitudinem, quam ex medicinæ ſcientiâ conceperat, contra opinionem hominum, ad ſexageſimum usque pervenit annum. Id verò noſtro ævo ob hanc maximè cauſam contingere ſolet nemini,*

Libri Logicorum ARISTOTELIS, BOETIO SEVERINO interprete ; & Paraphraſes in eosdem cum adjectis annotationibus, ordinatore JACOBO FABRO *Stapulenſi*; ex ſecundâ recognitione: *in Officinâ* HENRICI STEPHANI. (a) fol. . . . . Pariſ. 1510.

De-

*mini, quòd ſummorum Medicorum monumenta*, HIPPOCRATIS *inquam*, GALENI, RUFI, ORIBASII, PAULI, ALEXANDRI, *pulveribus obſita jacent negligunturque: ac barbariſſimi quique vel temporum injuriâ vel circulatorum avaritiâ inducti, illorum loco habentur in precio. Ergo quum magna jam antiquorum optimorúmque Voluminum, tum Oratorum & Poëtarum, tum Philoſophorum, copia* ALDI MANUTII *viri undecunque doctiſſimi induſtriâ nobis reſtituta ſit, laborandum eſſe duxi, ut Medicinæ quoque Auctores ad priſtinæ dignitatis lucem reſurgant. Igitur Græcarum litterarum prima rudimenta, quæ jampridem in* Germaniâ *ſub* MITHRIDATE *&* Conrado CELTE *deguſtaveram, ſub utriusque Linguæ doctiſſimis præceptoribus* Joanne LASCARI *atque* ERASMO Roterodamo *in* Pariſiorum *Academiâ excolere tentavi. Sed ob eorum præcipitem in* Italiam *abitum operam ferè luſiſſem, niſi mox* Hieronymum ALEANDRUM, *Græcæ & Latinæ & Hebraïcæ, adde etiam Chaldaïcæ, doctiſſimum, perpetuum annum Poëtas & Oratores (absque enim horum diligenti lectione nullus facilè Græcas litteras discere poſſe ſperet) Græcè legentem audiviſſem. Cujus præceptis formatus, ut ſtudiorum meorum frugem aliquam reponerem*, Theodorum GAZAM *atque* Nicolaum LEONICENUM, *quanquam longo admodum intervallo, imitari, ac veteres eósque eruditiſſimos Græcos Medicos pro virili reſtituere niſus ſum. Atque in primis* Paulum ÆGINETAM &c. *Ex* Pariſiorum Lutetiâ *decimo quarto Kalendas* Aprilis *anno* 1510. Ad hujus Libri calcem figura imprimitur lignea, exhibens nubes, unde decidunt PLVVIA, NIX, GRANDO, ſubjectâ arbore, ex quâ tres emergunt rami; quorum in primo apparet FOLIVM, in ſecundo FLOS, in tertio FRVCTVS. Hanc Editionem biennio pòſt recudit *Henricus* STEPHANUS. Emiſſio utraque per omnia omnino eadem videtur, niſi quòd in paginis quibusdam (e. g. in 7. & 8.) non idem conſtet linearum numerus; Majusculæ litteræ non eodem ſemper ſint modo formatæ aut decoratæ (e. g. in Præfat. Cap. 2. 3. 5. &c.); Titulus Præfationis & Capitis primi rubro in emiſſione primâ, atro colore in ſecundâ exhibeatur; figura arboris ad ſecundæ calcem non addatur; denique errata typographica, quorum recognitionem fini illa adjecit, in hujus textu emendata ſint.

(a) *Quartâ Aprilis.* Cum hôc ad calcem adagio, *Fortuna opes auferre, non animum poteſt.* In ipſâ Libri fronte leguntur hæc: LIBRI LOGICORVM IN OFFICINA HENRICI. S. SECVNDA RECOGNITIONE (quæ verba quatuor in paginâ laterum extremitatem circumeunt: reliqua, quæ ſequuntur, mediam & inferiorem paginæ partem occupant) *Ad archetypos recogniti, cum novis ad litteram commentariis: ad fœlices primùm* Parhiſiorum *& communiter aliorum ſtudiorum ſucceſſus, in lucem prodeant, ferántque litteris opem. Nunc ergo, o juvenes, ex* Ariſtotelico *opere, ceu ex proprio fonte, puriſſimas haurite delibatéque aquas; peregrinas autem tanquam viles lacunas inſalubrésque* Trinacriæ *lacus devitate. Omne enim malum ſtudiis inſeminatum ferè eſt: quòd Authorum litteris dimiſſis ipſiſque Authoribus ad vana gloſſemata ſeſe totos contulere. Et eos, qui non eſſent Authores (ac ſi apes fucos ſequerentur) pro ducibus & delegerunt & ſecuti ſunt. Sed nunc meliùs ſtudiorum conſulite rebus. Si autem dialecticam artem cum modeſtiâ ſuſcipitis, conſequens eſt, ut bonæ disciplinæ redeant omnes. Bonas autem disciplinas morum probitas & vitæ decor concomitatur omnis, omnisque virtus: quod ſummopere ſtudiis & optamus & imprecamur.* Sic nonnulli ſolebant

Decem librorum moralium ARISTOTELIS tres converſiones; *impenſis ſumptibus & diligentiâ* HENRICI STEPHANI. (a) fol. in almo ſtudio . . . . Pariſiorum. 1510.

Totius Philoſophiæ Naturalis Paraphraſes & introductio in ſex primos metaphyſicos ARISTOTELIS libros, ac quatuor Dialogi, authore JACOBO STAPULENSI cum JUDOCI CLICTOVEI ipſius diſcipuli annotatiunculis: *per* HENRICUM STEPHANUM. (b) fol. in almâ Achademiâ Pariſiorum. 1510.

CAROLI BOVILLI *Samarobrini* Opuſcula: *apud* HENRICUM STEPHANUM. (c) fol. . . . Pariſ. 1510.

JACO-

bant illorum temporum * Chalcographi ingentem (quem primi omnino neglexerunt) titulorum apparatum ſuorum Librorum (ut ita dicam) veſtibulis inducere; & illa non modò typographicis inſignibus ſymbolíſque ac multiplici diverſarum figurarum & emblematum varietate, ſed ſolenni inſuper admixtâ cumulatorum verborum pompâ faſtoſiſque (quibus Lectores allicerent) præfatiunculis adimplere. Deinceps autem paulatim hâc ſermonis circuitione abſtinentes titulis ſimplicioribus aſſueverunt.

(a) *Anno ab incarnatione Domini virtutum* 1510. *Die* 10. *menſis* Decembris.

*Hæc opera hìc continentur, ad invicem hôc ordine conciliata.* Scil. *primò decem libri Ethicorum* ARISTOTELIS *ex traductione* ARGYROPILI Byzantini *cum* JACOBI Stapulenſis *Commentariis; ſecundò, magna Moralia* ARISTOTELIS *interprete* Georgio VALLÂ Placentino; *tertiò, Dialogus* ARETINI *ad* GALLEOTUM; *quartò, artificialis Introductio per modum Epitomatis in decem libros Ethicorum; quintò, decem Ethicorum* ARISTOTELIS *ex traductione* Leonardi ARETINI; *ſextò, itidem Ethicorum libri decem ex antiquâ traductione.*

(b) *Anno Chriſti piiſſimi Salvatoris entis entium ſummique boni* 1510. *viceſimâ ſecundâ* Octobris. Hìc continentur, *Introductio in libros Phyſicorum: Paraphraſis octo Phyſicorum* ARISTOTELIS: *Duo Dialogi ad Phyſicos introductorii: Paraphraſis Librorum quatuor de cœlo & mundo; duorum de generatione & corruptione; quatuor de Meteoris: introductio in libros de animâ; Paraphraſis librorum trium de animâ; librorum de ſenſu & ſenſato, de memoriâ & reminiſcentiâ, de ſomno & vigiliâ, de longitudine & brevitate vitæ: Introductio Metaphyſica; Dialogi quatuor ad metaphyſicam introductorii.*

(c) *Editum eſt univerſum hoc Volumen* Ambianis *in ædibus reverendi in Chriſto patris* Franciſci DE HALLEWIN *ejuſdem loci Pontificis: & emiſſum ex Officinâ* Henrici STEPHANI *impenſis ejuſdem &* Joannis PARVI *in chalcotypâ arte ſociorum. Anno Chriſti Salvatoris omnium* 1510. *Primo Cal.* Februarii Pariſiis. *Hôc Volumine continentur Libri de intellectu, de ſenſu, de nichilo: Ars oppoſitorum: Libri de generatione,* de

* Sic FROBENIUS in Editionibus Nov. Teſt. 1519. TERTULLIAN. 1521. *Beat.* RHENAN. in PLIN. Hiſt. 1526.

*de ſapiente , de duodecim numeris : Epiſtolæ complures : inſuper de numeris perfectis , de Mathematicis roſis , de Geometricis corporibus, & ſupplementis.*

Ex Bovilli Epiſtolis , quas ( quod neſciam an alibi impreſſæ ſint ) rariores puto Lectori unam de Tritemio Abbate ſatis mira & ſcitu non indigna continentem proponam.

Carolus Bovillus
Germano Ganaio regio Conſiliario.

*Rogâſti me crebriùs, ſpectate* Germane , *quid ipſe de* Tritemio *Abbate ſentirem : idque me frequenter pupugit , ut tibi aliquando , quæ apud eum viderim , denarrarem. Ex* Germaniâ Elvetiorum *caſu* Maguntiam *profectus ſum. Cúmque illìc audiſſem non longè eſſe* Tritemii *Cœnobium, continuò ad virum diverti. Sperabam quippe me grato philoſophi contubernio fruiturum ; quem tamen reperi magum , nullâ philoſophiæ parte inſignem.* Stenographiam *ſuam ( quod admodum paucis factitare ſolet ) michi ſtatim ipſe propoſuit lectitandam ut vellem. Hoc eſt illa , quâ de ( in Epiſtolâ ad* Arnoldum Boscium *Carmelitam* Gaudenſem ) *ait :* In manibus habeo grande opus; quod ſi unquam publicatum fuerit (quod abſit) totus mundus mirabitur. *Quattuor ſunt in eâ libri. Evolvi velitatim , nonnullorum Capitum perlegens initia. Vix horas duas librum in manibus habui ( abjeci enim eum illico ) quòd terrere cœperant me tantæ admirationes ac tam barbara atque inſolita Spirituum ( ne fortè dicam Dæmonum ) nomina. Univerſa verò hujuſmodi nomina ( quoad videre viſus ſum ) ignotæ linguæ ſunt ; aut enim Arabica, aut Hebraïca , aut Chaldaïca , aut Græca. Quod ſubdit* Tritemius *in ſuâ Epiſtolâ hôc pacto :* verba ſunt plana, lucida , ſinè omni litterarum aut vocabulorum tranſpoſitione , ita ut omnes legant & intelligant : ſecretum tamen meum , qualecunque erit , manebit ignotum. *Hactenus vera locutus ſit. Nam in totâ hujuſmodi* Stenographiâ *paſſim ſanctiſſimas ac piiſſimas preces inſerit , quæ ad amicum Epiſtolarum loco mittantur : re autem verâ lachrymæ ſunt crocodili.* &c. *Sinè adjutorio Spirituum omnia pollicetur ſe facturum.* &c. *Porrò ſi rite memini , hunc ipſum in* Stenographiâ *illâ ordinem ſervat : Inprimis Spirituum ipſorum nomina digerit. Hinc eorum adjurationes diſponit , ac ſingularum characteres ſubſcribit. Poſtremò figuras diſtinguit : è quibus pro adjurationibus ſingulis apta Spirituum nomina , quotiens neceſſitas ingruerit , depromere atque elicere liceat. Partitur Spiritus ipſos in quatuor : Imperatores totius Orbis duodecim ( quotquot & venti ) , quatuor ex his præcipuos , Orientis , Meridiei , Occidentis & Septentrionis , quos magnos appellat : Duces trigenos aut quadragenos ſub quolibet imperatore : Comites ſub Ducibus ſingulis majore numero : Servos ſub Comitibus innumeros. Cùm vult diſtanti amico ſua adaperire conſilia , ſcribit Epiſtolæ loco Orationem quandam miræ ſanctitatis & devotionis ſuco affectatam : eámque charactere cujuſpiam duodecim Imperatorum imprimit ; & ad amicum , qui ſuam noverit artem , mittit. Exceptam aperit amicus ; & in calce characterem Imperatoris attendit. Si eſt Orientis Princeps , verſus ad Orientem litteras in eam cœli plagam patentes expandit : requiritque confeſtim ex ſuis libris , quibus adjurationibus Princeps ille cogatur , ut ſuorum quempiam ſubditorum ad ſe mittat. Elicit autem adjurationes duas . ac primam quidem ſuper patentes adhuc litteras ſpectánſque in auroram profert. Quâ rite prolatâ mittit illico Imperator ille quendam ſuorum aut Ducum aut Comitum aut Servorum : qui protinus advolans fit viſibilis , velut nebula aut caligo in aëre pendula. Ubi deinde ſecundæ conjurationis verba explevit , Spiritus ille propiùs accedit , cominúſque ad ejus aures expetita amici ſecreta nunciat. Sunt autem ( quod ſentiam ) adjurationes ipſæ haud continua & intexta oratio ; ſed aggregatio quædam nominum ipſorum Spirituum , ad varium quendam magiæ artis ordinatorum. Memini item me in ipſius opere ita legiſſe : Hi autem Spiritus pernicioſiſſimi ſunt & nequam. Odio quammaximè habent lucem. Tenebras diligunt. Forti adjuratione opus eſt , ut ad neceſſaria noſtra cogantur. Quòd ſi in his adjurandis territus pauxillum trepidaveris , aut in explendâ adjuratione ( ſive vocabuli omiſſione ſive ſeriei immutatione ) aberraveris , te illico necabunt. Ex his , autumo , erat ille , qui* Cham *filium* Noe *dictum* Zoroastrem *ambuſſit. Hic enim , cùm primus eſſet magiæ aſſertor , à Dæmone , quem importunè nimis plurima ſemper interrogans fatigabat , flammas reſponſi loco accipiens pœnas dedit. Reperi item in eo opere complures*

*par-*

paſſus, in quibus multimodi mulierum raptus edoceantur: quo item modo in virorum amorem inducantur puellæ: & flagitia alia quàm plurima. Vidi in eo adjurationes nonnullas, quas vocat potentes; quibus poſſit unusquisque alligare apud ſe Spiritum ac cogere, ut in ejus domo maneat ſemper, eique in cunctis famuletur. Cæterùm in ſemotisſimo (ut ait) à turbâ loco is Spiritus locandus eſt, ne temere ad ſe ingredientes necet. Denique his omiſſis ad virum redeo. Tria ipſe michi cecinit vaticinia. Duo ſtatim vera eſſe comperi. Tertium verò futurum ſit, ignoro. Erat primum de quodam Elvetio, quem ut itineris comitem mecum advexeram. Ita quippe ad eum orſus eſt. „ Elvetius es: „ pater tuus & mater mortem obiere. Patruum „ habes & fratres duos. Sororem habuiſti „ religioſam, ſed jam in Monaſterio vitâ „ defunctam. " Hæc profectò de illo ita habebant, cùm attamen virum haud quaquam noviſſet. Deinde cùm nonnichil ei indicaſſem, quod michi noſter Stapulenſis aliquando expreſſerat; illico ſubjunxit. „ Is, à quo id „ audiſti, aut Impreſſor Librorum eſt, aut „ ejusmodi eſt, qui illos edere ac elucidare „ curet. " Rurſus cùm de mundi irreligioſitate ſermo inter nos incidiſſet; prædixit venturum brevi quendam ſanctum Pontificem nomine URBANUM, qui eccleſiaſticæ pacis verus zelotes illi apoſtolicâ dignitate praeſſet, eámque ad meliorem immortalitatis frugem converteret. Rurſum primâ die, quâ ad eum diverti, cùm de viro quodam loqueremur, qui in itinere à nobis nonnulla furto abstulerat. „ Poſſum, inquit, (ſi quidem „ credis) cogere fûrem, ut huc ad nos rebus „ tuis onuſtus protinus revertatur, referátque „ ſecum, quæ abstulit. " Aſt cùm dubiâ eſſem fide, nichil novi ac inſoliti operis ab eo patratum eſt. Narravit quoque aliquando edoctum ſemel à ſe quendam Principem Germanum, priùs illiteratum, unâ horâ legere, ſcribere, Latinè dicere; ita ut Epiſtolas dictaret: ſed & priusquam ille abſceſſiſſet, ab eo omnia ſubtraxiſſe; indoctum, ut priùs reliquiſſe. Qui igitur fiet, ut hæc ſinè Spirituum adjutorio operetur? Solatium interdum illi eſt in inſtrumentis muſicis, præcipuè in citharâ: aitque ſe nemine in ullâ arte habuiſſe præceptorem; ſed per ſemetipſum Latinam etiam Linguam didiciſſe. Ejus Monachi plerique alkimiæ illi inani & fallaciſſimæ divitiarum exhauſtrici deduntur. Aiebat ſe graviter admodum tuliſſe vulgationem Epiſtolæ ſuæ ad Arnoldum BOSCIUM; non quòd quicquam in eâ mentiatur (poſſe quippe & alia multa & difficiliora, quàm quæ in illâ continentur, operari), ſed quòd, ubi tam publica facta eſt, haudquaquam latere ampliùs potuerit. Nam certatim omnes ad eum, ut magum virum, convolare cœperunt. Sunt & alia quàm plurima, quæ apud eum vidi, aut ab eo audivi: quorum vix memini &c. Vale Ex Sancto Quintino. 8. Martii. 1509. Definita tot circumſtantiis rei adeò miræ narratio (neſcio an aliubi obvia) apud lectorem huic digreſſioni veniam facilè exorabit; & longioris Epiſtolæ tœdium levabit hiſtoriæ novitas. Habemus præterea in eodem hôc Codice mutuas aliquot Cardinalis XIMENIS & *Caroli* BOVILLI Epiſtolas; è quibus nonnulla breviter attigiſſe non gravabor. FRANCISCUS XIMENES Cardinalis *Toletanus* CAROLO BOVILLO. ——— *Tui* STAPULENSIS *in recollectione & compaginatione illius Pſalterii laudes non tacebo. Eſt enim opus illud tam doctè præmeditatum atquè compoſitum, ut Pſalmorum intelligentiæ nichil ſit accommodatius. Ingentes ei noſtro nomine agito gratias; plurimámque ſalutem impartire. Vale, ab oppido noſtro* Alcalâ. XVI. Novembris. 1509. Illud eſt Pſalterium Quincuplex ab HENR. STEPHANO excuſum, cujus alibi mentionem feci. CAROLUS BOVILLUS FRANCISCO XIMENI Cardinali *Toletano* S. ——— *Jam tempora ſucceſſere, quæ ſpurco* MAHUMETI *exitum minantur infelicem. Aiunt enim nonnulli* MAHUMETEM *adhuc viventem ſuis prædixiſſe, poſt octingentos annos ſe rurſum ad eos venturum; aut ex toto è memoriâ hominum oblitterandum, ſuámque legem interituram. Audivi & ego agens* Toleti *à pleriſque repertum abs te pro veteribus Templi ruderibus vaſculum; in quo proruta in terram viſebantur* Maurorum *imagines cum ſcriptello hæc dictitante:* Quando hæc oculis hominum patuerunt, his, quorum intus imagines viſuntur, imminebit exitium. *&c. Gaviſus ſum plurimùm de ingenti illo* Complutenſis *tui ſtudii profectu* &c. *Vale, ex* Ambianis. XX. Martii. 1509.

Quo-

Quoniam autem in Abbatis TRITEMII mentionem modò incidi, haud abs re duxi, ut nonnulla ex ejusdem Epiſtolis per *Jacobum* SPIEGEL *Haganoæ* ex *Petri* BRUBACHII Officinâ ann. 1536. in 4. publicatis excerperentur; quò Lector aliam & ampliorem habeat ejusdem notitiam.

MATHIÆ HELD Cæſareo Conſiliario & Procancellario *Germaniæ* JACOBUS SPIEGEL *Seleſtadienſis* S. D.

—— *Neque te latere poteſt, in quantâ æſtimatione ubique habitus ſit* TRITEMIUS, *ob incredibilem ingenii acrimoniam, & acerrimum in omni genere literarum ſtudium; prudentiam verò tantam, ut à Regibus & Principibus & ab ipſo* MAXIMILIANO *in ſummo honore habitus ſit, ac ſæpius, ut ſe in ordinem Conſiliariorum aſcriberet, rogatus.* &c. *Cæterùm in his Epiſtolis videre licet, quàm religiosè de Chriſtianâ Religione ſenſerit* TRITEMIUS, *& quanto ſtudio propugnaverit eandem* &c. *Adhæc cùm vitæ fuerit inculpatiſſimæ (fuit enim mihi multis annis familiariter notus) ac ſummo ſtudio Scripturis divinis ſemper intentus, ut nemini dubium eſſe poſſit, quin pium admodum & fidelem Abbatem Ordinis ſui præſtiterit* &c. *Ex* Seleſtadio, *die tertiâ* Martii, *anno à nato Servatore* M. D. XXXVI.

GERMANUS DE GANAY clariſſimo viro JOANNI TRITEMIO Abbati *Spanhemenſi* noſtræ tempeſtatis Splendori Salutem.

—— *Lucidiſſimus tuæ doctrinæ fulgor haud quaquam delitescere poteſt, ſed in omnes quantolibet locorum interſtitio ſemotos ſui luminis emittit radium.* &c. *Incidit in manus meas Epiſtola à te * profecta ad quendam* Joannem STEINENMOELEM, *quem in ipſo ſalutationis exordio, poſt tui nominis expreſſionem, virum deſyderiorum in ſacris nuncupas. Ea ſanè raram & admirabilem continet philoſophiam, tum de numeris, tum de elementis, adeò tamen ænigmatibus obnubilatam, & arcanis obſtruſam verbis ut ejus nullo modo mihi pervia ſit intelligentia* &c. Carolus *noſter* BOVILLUS, *qui † ſuperioribus annis, cùm per* Germaniam *iter ageret, tuam Excellentiam inviſere venit, frequentem tui apud me fecit mentionem, méque totum, ut verum fatear, adegit tuarum virtutum obſervatorem admiratorémque fieri. Demum harum lator tuæ præſtantiæ notus & amicus magiſter* NARCISSUS *majora animi noſtri vota, quæ brevibus litteris haud facilè complecti poſſem, latiùs explanabit. Vale noſtri ſæculi decus & unicum doctrinæ ſpecimen. Ex* Pariſio. 3. *Calend.* Auguſti. *anno* M. D. V.

JOAN. TRITE. Ab. *Spanhemen.* GERMANO DE GANAY viro doctiſſ. Salutem.

*Venit ad nos* Neometim *orator tuus magiſter* Narciſſus *quintâ decimâ die Literas perferens tuas* &c. *Ad intelligentiam Epiſtolæ noſtræ, quam* Joanni Steinenmoel *anno priore ſcripſimus,* Narciſſo *introitum dedimus aliqualem, à quo rerum intelliges fundamentum arcanarum, quarum cognitione laboras. Ad unitatem reducendus omnino eſt ternarius, ſi mens harum rerum velit intellectum conſequi perfectum. Unarius enim non eſt numerus, & ex ipſo numerus omnis conſurgit. Rejiciatur binarius, & ternarius ad unitatem convertibilis erit.* &c. *Unarius eſt ſimplex, binarius compoſitus, ternarius verò ad unitatis reducitur ſimplicitatem. Non ſum* Tritemius *mentis triplicis, ſed in unâ mente numero gaudens trinario, qui verè parit mirabilem fœtum. Pater ejus Sol, mater verò Luna. Portavit ſemen in utero ventus, terra nutrivit.* &c. *Noſtra philoſophia cœleſtis eſt, non terrena, ut ſummum illud principium, quod Deum nuncupamus, mentis intuitu per fidem & cognitionem fideliter aſpiciamus, Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, unum principium, unum Deum, unúmque ſummum bonum in Trinitate perſonarum ſempiternum exiſtentem veraciter credentes* &c. *Hoc iter unicum ad finem ma-*

* Hanc Epiſtolam in illo Epiſtolarum libro non reperio, uti neque aliam ad *Arnoldum* BOSCIUM, cujus meminit BOVILLUS. At forſan hæ aliæque de occultâ ipſius philoſophiâ Epiſtolæ, aut ab ipſo aut ab amicis ſuppreſſæ, lucem (quantum ſcio) non viderunt.

† Neſcio an hoc BOVILLI iter per *Germaniam* ſit idem, quod ſuprà in ipſius ad GIANAIUM Epiſtolâ memoratur.

* Neſcio,

*magicarum perfectionum tam divinarum quàm naturalium, à quibus arcetur & confunditur procul omne ſuperſtitioſum, præſtigioſum atque diabolicum. Enimvero nihil aliud per Magiam intelligi volumus quàm Sapientiam, phyſicarum ſcilicet & metaphyſicarum intelligentiam rerum* &c. *Cætera quæ tibi ad inquiſitiones tuas reſpondenda fuerant, ſacratiore incluſimus ſcrinio, tibi ſoli per* Narciſſum *exhibenda, cui & clavem tibi afferendam non ſatis ſcienti commiſimus, ne ſcrinium arcanis plenum ſinè utilitate poſſideres.* &c. *Ex* Neometi *civitate* Spirenſi. 24. *die* Auguſti, *ann.* 1505.

JOAN. TRITE.
CAROLO BOVILLO DE S. QUINTINO
Theologo *Pariſienſi.* S.

*Subiratus ſum*, Carole Boville, *harum latori* Narciſſo, *quòd nos te inſcio* Pariſios *exivit, quia tuas volebam habere Literas* &c. *Memorem te facimus promiſſionis tuæ nobis anno factæ priore,* * *cùm in noſtro nobiscum eſſes Cœnobio* Spanhemenſi *per dies* 14. *ut quæſtiones illas ſacræ Scripturæ profundiſſimas, quarum capita dudum in* Spanheim *conſignavimus, quàm primùm abſolvas, nobisque, ut pollicitus es, transmittas.* &c. *Vale, ex* Neometi, *viceſimâ ſecundâ die menſis* Auguſti, *anno Chriſtianorum.* M.D.V.

TRITEMIO Abbati
Ædis S. JACOBI *Herbipolis*,
viro inter *Germanos* primario
NICOLAUS GERBELLIUS *Phorcenſis*
Salutem & fœlicitatem æternam.

—— *Gratulor mihi ipſi ſæpiuscule, reverendiſſime Pater, me feliciſſimo hôc ſæculo progenitum, quo tot illuſtres Viri, nec ignobilis famæ, in* Germaniâ *paſſim prodiere; quos inter tu unus es, qui cum literis Latinis & Hebræas & Græcas apud* Germanos *feciſti locupletiores* &c. *Quicquid eſt, quod ſub incude tuâ nunc elegantiſſimâ fabreſit & bracteatur, fac quæſo, ut & ego, qui tuus ſum, qui me totum* † *Sectæ tuæ conſecro, ſciam* &c. *Vale. Ex* Coloniâ, *quarto Idus* Junii. *Anno Domini* 1507.

JOANNES TRITE.
Abbas S. JACOBI *Herbipolenſis*,
quondam *Spanhemenſis*,
NICOLAO GERBELLIO *Phorcenſi* Salutem.

—— *Tenebriones & divitiarum avariſſimos incubones in amicitiam noſtrî nunquam admittere conſuevimus, propterea quòd bonorum obnitentur ſtudiis, & hirrire contra viros doctos & eruditos ſemper ipſis ſit familiare. Te autem, ſtudioſe* Gerbelli, *quem ornatiſſimæ tuæ Literæ doctum & panaretum declarant, in amicitiam noſtram (tametſi medioximi ſumus) obviis manibus libenter accipimus, fidémque & charitatem inviolabili conſtantiâ pollicemur.* &c. *Quòd incude jam fabreſiat ſub noſtrâ, tibi pandamus, efflagitas. Rureſtrem tractamus Camœnam, noſtróque Muſam propoſito convenientem; quantum rejectanea permittunt, intercinimus.* De ſancto Chriſtotrepho Joſeph *librum mediocrem abſolvimus.* Nepiachum *quoque Annalium noſtrorum ab horâ nativitatis in hunc diem perduximus. Opus magnum librorum duodecim de Dæmonibus ad preces amicorum inchoamus, in quo decrevimus omnes Magorum prophanas deſtruere artes in genere ſimul & in ſpecie, earúmque cauſas, inventores, libros, modos & deceptiones nominatim & propriè taxare. Inter hæc quoque novo* ‡ *invento* Steganographiæ *navamus operam, quod in lucem edere necdum pollicemur, nebulonum malignitate deterriti.* —— *Maneat ſepultum, quod tempore incongruo culpatur repertum. Vale, & nos ama. Ex* Herbipoli, *decimâ ſextâ die menſis* Julii, *anno Chriſtianorum* 1507.

JOAN. TRITE. Ab. *Spanhemen.*
JOANNI CAPELLERIO Mathematico S.

*Eam tibi partem* Steganographiæ *noſtræ cui titulum dedimus Græcè* γλωττευφορίαν, id

* Neſcio, an illud fuerit tempus, quo *Bovillus* in Epiſtolâ ad *Ganaium* ſcribit ſe ad *Tritemium* divertiſſe.

† An ergo *Gerbellius* fuit unus ex *Tritemii* amicis intimis, qui ipſius artem noverit, & ejusdem myſteriis adhibitus fuerit?

‡ Quod ſcilicet *Bovillus* in ſuâ Epiſtolâ perſtringit.

eſt, linguæ fertilitatem reſcribi fecimus, quam pridem poſtulâſti à nobis, opus (ut ſcis) arcanum, hactenus nulli viſum, quod eâ mittimus lege, quò ſervetur occultum &c. Ex Coloniâ. 18. die menſis Julii. Anno 1505.

JOAN. TRITE. Ab. Monaſterii
D. JACOBI Herbipolenſis
JOANNI CAPELLERIO
Mathematico Pariſienſi Salutem.

—— Si lucubrationum mearum exigis ſeriem, & hanc tibi brevi narratione expediam. Epiſtolas meas familiares, quas dedi ad amicos ex eo die, quo de Spanheim exivi, primâ videlicet die menſis Aprilis, anni Chriſtianorum milleſimi quingenteſimi primi, uſque ad introitum meum ad hanc Abbatiam, qui fuit quintâ decimâ Octobris anni ſequentis, in unum librum comportavi. Cui adjunxi & ſecundum, qui continet Epiſtolas primi duntaxat anni prælationis meæ in hôc Monaſterio &c. Steganographiam verò meam, cujus duos primos libros in Coloniâ vidiſti, neſcio, ſi unquam in lucem editurus ſim, trium intuitu rationum. —— timor ne noſtris inventis mali non minùs uterentur ad malum quàm boni ad bonum. —— maximi laboris intentio, & parvæ mercedis retributio. —— indoctæ plebis æſtimatio —— dum magum me plerique arbitrantur, aſſeverantes me ſuſcitâſſe mortuos, evocâſſe ab inferis Dæmones, prædixiſſe * futura, furêsque reduxiſſe carminibus, & ligâſſe latrones. Quæ omnia conficta & ementita nec feci unquam, nec cogitavi quidem. Libros fateor Magorum pleroſque legi, non ut imitarer, ſed confunderem —— Quid putas de me opinabitur ſtulta hominum indoctorum futura temeritas, cùm Steganographiam in lucem produxero, quæ talia confinxit de me mendacia, cùm nihil adhuc viderit arcani. &c. Ex Herbipoli, decimâ ſextâ die menſis Auguſti, anno Chriſtianorum milleſimo quingenteſimo ſeptimo.

JOAN. TRITE.
Ab. D. JACOBI Herbipolenſis
ROGERIO SYCAMERO
Salutem & charitatem.

—— Faciam, quod hortarum, pinacémque Editionum mearum per ordinem temporis, quo ſunt factæ, tibi deſignabo &c. Magnum poſthæc & nimis arduum Steganographiæ mirabilis adinventionis in octo libros partiendum ſcribere ſum adorſus; cujus primum quidem librum & ſecundum ad finem uſque perduxi, tertium verò mancum & reliquos omnes dimiſi uſque in hunc diem animo ſepultos. —— Hoc Opus ſic incipit, Antiquiſſimos Sapientes, quos Græco ſermone Philoſophos, &c. Vale. Ex Herbipoli ultimâ die Auguſti. Anno Chriſtianorum milleſimo quingenteſimo ſeptimo.

JOANNES TRITEMIUS
JOANNI STEINEMOEL
Presbytero Mechilinienſi S.

—— Cùm tu vanè jactabundus nimium, ea, quæ ſuſcepiſti à nobis, Philoſophiæ ſecretioris arcana pro turpi lucro (ut facti ſumus certi) venalia circumferas, magnum te eſſe quempiam arbitrans, pro eo quòd Tritemii te poſſis gloriari fuiſſe diſcipulum. &c. Non eâ conditione te à nobis introductum ſcimus: ſed quia tu interpoſitam transgreſſus es legem æquitatis, quid in majoribus faceres, nobis fuerit rationabiliter prævidendum. Ceſſa igitur ab his vanitatibus, te hortamur &c. Vale. Ex Coloniâ 20 die menſis Julii. Anno Chriſtianorum M.D.V.

Hactenus plus ſatìs de occultâ illâ TRITEMII † Steganographiâ: cujus rei novitate quòd ipſum moratus ſim, Lector haud ægre feret; cuíque ampliùs excutiendæ locum dederat Caroli BOVILLI Epiſtola. Quàm diverſum de TRITEMIO ſenſerint Scriptores, ex ante-dictis liquet. Apud alios bene audiebat, apud quoſdam malè; ſecúſne, quàm par erat, hi vel illi interpretati ſint, decidant ſagaciores: ipſa tamen (nî fallor) rei adeò obſtinata occultatio ſuſpicionem parit; quò quid ſtudioſiùs celatur, eò magis creditur ali aliquid monſtri. Quin imò ipſe, qui Tri-

* Relege tamen BOVILLI Epiſtolam.
† Quæ in BOVILLI Epiſtolâ dicitur Stenographia, errore forſan typographico.

TRITEMIO obortus eſt, metus, ne ſua (ſi innoteſcerent) inventa in uſus malos converterentur, ſcrupulum injicit, & quandam dubitationem affert, quin omnia in eâ re ſatis rectè ſe habeant. Sed transeo ad alia, quæ in eodem illo Epiſtolarum libro leguntur, & magis ad rem pertinent typographicam.

WOLFGANGUS HOPILIUS
JOANNI TRITEMIO Abbati *Spankemenſi*
Salutem.

*Elegantiſſimam nuper à te, mi* Tritemi, *accepi Epiſtolam, quæ nobis & jucunda fuit, & menti admirationem induxit, quòd ipſe vir doctiſſimus atque mihi prorſus excellentior ad me formicam agreſtem vitam agentem ſcribere non ſis dedignatus, & eo argumento ad noſtrum incultum ingenium animi volueris declarare affectum. Unde verò acciderit hoc, me conjecturâ ſcire credo.* Narciſſus *noſter Scientiarum omnium bonarum diligentiſſimus inquiſitor ea fortaſſis, quæ ſomniis & phantasmatibus ſimilia ſunt, majora quidem quàm noſtra parvitas præſtare queat, tibi de nobis retulit; cujus tu verbis adhibens fidem (nam qui boneſto ſunt animo & ingenio benigno, quæcunque de aliis audierint, bona facilè credunt, mala verò tardè) impulſus es, quantum conjectare poſſum, ut mihi Literas tuas ornatiſſimas communicares. Habeo gratias immortales, utpote qui tanti viri Literas magni facio. Quicquid enim humanis in rebus ſcibile fuerit, te non latere ſcio, qui cunctos hodie mortales ingenio, ſcientiâ & experientiâ literariâ facilè ſuperas & excellis; quod tua ſcripta & probatiſſimorum virorum teſtimonia luce manifeſtant clarius. Hinc doctos omnes ſingulari humanitate complecteris; quinimo & eos, quos fama pertulerit in notitiam tibi quicquam callere, etſi hominum ſint inferiores laudibus, pro ingenitâ tibi bonitate magnifacis, ac plurimi æſtimas. Reliqua pectoris noſtri arcana ex* Narciſſo *noſtro communi amico intelliges, qui tuum immortale nomen marmoreis inſculpſit pectoribus. Quem tibi, & ſi non ſit opus, plurimum commendo, eique perſuadeas velim, pericula* Ariſlei *&* Alchindi *ut præcaveat, quorum alter vitam miſerrimè finivit, alter verò in dementiam incidit, ut ex eorum Opuſculis facilè noſti. Vale, & nos ama. Ex Officinâ noſtrâ* Pariſianâ 3. *Calend.* Auguſti. *Anno Domini* M.D.V.

JOANNES TRITEMIUS *Spanhe.*
WOLFGANGO HOPILIO Civi *Pariſienſi* S.

NARCISSUS *noſter ad me veniens* Neometim 15. *die menſis* Auguſti *tuas mihi Literas tradidit* &c. *Miraris, quòd meis te dignum Literis æſtimavi, putans me credulum nimis extitiſſe* Narciſſo, *quaſi te, priusquam ille me acceſſit, non noverim. Quantus enim ſis, multorum antea relatione cognovi* &c. Narciſſum *in perquirendis occultioribus nimis curioſum, ut vana dimittat ſtudia, & nunc & antehac ſæpe hortatus ſum, qui neſcio quid magni ſomnians aureos ſibi montes in brevi naſcituros promittit. Sinamus eum, pergat cæcus itinere cœpto, donec ſe fruſtratum deſiderio intelligat* &c. *Tuarum petitionum ex eo recipies ſolutionem. Vale ſanus. Ex* Neometi. 24. *menſis* Auguſti. *Anno* 1505.

JOAN. TRITE. Ab.
Monaſterii D. JACOBI
in Suburbio Civitatis *Herbipolenſis*,
JACOBO TRITEMIO
fratri unico atque dulciſſimo Salutem.

——— *Inopiam librorum veteres allegare potuerunt: nos verò potiùs inopes copia fecit, quum impreſſoriâ noſtris diebus arte apud* Moguntiacum *inventâ, hodiéque per Orbem univerſum dilatatâ tot veterum atque novorum Volumina doctorum veniunt in lucem, ut ære jam modica doctus quilibet eſſe poſſit.* &c. *Ex* Herbipoli. 24. *die menſis* Junii. *Anno Chriſti* 1506.

JOANNES TRITEMIUS
Abbas S. JACOBI *Herbipolenſis*,
JACOBO KYMOLANO
*Carmelitani* Ordinis Theologo
& Mathematico Salutem.

——— *Ars, quam Impreſſoriam vocant, tempore * infantia meæ apud* Moguntiam *Me-*

* At potiùs antequam natus eſſet, ſi (juxta RICCIOLIUM) TRITEMIUS anno 1462. natus ſit, & anno 1519 obierit. Quin & TRITEMIUS ipſe Typographiæ originem refert ad annum 1450. Lege MALINKROT. pag. 7.

* Anno

JACOBI FABRI Epitome in duos libros Arithmeticos SEVERINI BOETII: *ex officinâ* HENRICI STEPHANI. (a) fol. Pariſ. 1510.

STRABO Latinè, interpretibus GREGORIO *Typhernate*, & GUARINO *Veronenſi*: à PHILIPPO PINCIO *Mantuano* (b) fol. Venet. 1510.

TIT. LIV. cum Epitom. FLORI, cum annotationibus SABELLICI: *impenſis* JOANNIS PARVI *&* ASCENSII. fol. . Pariſ. 1510.

SUETON. cum Comment. BEROALDI & SABELLICI: *per* PHILIPPUM PINCIUM *Mantuanum.* fol. . . Venet. 1510.

SUETONIUS: *apud* PHILIPPUM JUNTAM. (c) 8.° . . . Florent. 1510.

VALER. MAXIM. cum Comment. OLIVER. ARZIGNAN. & BADII ASCENSII:

*ex*

*Metropolim* Francorum *inventa*, *infinita penè & veterum & novorum Volumina quotidie producit in lucem* Joannes Amorbachius *Civis* Baſilienſis, *vir doctus & integerrimus*, *anno præterito* * *omnes divi* Auguſtini *libros*, *quotquot invenire potuit*, *in quindecim Voluminibus ſatis emendatè impreſſit. Simili diligentiâ formis excuſſit omnia Opera Sanctorum* Hieronymi *&* Ambroſii, *impreſſurus etiam de novo divi Papæ* Gregorii *Opuſcula*, *quorum aliqua malè, aliqua verò nunquam fuerint impreſſa.* &c. *Ex* Herbipoli *decimâ ſextâ die menſis* Auguſti, *anno Chriſtianorum milleſimo quingenteſimo ſeptimo.*

(a) Notandum eſt hunc Librum, & alterum (CAR. BOVILLI *Introductio in Geometr. &* FABRI *Aſtronomicon*; cujus mentio priùs anno 1503.) in uno Volumine compingi, nullâ factâ ciphrarum aut ſignaturarum diſtinctione, licèt ſubſcriptiones ſint (quod anni indigitationem) diverſæ: nam ad hujus calcem ſic ſe habet; *Abſolutionem in almo* Pariſiorum *ſtudio*, *anno Domini*, *qui numero definivit omnia*, 1503. *Et emiſſum ex Officinâ* Henrici STEPHANI *anno* CHRISTI *Salvatoris omnium* 1510. *decimâ quintâ die* Martii. Ad illius finem, ſic: *Id Opus impreſſerunt* &c. (lege priùs) *anno* 1503. In integri Voluminis principio hic legitur titulus; *In hoc Libro contenta*: *Epitome compendioſáque Introductio in libros Arithmeticos divi* SEVERINI BOETII, *adjecto familiari commentario dilucidata*; *Praxis numerandi certis quibusdam regulis conſtricta*; *Introductio in Geometriam ſex libris diſtincta*: *primus de magnitudinibus & earum circumſtantiis*; *ſecundus de conſequentibus*, *contiguis & continuis*; *tertius de punctis*; *quartus de lineis*; *quintus de ſuperficiebus*; *ſextus de corporibus*: *liber de quadraturâ circuli*, *& cubicatione Sphæræ*: *Perſpectivæ introductio*: *inſuper Aſtronomicon.*

(b) XIII. Julii. LEONARDI LAUREDANI Venetiarum *Ducis tempeſtate.*

(c) *Idib.* Febr. PETRO SODERINO *perpetuo vexillifero exiſtente.*

(a) Hanc

* Anno ergo 1506. Nam hanc Epiſtolam anno 1507. dabat. Lege CHEVILLER. p. 128.

*ex Officinâ* Aſcenſianâ. (a) fol. . Pariſ. 1510.

Cæsar. Comment. *operâ* Philippi Giuntæ. (b) 8.° . . . . . Florent. 1510.

Plin. Epiſtolar. libri novem : *impreſſæ è regione Collegii* Italorum *in Interſignio Speculi* ; *Expenſis honeſtorum virorum* Francisci Regnault & Egidii Gourmont. (c) 8.° . . . . Pariſ. 1510.

Plin. Epiſtol. & Panegyric. cum comment. Jo. Mariæ Catanæi: *impreſſ. per* Joannem & Bernardinum *fratres* de Lisonâ Vercellenſes. (d) fol. . Venet. 1510.

Ægesippi Hiſtoria de excidio *Hieroſolymitano*, à Divo Ambrosio *Mediolanen.* antiſtite è Græcâ Latina facta : *in ædibus* Aſcenſianis, *quæ ſunt* Parrhiſiis *in viâ* Agiâ *ad divum* Jacobum *ſupra ædem divi* Benedicti, *è regione Craticulæ*, *ſub tribus Lupis ſeu Luciis aquatilibus.* (e) fol. . . . Pariſ. 1510.

Berosus *Babylonicus* de origine *Tyrrhenorum*; Caton. Fragmenta; Archiloc. de temporibus ; Metasthen. Phil. Xenoph. Sempron. Pictor. Antonin.

Itine-

(a) Hanc (quam nondum vidi) Editionem præiviſſe probat Ascensii Epiſtola (quæ poſteriori anno 1513. præfigirur) anno 1510. data.

(b) D. *Octavo ſupra mille menſe* Aprili.

(c) *Septimo Calen.* Februarii. *Venundantur* Pariſius *in vico Divi* Jacobi *in Inſignio Sancti* Claudii.

Obiter hìc adnotabo aliquando *Franciſci* Regnault & Marnefiorum Inſignia diverſis ejuſdem Editionis exemplaribus affigi ; utì Justini *Hiſtoria cum* Flor. & Sext. Ruf. in 4. ſinè anno. Typographi, de Marnef, Jo. Parvus, Oliver. Senant, Ponset le Preux nonnunquam (utì & alii antiquiores.) annum omittebant. Diog. Laert. Latinè : *venund. in vico divi* Jacobi *ſub Pelicani interſignio.* 4. de Marnef. Virgil. Georgic. cum expoſitionibus Servii, Donati, Mancinelli, Probi & Badii : *venund. à* Joanne Parvo. 4. Erasm. de duplici copiâ : *in domo* Oliverii Senant. 4. Ovid. Faſt. cum figur. & comment. Ant. Constantini *Fanenſis* & Paul. Marsi *Piſcinatis* fol. Ponset le Preux.

(d) *Die decimâ quartâ* Decembris.

(e) *Anno decimo ſupra* M.D. *ad Nonas* Julias.



(a) Titu-

Itinerar. fragment. Altercatio ADRIANI & EPICTICI (*legendum* EPICTETI) Philoſophi. (a) 4.to . . . . . . .

SYMMACHI Conſ. *Ro.* Epiſtolæ familiares; item LAUDINI equitis *Hieroſolymitani* in Epiſtolas Turci magni traductio: *ex Officinâ* JOANNIS SCHOTTI *impenſis* GEORGII MAXILLI. (b) 4.to . . Argentor. 1510.

BLONDI FLAVII *Forlivienſis* Roma inſtaurata; Italia illuſtrata; & de geſtis *Venetorum*. (c) fol. . . . . Venet. 1510.

LUDOVICI HELIANI *Vercellenſis* Oratio de bello ſuſcipiendo adversùs *Venetianos* & *Turcos*; Ejusdem Venatio leonum, in quâ Pontifex Max. Cæſar Aug. Rex *Francor*. Rex *Arragon*. Venatores: *per JOANNEM OTHMAR apud Cœnobium Sanctæ* URSULÆ *cis* Licum. (d) 4.to . . . Aug. Vind. 1510.

Orationes familiares & elegantiſſimæ ex omnibus PUBLII OVIDII libris formatæ per HERMANNUM TORRENTINUM: *impreſſæ in Officinâ ingenuorum liberorum* QUENTELL. (e) 4.to . . . Colon. 1510.

CHRISTOPHORI LONGUOLII *Pariſienſis* Oratio de laudibus Divi LUDOVICI atque *Francorum*: *Impreſſ. per* HENRICUM STEPHANUM *è regione Scholæ Decretorum*. (f) 4.to . . . Pariſ. .

HOMER.

(a) Titulus gerit nomen DE MARNEF. Epiſtola GODOFREDI TORINI *Biturici* ad PHILIBERTUM BABOUM data Pariſiis *apud Collegium* Pleſſeiacum 6. *Non.* Maias. 1510.

(b) III. *Id.* Auguſt.

(c) *Per G.* M.D.X. *Cal.* Jul. *Regnante* LEONARDO LAUREDANO Venetiarum *Principe*.

(d) XII. *Maii.*

(e) *Octavo Calendas* Novembres.

(f) Nullum anni (quo excuſa eſt) indicium. *Habitam* autem fuiſſe *Pictavii in Cœnobio Fratrum Minorum anno Domini* 1510. ipſe docet titulus; & nuncupatoria ipſius LONGUOLII ad FRANCISCUM VALESIUM Ducem Epiſtola datur *Pictavii Nonis* Septembris *anno milleſimo quingenteſimo decimo.* Ipſi Orationi ſubjiciuntur Epiſtolæ, JACOBI RENALDI *Turonenſis* ad

Homer. Iliad. lib. 3. 4. 5. 14. 18. 20. 22. 23. 24. & initium 19. à Nicol. Vallâ in Lat. verſ. translat. *apud* Badium Ascensium. (a) fol. . . . Pariſ. 1510.

Homeri Odyſſea Latino ſermone ſoluto: *ex Officinâ* Joannis Schotti, *inpenſis egregii I. V. doctoris* Georgii Maxilli, *aliàs* Ubelin, *Episcopalis Curiæ* Argen. *Signatoris.* (b) fol. Argentor. 1510.

Plaut. cum comment. Pyladæ Brixiani, Thadæi Ugoleti, Grapaldi & Anselmi: *excuſſerunt formis ſolertiſſimi juvenes OCTAVIANUS SALADIUS & FRANCISCUS UGOLETUS.* (c) fol. Parmæ. 1510.

Dic-

ad Longuolium, & Longuolii ad Joannem Balænium *Bellovacenſem*; ac ejusd. Longuolii Oratio in Præfatione enarrationis duodetriceſimi libri Pandectarum Juris civilis *Pictavii* habita.

(a) Initio libri Badii Epiſtola præfigitur. Jodocus Badius Ascensius Jacobo Fabro Stapulensi Philoſophiæ decori & compatri cumprimis obſervando S. D. —— *Iliada* Homericam (*utinam totam*) *ab* Nicolao Vallâ *tralatam atque Latinam factam, è Latio usque atque adeò* Româ *ipſa ad nos, ut prælo aliquando librario multiplicetur, advehendam curâſti: perſpiciens videlicet in eâ tralatione non modò disjecti membra Poëtæ, verùm etiam plenos divini nectaris hauſtus & admirabilem non vulgaris venæ majeſtatem. De quâ* Theodorus Gaza *vir Græcæ & Latinæ Linguæ peritiſſimus ſic ad* Lælium Nicolai *patrem ſcripſit.* „*Sed cùm plura* Ni- „colaus *noſter laude digna pro ſuo amœniſſimo* „*ingenio ſuâque planè ſingulari doctrinâ ſcrip-* „*ſerit; ea inprimis edi celebrarique cupio, quæ* „*cum gloriâ illius Græcorum quoque Authorum* „*commendationem augeant. Quapropter* Ho- „meri *&* * Hesiodi *principum Poëta-* „*rum carmen (quod elegantiſſimè in Latinum* „*converſum ab illo eſt) id primum edatur,* „*hortor & rogo: ut ſimul &* Nicolai *nomen* „*illuſtre ſervetur, & Authorum Græcorum* „*tam inſignium Opera extent Latinis litteris,* „*quando fata ita tulerunt, ut* † *Græcis mi-* „*nùs ſervari jam poſſint. O fortunam iniquam,* „*quæ ingenium* Nicolai *præclarum hominibus* „*quaſi invidens rapuit, priusquam totum* Ho- „meri *carmen abſolveret.*" &c. *Hæc & plura in eandem ſententiam* Theodorus *ipſe. Quocirca quum tuo, compater munificentiſſime, auſpicio feliciſſimo & dono ampliſſimo* Ilias *hæc ſit Chalcographiæ quaſi depoſitariâ fide tradita, ad te cum perpetuæ devinctionis indice revertentem benivolè recipies* &c. *Vale, dulce decus noſtrum. Ad Nonas* Junias. M.D.X.

(b) *Ad nonum Kal.* Julii. Hanc Maxillus *Hieronymo* Baldung LL. Doctori dicavit, cui ſic ſcribit in Epiſtolâ —— *excitantes dormientem Poëtam æregraphiâ noſtrâ* —— *ubi te oblectari hôc intellexero (imò quia delectaberis fructuoſiùs) & aliis profeſſionis noſtræ gratus eris, quæ olim & jamjam volventibus horis Officina noſtra forſan rariora ſolibus exponit.* &c.

(c) vii. *Id.* Martii. IDX.

(a) *Ad*

* Lege *Annal. Typogr.* Vol. I. p. 92.

† Hæc Gaza ſcribebat, antequam Homerus & Hesiodus Græcè eſſent excuſi.

| | | |
|---|---|---|
| Dictionum Græcarum Theſaurus. Dictiones quædam mutato accentu differentes. AMMON. de ſimilib. & different. vocibus. Vocabula militaria. Dictionum Latinarum theſaurus cum Græcâ interpretatione: *per* JOANNEM MACIOCHIUM BONDENUM. (a) fol. . . . . . | Ferrar. | 1510. |
| Catholicon F. JOHANNIS *Genuenſis* : *per STEPHANUM BALAND.* fol. . | Lugduni. | 1510. |
| BAPT. *Mantuan.* de Patientiâ : *apud* MATHIAM SCHURERIUM. (b) 4.to . | Argent. | 1510. |
| Prophetæ omnes ſcil. liber JOSUE, Judicum, 4 Regum, ISAIAS, HIEREMIAS, EZECKIEL, & 12 minores, cum commentario R. DAVIDIS KIMHI, 2. Vol. *ex officinâ GERSOMI* Soncinatis. (c) fol. . | Piſauri. | 1511. |
| Bilia Latina: *apud JO. CLERERET.* (d) 8.o . . . . . | Pariſ. | 1511. |
| Eadem : *apud* JAC. SACHON. (e) 8.o | Lugd. | 1511. |
| Eadem : *apud PETRUM OLIVIER.* (f) fol. . . . . | Rothom. | 1511. |
| Eadem: (g) 4.to . . . . . | Cadom. | 1511. |
| Eadem : (h) 4.to . . . | Venet. | 1511. |

Le Traicté intitulé, de la difference des Sciſmes & des Concilles de leglife, & de la preeminence & utilité des Concilles, de la Saincte Egliſe Gallicaine. Lhiſtoire du Prince Syach Ysmail dit Sophy. Le ſauf conduit du Souldain aux Francois pour frequenter en la Terre Saincte; avec le blaſon des armes des Venitiens; par Jan le Maire de Belges, Judiciaire & Hiſtoriographe : *imprimé pour maiſtre*

JAN

(a) *Ad quintum Calendas* Octobris.
(b) CHEVILLER. p. 164.
(c, d, e, f, g, h,) LONG, *Biblioth. Sacr.*

(a) *Ou*

JAN LE MAIRE *Judiciaire & Hiſtoriographe. Expenſis propriis. Par* ETIENNE BALAND *imprimeur de* Lyon *demourant en la grand rue du* Puis Pelu *ou lieu dit* Paradis. *Et ſe vend ou lieu deſſus nommé, & en rue* Merciere. (a) fol. . à Lyon. 1511.

RICOLD. contra Sect. *Mahumetic.* & cujusd. captiv. libell. de vitâ & morib. Turcorum: *in officinâ* HENRICI STEPHANI, *è regione Scholarum Decretorum ſitâ.* (b) 4.to Pariſ. 1511.

De Vitâ & Moribus *Judæorum* VICTORIS DE CARBEN olim *Judæi*, nunc Chriſtiani Sacerdotis libellus: *ex officinâ* HENRICI STEPHANI. (c) 4.to . . Pariſ. 1511.

CHRISTOPH. SCHEURLI libellus de Sacerdotum & rerum Eccleſiaſticarum præſtantiâ: *imprimebat WOLFGANGUS MONACENSIS juſſu & expenſis GEORGII RELNER.* (d) 4.to . . Lipſiæ. 1511.

ARISTOTEL. Politic. & OEconomic. ARETINO interprete, recognitore & explanatore FABRO: & Hecatonom. & OEconomic. public. cum ARETINI explanationibus: *Hæc ſecundaria eſt & caſtigatiſſima ex Officinâ emiſſio; typis abſoluta prodiit ex Officinâ* HENRICI STEPHANI *è regione Scholæ Decretorum.* (e) fol. . . . Pariſ. 1511.

De Differentiis Topicis & totius Logicæ adminiculis ex AMMONIO, BOETIO & THEMISTIO: *apud* HENRICUM STEPHANUM. (f) 4.to . . Pariſ. 1511.

Tex-

(a) *Ou moys de* May, *lan mil* V.c *&* XI.

(b) 16. *Aprilis.*

(c) *Ultimâ* Aprilis.

(d) *Anno undecimo* (omiſſis majoribus numeris), *menſe* Martio. Ad calcem Epiſtolæ SCHEURLI, *anno undecimo ſupra ſeſquimilleſimum.*

(e) *Nonis* Aprilis. Et ad calcem *Recognitoribus in Officinâ quàm accuratiſſimè* Petro PORTÂ *&* Beato RHENANO. *ex Officinâ* Henrici STEPHANI. M.D.XI. *ultimâ* Martii.

(f) 28 *Octob.*



(a) *Anno*

Textus de Sphærâ JOHANNIS DE SACROBOSCO cum additione (quantum neceſſarium eſt) adjectâ; novo commentario nuper edito ad utilitatem ſtudentium philoſophicæ *Pariſien.* Academiæ illuſtratus cum compoſitione anuli aſtronomici BONI LATENSIS; & Geometriâ EUCLIDIS *Megarenſis* à BOETIO in Latinam translatâ: *in Officinâ* HENRICI STEPHANI *è regione Scholæ Decretorum ſitâ.* (a) fol. . . . . . Pariſ. 1511.

PLIN. Natur. Hiſtoria: *impreſſa emunctis à* NICOLAO DE PRATIS *characteribus*, *impendio* FRANCISCI REGNAULT *ac JOHANNIS FRELON.* (b) fol. in academiâ Lutetiæ Pariſiorum. 1511.

XENOPH. Pædia; de Venatione, de republ. & legibus *Lacedæm.* de AGESILAI laudib. Apolog. SOCRAT. de tyrannide; Latinè: *expenſis* BARTHOLOMEI TROT. (c) 8.° . . . . . . . 1511.

M. VITRUVIUS per JOCUNDUM ſolito caſtigatior factus, ac magìs quàm unquam alio tempore emendatus: *ſumptu mirâque diligentiâ* JOHANNIS DE TRIDINO *aliàs* TACUINO. (d) fol. . . . Venet. 1511.

CÆSAR. Commentarii: *per* AUGUSTINUM DE ZANNIS *de Porteſio.* (e) Venet. 1511.

Deche di TITO LIVIO Volgare Hiſtoriate: *per* BARTOLOMEO DI ZANI *de Porteſio.* (f) fol. . . . Venet. 1511.

BLONDI FLAVII *Forlivienſis* de Româ

trium-

(a) *Anno Chriſti ſiderum conditoris* 1511. *Decimo die Novembris.* Cum Præfatione *Jacobi* FABRI *Stapulenſis* ad *Carolum* BORRAM Theſaurarium regium. *Bonetus* DE LATIS fuit *Hebræus* Medicus, qui ſuum hoc Opus ALEXANDRO VI. Pontif. dedicaverat.

(b) XIII. *Kal.* Jan.

(c) M.CCCCC.XI. *Die* II. Septembris.

(d) *Die* XXII. Maii. *regnante Duce* LEONARDO LAUREDANO.

(e) XVII. *Auguſti.*

(f) XVI. *de Aprile.*

(a)VII.

triumphante libri decem : *impreſſ. à* PHILIPPO PINCIO Mantuano. (a) fol. . Venet. 1511.

CICERONIS Opera Rhetorica, Oratoria & Forenſia : *in ædibus* Aſcenſianis. (b) fol. Pariſ. 1511.

PLAUTI Comœdiæ XX. cum notis BERNARDI SARACENI, PETRI VALLÆ, & PII *Bononienſis* : *per* LAZARUM SOARDUM. (c) fol. . . . Venet. 1511.

OVID. de Triſtib. cum comment. BARTHOLOM. MERULÆ : *per* JOANNEM DE CERETO DE TRIDINO *aliàs* TACUINUM. (d) fol. . . . Venet. 1511.

LUCANI Pharſalia cum Commentariis SULPITII & OMNIBONI : *impreſſ. ſummâ diligentiâ per* AUGUSTINUM DE ZANIS de Porteſio, *impenſis attamen & operâ ſolertiſſimi viri* MELCHIORIS SESSÆ. (e) fol. Venet. 1511.

CLAUDIAN. Rapt. PROSERPIN. cum com-

(a) VII. *Maii.* LEONARDO LAUREDANO *Duce.* Et ejusdem *de Româ inſtauratâ libri tres, & de origine & geſtis* Venetorum, *& de* Italiâ *illuſtratâ* : *per* G. M.D.X. *Cal.* Jul. LEONARDO LAUREDANO *duce.*

(b) *Ad.* X. *Calend.* Decemb. *venundantur ab* Joanne PARVO *&* Jodoco BADIO. BADIUS in Epiſtolâ ad *Gul.* BUD. dedicatoriâ ſcribit, *quòd bona pars ejusmodi Voluminum ad exemplariorum multis in locis à* BUDÆO *caſtigatorum fidem ſinceritatémque recognita atque immaculata eſt induſtriâ* Gerardi VERCELLANI *viri ad cultiores litteras jam multum progreſſi.* GERARDI etiam VERCELLANI *Burgundi* Carmen præfigitur ad *Gul.* BUDÆUM.

*Debemus tibi, & hoc fatemur omnes,*  
*Acceptúmque licet tibi referre,*  
*Quòd ſic prodeat elegantiarum*  
*In lucem ille parens decúsque ſummum;*  
*Quòd nec diſſimilis ſui legetur,*  
*Nec crebris lacer usque quaque plagis,*  
*Quantum nuper erat. Tuus ſit iſte,*  
O Budæe, *labor, tuúmque munus,*  
*Iſthæc laus tibi vendicetur omnis.* &c.

(c) *Die* XIIII. Auguſti.

Excuſatio LAZARI.

*Quisquis ades, lector ſtudioſe voluminis hujus,*  
*Non ſit judicii norma ſevera tui.*  
*Si qua errata liber dederit minùs apta legenti,*  
*Et malè compactis barbara verba notis;*  
*Da veniam, quæſo : non hæc vitioſa* Soardus  
Lazarus *emittit Bibliopola tuus.*  
*Sed (quod ſæpe ſolet) manus impreſſoria aberrat*  
*Veloci nimiùm ſollicitata motu.*

*Nemo confidat nimiùm ſecundis.*

Syllaba *mo* in *motu* correpta Epigramma, aliàs haud malum, dedecorat.

(d) XXV. *Junii.*

(e) *Die* IIII. *menſis* Junii.

(a) XVIII.

comment. JAN. PARRHAS. *per* ANTONIUM BONNEMERE *impenſis* PONTII LE PREUX. (a) . . . . . . . Pariſ. 1511.

Enarrationes (b) Doctorum Virorum in Grammaticos, Oratores, Poetas, Philoſophos, Theologos, ac Leges: *ex Officinâ chalcographicâ* ASCENSII. (c) 4.to . . . Pariſ. 1511.

Orationes, Prælectiones, Præfationes, & quædam mythicæ Hiſtoriæ PHILIPPI BEROALDI; item pluſculæ ANG. POLITIANI, HERM. BARBARI, & JASONIS MAINI: *in ædibus* Aſcenſianis *&* JOANNIS PARVI. (d) 4.to . . . Pariſ. 1511.

Opuſculum PHIL. BEROALDI de Terræmotu & Peſtilentiâ cum annotamentis GALENI. *In ædibus* Aſcenſianis. (e) 4.to Pariſ. 1511.

RODOLPHI AGRICOLÆ *Phryſii* nonnulla Opuſcula, ſolutâ & ſtrictâ oratione: THEODORICUS MARTINUS Aloſten. *imprimebat.* (f) 4.to . . . Antverp. 1511.

JOAN. FRANC. PICI *Mirandulani* Principis *Concordiæ*que Comitis Hymni heroici ad Trinit. Chriſt. & Virgin. cum commentariis luculentiſſimis ad Jo. THOMAM filium; Ejuſd. Sylva & Stauroſtichon : *apud* MATHIAM SCHURERIUM. (g) fol. . . Argentor. 1511.

BAR-

(a) XVIII. *Decemb.*

(b) *Ang.* POLITIANI, *Ant.* SABELLICI, *Phil.* BEROALDI, *Dom.* CALDERINI, *Jo. Bapt.* EGNATII, *Corn.* VITELLII, *Jacobi* à CRUCE *Bononienſis*, *Pii Antonii* BARTOLINI.

(c) *Ad Idus* Auguſt. *Venundantur ab* Joanne PARVO *&* Jo. BADIO Aſcenſio.

(d) *Ad Nonas* Septembris.

(e) 5. *Cal.* Decemb.

(f) *Prid. Cal.* Febr. *Regnante* MAXIMILIANO. In hôc Codice continentur, *Axiochus* PLATONIS Latinè; Epiſtola de congreſſu FREDERIC. Imp. & CAROL. *Burgund.* D. Epiſtola de re ſcholaſticâ; de formando ſtudio Tract. ISOCRATIS Parænes. ad DEMONICUM, Latinè ; Oratio in laud. Philoſophiæ; Oratio ad INNOCENT. VIII. Carmen de S. JODOCO; ANNA mater; Epiced. in Comit. *Spregelbergenſ.* Hymnus de omnibus Sanctis ; Carmina ad *Jodoc.* BESSELIUM & ad CASPAR. Abbat. Epitaph. in PHILIP. Nothum, D. *Brabantiæ* ; Epigrammata Latina.

(g) *Menſe* Auguſto.

(a) *Menſe*

Bartholomei Zamberti Comœdia Dolotechne : *ex ædibus* Schurerianis. (a) 4.to . . . . . . . . .

Erasmi Moria : *apud* Math. Schurer. (b) 4.to . . . Argentor. 1511.

Joan. Coclæi *Norici* Tetrachordum Muſices : *in Officinâ* Joannis Weyssemburger Sacerdotis 4.to . . Nuremb. 1511.

Lilii Gregorii Ziraldi *Ferrarienſis* Syntagma de Muſis : Mathias Schurerius *Artium Doctor impreſſit , non omiſſis accentibus in eis , quæ Græca ſunt.* (c) 4.to Argent. 1511.

Priscian. cum Not. Joan. de Aingre & Daniel. Cajetani : *per* Leonardum Pachel. fol. . . Mediolan. 1511.

Non. Marcellus, Fest. Pompeius, Varro de Ling. Lat. & Analogiâ : *venundantur ab* Egidio de Gourmont, *impreſſ. in* Belloviſu *per* Joan. Marchant. fol. . . . Pariſ. 1511.

Inſtituta Artium Probíque Catholica ; Corneliíque Frontonis de nominum verborúmque differentiis ; & Phocæ de flatili notâ & aſpiratione : *imprimebat* Hieronymus Soncinus. (d) fol. . . Piſauri. 1511.

Curii Lanciloti Pasii *Ferrarienſis* Laureati , inſtitutionis Grammaticæ libri 8. *apud* Schurerium. (e) 4.to . . Argentor. 1511.

Timanni Remeneri *Guernenſis* libellus regiminis & conſtructionis, ſedulâ Joannis Finetii *Paulinenſis* operâ nuperrimè

recog-

(a) *Menſe* Novembri.
(b) *Menſe* Auguſt.
(c) *Idib.* Auguſt.

(d) XII. Februarii. *Ill.* Galeatio Sfor. *gubernante.*
(e) Gesner. & Simler. *Biblioth.*



(a) *Die*

recognitus, omnibus propè mendulis abſterſis; cui gerundiorum & ſupinorum nonnullarúmque regularum communium ejuſdem FINETII fragmenta præponuntur, annotatiunculis paſſim in margine additis: *impreſſ. operâ magiſtri JOHANNIS GAULTHIER Chalcographi ac Bibliopolæ almæ Univerſitatis* Pariſienſis *ad ſignum Sanctæ* Genovephæ *in vico divi* Johannis Belvacenſis *commorantis*. (a) 4.to . Pariſ. 1511.

Real di Franza con figure novamente ſtampato. (b) fol. . . . . Venet. 1511.

Pſalmi ſeptem Pœnitentiales Hebraïcè cum Latinâ Verſione JOAN. REUCHLINI. (c) 8.° . . . . Tubing. 1512.

Biblia Latina cum pleno apparatu ſummariorum, indicis numeríque foliorum diſtinctione terſiſſimè ac nitidiſſimè impreſſa: *typis* PHILIPPI PIGOUCHET. (d) fol. . Pariſ. 1512.

Ead. Emendata per ALBERTUM CASTELLANUM: *apud* JAC. SACON. (e) fol. & 8.° . . . . . Lugd. 1512.

Ead. *apud NICOLAUM DE BENEDICTIS*. (f) 4.to . . Lugd. 1512.

Epiſtolæ & Evangelia totius anni *Hiſpanicè*



(a) *Die* XXV. *menſis* Januarii. *Venundantur* Parrhiſiis *à magiſtro* Johanne GAULTHERO *in* clauſo Brunelli *in interſignio Divæ* GENOVEPHES. Huic editioni præfiguntur *Jacobi* DE ALNETO *Vindocinenſis* preſbyteri ad adoleſcentes conſobrinos ſuos nobiles *Jacobum* & *Joannem* DE TAIX Epiſtola in laudem libri, & ejuſdem ad ſuum magiſtrum *Joannem* FINETIUM octaſtichon; item ipſius FINETII ad ſuos diſcipulos *Petrum* GAUDETUM *Rupellenſem*, *Andream* DE TURNONE, ac *Ludovicum* THINOT *Bolonienſem* Epiſtola data *ex Gymnaſio noſtro* Narbonico. *Octavo Calendas* Auguſti, *anno Domini milleſimo quingenteſimo undecimo*. Denique *Caroli* LE MAIGNEN *Lavalenſis* ad ſuos diſcipulos cohortatio, ut hanc Grammaticam legant. Ad calcem libri: *Finitur Syntacticæ Grammatices Compendium non parvâ quidem induſtriâ ex Grammaticis magìs pluris approbatis à liberalium artium magiſtro* Timanno REMENERO Wermeñ. *Scholarum regente apud ædes Sancti* PAULI Monſterii Weſtfaliæ *metropolis diligentiſſimo conquiſitum ad eorum profectum, qui hujuſce artis veriſſima admittuntur ebibere fundamenta. Exaratum accuratiùs* Parrhiſiis.

(b) *A di primo de* Octubrio.

(c,d,e,f,g) LONG, *Bibliothec. Sacr.*

ex verſione AMBROSII DE MONTESINO. (g) . . . . . . . 1512.

Vetus Editio Eccleſiaſtæ; OLYMPIODORUS in Eccleſiaſtem inſertâ nova tralatione interprete ZENOBIO ACCIAIOLO *Florentino*; ARISTEAS de LXXII. Legis Hebraïcæ interpretatione, interprete MATTHIÂ PALMERIO *Vincentino* : *in Officinâ* HENRICI STEPHANI *è regione Scholarum Decretorum.* (a) 8.° . . . . Pariſ. 1512.

ORIGENIS Opera Latinè ; Tomis quatuor. fol. . . .

Tom. I. *in ædibus* Aſcenſianis. (b) Pariſ. 1512.

Tom. II. III. IV. *in ædibus* Aſcenſianis. (c) Pariſ. 1512.

ORIGENIS Homiliæ in Geneſ. Exod. Levit. Numer. Joſ. Judic. HIERONYMO interprete : *per* BERNARDINUM BENALIUM. (d) fol. . . . Venet. 1512.

Ejusd. Explanatio in Epiſtol. PAUL. ad Romanos HIERONYMO interprete : *per* BERNARDINUM BENALIUM. (e) fol. Venet. 1512.

GREGORII *Niſſ.* qui fuit frater BASILII magni, Libri 8., de homine, animâ, elementis, viribus animæ, volontario & involontario, fato, libero arbitrio & providentiâ. (f);

Item

(a) Ad finem OLYMPIODORI, M.D.XII. *Martii* XVI. Ad finem ARISTEÆ XXVI. *Martii.* M.D.XI.

(b) *Ad Nonas* Maias.

(c) *Idibus* Octobr. *à* Jacobo MERLINO *Theologiæ Profeſſore collecta, & gravi ære, atque impenſâ* Joannis PARVI *&* Jodoci BADII *multâque accuratione ejusdem* BADII *coimpreſſa. Quæ omnia* —— LUDOVICUS XII. —— *proſpiciens* —— *privilegium Bibliopolæ & Impreſſori conceſſit intrà triennium* &c. Idem Privilegium additur Gallicè, —— *à* Jehan PETIT *Libraire Juré de l'Univerſité de* Paris *&* Joſſe BADE *Imprimeur en ladite Univerſité.*

(d) *Die ultimo* Madii.

(e) 16. *Septemb.*

(f) *Imper. Cæſ.* MAXIMILIANO. *P.F. Augus. Patri Patriæ Libertatisque aſſertoris.* Beat. RHENANUS. *F.C.* Eadem inſcriptio legitur in Q. CURTII titulo editi, 1518.

(a) *Menſe*

Item GREGOR. *Nazianz.* in GREGOR. *Niſſ.* Oratio; item BASIL. de differentiâ Uſiæ & Hypoſtaſis; & GREGOR. *Nazianz.* duæ Epiſtolæ ad THEMISTIUM; Latinè: *ex Officinâ librariâ* MATHIÆ SCHURERII Seleſtenſis *artium Doctoris.* (a) fol. . Argentor. 1512.

DAMASCENI Theologia quatuor Libris explicata FABRO interprete; & adjecto CLICHTOVEI ad litteram Commentario elucidata: *ex Officinâ* HENRICI STEPHANI *è regione Scholæ Decretorum.* (b) fol. . Pariſ. 1512.

JAC. FABRI *Stapulenſis* Comment. in D. PAULI Epiſtolas: *apud* HENRICUM STEPHANUM: (c) fol. . . Pariſ. 1512.

HUGONIS DE SANCTO VICTORE Quæſtiones in Divi PAULI Epiſtolas numquam antehac impreſſæ: *in ædibus* THEODORICI MARTINI Aloſtenſis: (d) 4.to Lovan. 1512.

JOANNIS RUSBÊRI Presbyteri de ornatu ſpiritualium Virginum libri tres: *in Officinâ* HENRICI STEPHANI: 4.to . Pariſ. 1512.

CLICTOVEI de verâ nobilitate Opuſculum: *per* HENRICUM STEPHANUM *artis impreſſoriæ induſtrium opificem ex oppoſito Scholæ Decretorum habitantem.* (e) 4.to . Pariſ. 1512.

Rabi JOSEPH *Hyſſopæus* de Hebraïco in Latinum per JOAN. REUCHLIN. translatus: *in ædibus* THO. ANSHELMI Badenſis. (f) 4.to . . . . Tubing. 1512.

Ritus

(a) *Menſe* Maio.

(b) *Hæc* DAMASCENI *cum expoſitione prima æmiſſio typis abſoluta eſt anno Chriſti omnium Conditoris & Rectoris.* M.D.XII.: *Nonis* Februariis.

(c) SIMLER. *Biblioth.* „ chartis 145.

(d) *Venundatur è regione Scholæ Juris Civilis in ædibus* Theodorici MARTINI Aloſtenſis, *qui & typis tornatiſſ. excudebat* Lovanii *decimâ quartâ Calendas* Decembres *anno à Natali Chriſtiano* XII. *ſupra* M.CCCCC. *regnante Divo* MAXIMILIANO *electo Romanorum Imperatore ſemper Auguſto.*

(e) *Septimo Calendas* Septembris.

(f) *Sexto Calendas* Martias.

(a) Epiſtola

Ritus & celebratio Phaſe Judæorum per Doctorem THOMAM MURNER ex Hebræo in Latinum traducta. (a) 4.to . . . . . .

HIPPOCRAT. de præſagiis in mortis acutis : *ex Officinâ* HENRICI STEPHANI. (b) 4.to . . . . . . Pariſ. 1512.

PAULI ÆGINETÆ precepta ſalubria GUILIELMO COPO *Baſilienſi* interprete : *ex Officinâ* HENRICI STEPHANI. (c) 4.to Pariſ. 1512.

Anatomia MUNDINI: *impreſſa per JACOB. DE BURGOFRANCO Bibliopolam ſumptibus ALOYSII DE CASTELLO* Comenſis *ac BARTHOLOMEI DE MORANDIS* Bergomenſis *Sociorum.* (d) 4.to Papiæ. 1512.

Artificialis Introductio per modum Epitomatis in decem libros Ethicorum ARISTOTELIS, adjectis commentariis elucidata: *per* HENRICUM STEPHANUM *in formulariâ litterarum arte opificem; venalis in Officinâ librariâ ejusdem* HENRICI *è regione Scholæ Decretorum ſitâ, cum nonnullis aliis Operibus Philoſophiæ ſtudio non parum accommodis.* (e) fol. . Pariſ. 1512.

Introductio JACOBI FABRI in Politica ARISTOTELIS; & XENOPHONTIS OEconomicus : *ex Officinâ* HENRICI STE-

PHA-

(a) Epiſtola datur 1512.

(b) CHEVILLER. p. 163.] „ Dans „ l'édition qu'il fit en 1512. in 4. du Trai- „ té d'HIPPOCRATE *De præſagiis in morbis acutis*, il imprima la premiere ſyllabe du mot *febris* par un *æ*, & par-là il „ ôtoit la liberté de la rendre bréve. Il „ dit avec eſprit, que par une erreur il a- „ voit choiſi la longueur dans la fiévre, „ que pour ſe corriger, il y préferoit la „ briéveté comme moins dangereuſe. *Fæbrem longam ſibi Chalcographus delegit, tametſi febris correpta ſit minùs periculoſa.* Cette maniere de corriger une faute d'impreſſion eſt plus recevable, que „ celle dont on ſe ſervit pour faire inſulte à „ un celebre Docteur, qu'on appella ex- „ près *Docte*, & puis on mit un *Errata* „ pour retracter cette Epithete, en faiſant „ remarquer, que c'étoit une faute, & „ qu'au lieu de ce mot *docte*, il faloit lire „ *Docteur*, c'étoit abuſer de l'*Errata*, & „ en faire une médiſance fine & malicieuſe.

(c) *Decimâ ſextâ* Aprilis.

(d) 20. *Octobr.*

(e) *Anno ab incarnatione Domini virtutum* 1512. *quintâ* Maii.

(a) *Pri-*

PHANI *è regione Scholarum Decretorum.* (a) fol. . . . . . . . . Pariſ. 1512.

Meteorologia ARISTOTELIS cum JACOBI FABRI *Stapul.* paraphraſi, & commentar. JOANNIS COCLÆI *Norici*: *in Officinâ FREDERICI PEYPUSS.* (b) 4.to . Norinberg. 1512.

APULEII Aſin. Aur. cum PHILIP. BEROALD. comment. *expenſis LUDOVICI HORNKEN & GOTTFRIDI HITTORPII ſociorum*, *induſtriâ* JOANNIS PHILIPPI. fol. . . . . . Pariſ. 1512.

ANTONINI Itinerarium ex recognitione LONGOLII: *venale habetur*, *ubi impreſſum eſt*, *in domo* HENRICI STEPHANI *è regione Scholæ Decretorum*: (c) 12.° . . Pariſ. 1512.

EU-

(a) *Pridie Nonas* Septembris. Huic Editioni præfixa eſt hæc Epiſtola.

VOLGATIUS Pratenſis
JOANNI SOLIDO Cracovienſi *Salutem* D.

*Apud hoſpitem tuum* Henricum STEPHANUM, *in cujus officinâ diverſor*, *comperi manu tuâ exſcriptam in* Politica ARISTOTELIS *introductiunculam*, *inſuper &* OEconomicon XENOPHONTIS; *illam communi præceptori noſtro tribuis*; *hoc cuidam* Raphaëli VOLATERRANO, *ut qui ex Græco Latinum fecerit*: *quod & antea* CICERONEM *factitâſſe &* COLUMELLA *&* HIERONYMUS *locupletes ſunt teſtes. Illa ſuccinctam & haud inconducibilem continet eruditionem*, *hoc autem non inamænam diſputationem*: *neque hactenus noſtris viſa in lucem prodiere Quare viſum eſt*, *ut illa publicarem*, *& primitias noſtræ compoſitionis ad te mitterem*: *ut vel ſic intelligas*, *neque labores tuos*, *quos in illis ſcribundis ſuſcepiſti*, *periiſſe*; *neque me frigide in novo opificio*, *quod Deo opitulante ſuſcepi proſequendum*, *verſari. Caterùm ſi me amabis*, *ubi D.* Martinum TOLNINUM *meo nomine ſalutaveris*, *eum communicatione libelli participem efficies*: *ut ſicut ipſe mei*, *me ſui cognoſcat non immemorem. Quod autem ad te attinet*, *vide*, *ne* Rhomanus *aër te in aliquo offendat. Serva te nobis mente corporéque incolumem*: *& de ſtudiis tuis nonnichil nobis alterna. Vale*; *ex* Pariſiorum *Urbe*, *duodecimo ſupra* M.D. *Pridie Idus* Sept.

Ipſa eadem hæc Epiſtola, hìc recuſa, habetur in priore hujus Operis apud *Henric.* STEPHANUM impreſſione ann. 1508. ne minimo quidem verbo immutato, niſi quòd in illâ præcedente variet duarum vocum orthographia [*Romanus* & *nonnihil*], ſed [*Rhomanus* & *nonnichil*] fuit (ut puto) antiquioribus acceptior, & fortè non injuriâ. Præterea datæ Epiſtolæ annus diverſus eſt, cùm tamen menſis dies idem ſit. Nam in priore legitur *octavo ſupra* M.D. at in utrâque *Pridie Idus* Sept. Miror equidem anni mutationem; nam tempus, quo data eſt editoris Epiſtola aut Præfatio, neque mos neque opus eſt in repetitis Editionibus mutari; nec enim, ſi mutaretur, quoties nova ſub prælo ſudat impreſſio, poſſet de primæ emiſſionis tempore (quod plurimum fit) haberi conjectura.

(b) 3. *Id.* Novemb.

(c) Annus (1512. 14. *Caland. Septb.*) indi-

Euſebii *Cæſarienſis* Epiſcopi Chronicon, Hieronymo presbytero interprete, cum Prosperi, Matthæi Palmerii *Florentini*, Matthiæ Palmerii *Piſani*, & Joannis Multivallis *Tornacenſis* additionibus: *per* Henricum Stephanum *in formulariâ litterarum arte opificem, illius maximâ curâ & diligentiâ, nec non ejusdem &* Jodoci Badii *in hôc Opere ſociorum parvis expenſis.* (a) 4.to . . . . . Pariſ. 1512.

Cla-

indicatur in præfixâ *Godofridi* Torini *Epiſtolâ.*

(a) *In almâ* Pariſiorum *Academiâ ab incarnatione Domini cunĉta gubernantis milleſimo quingenteſimo duodecimo, Idibus verò* Junii. —— In initio habemus hoc Epigramma.

Joannes Multivallis *Tornacenſis*
Director hujus Operis
& in Officinâ recognitor,
Lectoribus Salutem.

Euſebio *bona cura fuit deſcribere rerum*
*Tempora; ne pereant, cudere noſtra fuit.*
*Sed niſi qui fidus mendas aboleret, adeſſet,*
*Hic foret exiguâ commoditate labor.*
*Quid quoque ſi deſit (quo promptè ſingula quæras)*
*Index, perpaucos nónne juvabit opus?*
*Cúmque priùs deeſſet, nobis adjunctus hic Index*
*Perfacilis, numeris cuncta notata docens.*
*Si juvat hic noſter labor, & placet, haud aliud quid*
*Expetii: ſatis eſt; id fero, quod volui.*
*Valete.*

Et in fine:

Joannes Multivallis
Lectoribus Salutem.

*Cùm* Euſebio *novum in principio Indicem adjecerim, æquum michi viſum eſt, ut inter hoc Opus in officinâ dirigendum, quod in anno Chriſti* 1481. *finem ſuum contraxerat, quicquid à tempore illo ad diem usque emiſſionis ejus memoriâ poſteritatis dignum audiviſſem, paucis tanquam pro annotamento prioribus adjungerem: ut completius eſſet hoc Chronicon, & haberent promptius harum rerum ſtudioſi conſulere Hiſtorias, quæ materias easdem diffuſiùs tractabunt. Ergo qui hæc legent, boni conſulant, & laboribus noſtris non detractent. Valete.*

Michaëlis Pontani
in præſens Opus Decaſtichos.

*Quos lubet Annales & terſos volvere Libros,*
*Aut quos exiguo magna parare juvat;*
*Adſitis faciles: votis majora rependet*
Euſebius; *veras en dabit hiſtorias:*
*Geſtáque discretos deſcribet fidus in annos,*
*Sub quâvis gelidi parte peracta poli.*
*Hic legere eſt brevibus, quæ mille Volumina tangunt,*
*Atque exempla, quibus vita regenda venit.*
*Ergo age, limatos, lector ſtudioſe, libellos*
*Perlege: perlectis commoda multa feres.*

*Errata nonnullis in locis ex* Euſebio *deprehenſa, & in Officinâ ſedulò recognita.* &c. *Hæc ſuperiùs annotata compluribus in locis caſtigata invenies; & ubi primùm deprehenſa fuerant, in ipſâ Officinâ ad limam reducta. Siqua verò alia mendoſa occurrerint ex litterarum adjectione, omiſſion, præpoſtero ſitu aut permutatione contracta, ea facilè quisque ſuo ingenio deprehendet; neque quis ex ipſis unquam à rectâ ſententiâ aberrandi trahet occaſionem.* Hinc licet æſtimare maximam in correctione Officinæ curam.

Non poſſum (res præſertim Typographicas ſcribens) præterire, quod in *Matthiæ* Palmerii *Piſani* ad Euſebii

Chro-

Clariſſimi Hyginii Poeticon Aſtronomicon Opus, cum planetis & variis ſignis hiſtoriatis : *impreſſum per* Melchiorem Sessa. (a) 4.to . . . . . Venet. 1512.

Polydori Vergilii *Urbinatis* de Inventoribus rerum libri tres ; M. Antonii Sabellici de artium inventoribus ad Hieronymum Baffum *Forojulienſis* provinciæ Quæſtorem Carmen ; ex ſecundâ recognitione : *in Officinâ* Mathiæ Schurerii Seleſtenſis *Art. Doct.* (b) 4.to . . . Argentor. 1512.

Leonis Baptistæ Alberti *Florentini* libri decem de re ædificatoriâ : *in Sole aureo vici Divi* Jacobi, *operâ* Bertholdi Rembolt *&* Ludovici Hornken *in eodem vico ad interſignium trium Coronarum è regione divi* Benedicti *commorantium* : (c) 4.to Pariſ. 1512.

Strabonis Geographia Latinè interprete Gregorio *Tifernate* & Guarino *Veronenſe* ; Charactere Gothico : *per* Egidium Gourmont. fol. . . . . Pariſ. 1512.

Antiquitatum variarum volumina XVII : *operâ* Aſcenſianâ. (d) fol. . . . Pariſ. 1512.

Eutropius & Paulus Diaconus cum marginalibus Annotationibus Nicolai Maillardi *Rothomagenſis* : *apud* Galliotum du Pre' *typis* Egidii Gourmont. fol. . . . . . Pariſ. 1512.

Hiſtoria

Chronicon additione memoratur anno 1457. *Quantum litterarum ſtudioſi* Germanis *debeant*, *nullo ſatìs dicendi genere exprimi poſſet. Namque à* Joanne Gutemberg Zumjungen *Equiti* Maguntiæ Rheni *ſolerti ingenio librorum imprimendorum ratio* 1440. *inventa*, *hòc tempore in omnes ferè orbis partes propagatur* ; *quâ omnis antiquitas parvo ære comparata poſterioribus infinitis voluminibus legitur.* Maximi profectò momenti eſt apud me, utì & apud omnes ſanos lectores, Hiſtorici *de temporibus ſuis* (lege folio 153. illius Chronici) ſcribentis authoritas. Palmerii illius *Piſani* Opuſculum anno 1481. finitur,

(a) *Die* xv. *menſis* Septemb.

(b) *Menſe* Junio *regnante Cæſ.* Maximiliano P. F. *Aug.*

(c) xxiii. *Auguſti.*

(d) *Ad* 15. *Calend.* Feb.

(a) *Anno*

Hiſtoria Daretis *Phrygii* de excidio *Trojæ*, cum figuris ligneis: *impreſſ. per JOANNEM VIRIDIMONTANUM.* (a) 4.to . . . . WITTENBURGII. 1512.

Caii Crispi Salustii Opera cum pluſculis additamentis: (b) 8.° . Pariſ. . . .

Sue-

(a) *Anno* 1512. *apud* Auguſtinianos.

(b) Hæc editio in principio & fine habet *Dionyſii* Roce Inſigne typographicum: excuſa characteribus Italicis exilibus, & *Gulielmi* le Rouge, qui pro *Dionyſio* Roce imprimebat, propriis. Nulla temporis nota adjicitur, præterquam in Epiſtolâ præfixâ.

Jodocus Badius Ascensius clariſſimo Viro & inter Cives *Gandavenſes* Primario Egidio de Quernoligno Salutem.

*Cogitanti mihi ſæpe, quonam munuſculo te donare poſſem, occurrit tandem* Caius Criſpus Salustius: *qui, cùm brevitatis & veritatis ſit diligentiſſimus amator, viſus eſt mihi ſe velle in breviſſimum codicem veluti pro enchiridio habendum comprimi: quam rem, quia tibi placituram confidebam (es enim ſingularis breviorum characterum amator) lubens ſuſcepi* &c. *Ex Officinâ noſtrâ litterariâ apud* Parrhiſios *rurſus ad Kalen.* Septemb. *anni* M.D.XII. In fine additur hac Allocutio. *Habetis, Latialis eloquii tirones,* Criſpum Salustium *diligenti accuratione excuſſum. In quo quæ multa inverſa, multa manca, multa ſupervacanea & Impreſſorum & Scriptorum incuriâ legebantur, ſuo nitori priscæque illi antiquitati (Codice* Aldino *duce, quem ſecuti ſumus) reſtituta. Inſunt præterea ejuſdem in* Ciceronem, Ciceronis *in eum:* Ciceronis *item in* Catilinam *Invectivæ quinque, &* Catilinæ *ad* Ciceronem *reſponſivæ duæ: item* Portii Latronis *in eundem* Catilinam *Declamatio: cum illarum virorum doctorum Orationum, etſi non eo ordine, quo in* Pariſino *illo vulgari legebantur (quoniam* Aldinum *codicem ſecuti ſumus) appoſitione. Quem inter legendum ſi elementorum inverſio, vel transmutatio, ſeu diphthongorum non debita obſervatio, modicùm vos læſerit, amicâ manu caſtigate: Supereſt, ut boni conſulatis.*

Anno 1512. Sallustii editionem, enchiridii formâ, à Badio prodiiſſe ſatis probat ipſius Epiſtola ſuprà allata; eodem forſan charactere, quo Juvenalis & Persius hôc etiam anno ab eo impreſſi ſunt, excuſam. Conſtat prærerea ex voce *rurſus*, quæ in illâ Epiſtolâ legitur, illam *Badianam* Sallustii emiſſionem fuiſſe ſecundariam. An verò iſta, quam *Gulielmus* le Rouge pro Rocio elaboravit, hôc quoque anno fuerit publicata, dubitandi adhuc relictus eſt locus. Idem tamen *Gulielmus* le Rouge expenſis ejuſdem *Dionyſii* Roce, eâdem typorum figurâ ſed formâ majore, Lucanum (de quo poſtea) anno M.D.XII. excudit. Hic lubet inferere librum, iiſdem (quo iſte Salustius) typis Italicis exilibus & *Gulielmo* le Rouge ſoli tunc uſurpatis excuſum, nullo etiam temporis indicio notatum, in 8. Cujus ſic ſe habet titulus, rubricâ variegatus, ad *Gulielmi* le Rouge cognomen forſan alludendi gratiâ.

„ M. Plauti Comici clariſſ. Comœ-
„ diæ luculentiſſimæ & facetiſſimæ, ac-
„ curatiſſimè nuper recognitæ à diſertiſſi-
„ mo viro Symone Charpentario,
„ ac penè infinitis mendis terſæ: nunquam
„ antea cis *Alpes* impreſſæ. Cum ejuſ-
„ dem familiaribus in unamquamque Fa-
„ bulam argumentis, nominúmque Ety-
„ mologiis. Jam apud *Parrhiſios* ipſius
„ *Charpentarii* curâ in lucem editæ ſunt,
„ duâſque in partes diſtinctæ: in primâ
„ decem priores, in ſecundâ reliquæ de-
„ cem continentur. Væneunt viâ *Ja-*
„ *cobæâ*

,, *cobæâ* apud *Dionyſium* Roce ſub divi
,, Martini ſigno.

In utriusque partis & initio & fine affixum eſt *Dionyſii* Roce typographicum Inſigne, cum lemmate, A LAVANTVRE TOVT VIENT A POINT QVI PEVT ATENDRE. DENIS ROCE. *Plautinæ* hujus Editionis primæ parti hæc præmittitur Epiſtola.

Symon Charpentarius *Parrhiſienſis.* P. Fausto Andrelino *Forolivienſi* Poetæ laureato, regio necnon regineo, clariſſimóque Oratori fœlicitatem.

Pomponius Lætus *in eâ, quæ eſt ad* Auguſtinum Maphæum, *Epiſtolâ refert* Marcum Valerium Probum *aliquando animadvertiſſe veteres negligi, & ob id contracta multa Exemplaria emendare, diſtinguere, & annotare curaviſſe; ſeque ejus viri exemplo id ipſum aliquâ ex parte conatum fuiſſe confitetur. Id quod cùm ipſe legiſſem, utriusque, tum* M. Probi Valerii, *tum* Pomponii Læti *veſtigia inſectari cupiens itidem perficere inſtitui.* —— *In tantâ librorum varietate ac multitudine die quâdam inter verſandum nonnullos vetuſtos penitúsque pulverulentos Codices (quos apud me habens à diuturno tempore non verſaveram) forteſortuna * Comœdiæ* Plautinæ *antiquo charactere impreſſæ & quaſi vetuſtate ipſâ pereuntes in manus inciderunt.* —— *Sed proh dolor! bona illa antiquitas jam depravata eſt, jam periit prorſus illius genuina lectura; ut non mirum, ſi veterum, præcipuè Poëtarum, lectio ſit nobis ærumnoſa; quippe ea viget tempeſtas, quâ ſit facilius quid novum ædere quàm æditum (ſaltem ab antiquis) faciei priſtinæ reſtituere. Si cauſam roges, probæ ac veræ antiquitatis penuriam tibi objiciam. Addam præterea optimorum Codicum depravationem ad noſtra usque tempora continuè in dies magìs atque magìs incuriâ quâdam pullulâſſe, ut jàm vix emendatum reperias ex tot millibus unum. Auri (credo) ſacra fames hujusce rei eſt cauſa potiſſima: lucróque (ut non minùs verè quàm eleganter protulit ipſe* Pomponius) *potiùs quàm emendationi conſulitur. Itaque pro ejusdem ſententiâ ipſa librorum impreſſio potiùs ad Romanæ Linguæ exitium quàm utilitatem excogitata atque inventa videtur. Cujus quidem aſtipulator nedum teſtis eſſem ampliſſimus; quia decem menſibus cùm* Plautinas *Comœdias (quæ jam tot virorum etiam eruditorum manibus pertractatæ ſunt) verſarem, contractis multis Exemplaribus, inveni ſanè multa eſſe addita, mutila, contortuplicata, diſſonáque, plurima adulterina & præpoſtere commutata. Romani eloquii patris me cœpit miſereri: ſummóque ac diuturno labore illuſtrium virorum (qui huic Operi emendando egregiam navârant operam) recognitiones copulans, futilibus rejectis melioribúsque receptis, id ipſum Opus ſtudioſis Lectoribus emendatum curavi reſtitui. Quantum autem laboris ſumpſerim, quantum in eâ re ſudaverim, teſtes erunt antiqui Codices, ii præſertim, qui tum* Mediolani, *tum* Venetiis, *his modò elapſis annis, impreſſi fuere: quos eò à noſtris diſcrepare noſcet candidus lector, quò unius aſtri lumen à Solis ſplendore diſcrepat.* —— *Tu ſanè mihi inter primarios viros is viſus es, cui eas lucubratiunculas dedicare eſſet neceſſarium. Apud te Poëtarum nomen plurimum habet auctoritatis, cùm ipſe ſis eorum ex numero, qui vivunt, eruditiſſimus Poëta. Hinc teſtes lecturæ tum regiæ tum regineæ, quas non ſinè optimâ mercede perficis. Hinc Opera permulta poëtica tuo ſplendidiſſimo Marte fabricata.* —— *Si quid autem in his minùs rectè emendatum repereris, aut fortè incuriâ aut inadvertentiâ quâdam omiſſum, aut ignoſcas noſtræ parvitati, aut calamo ne parcas oro.* &c. Ad primæ partis calcem additur *Antonii* Destouteville ad *Johannem* Charpentarium Vicecomitem de *Novo caſtro* elegiacum Carmen; in quo hi verſus:

,, *Parrhiſius Symon* carie & ſquallore re-
,, motis
,, Hunc ſenio æternum juſſit habere
,, decus:
,, Qui tibi ſanguineo & fraterno junctus a-
,, more
,, *Plautinos* voluit reddere ſorte ſales.

Deinde ſubſequitur *Pauli* Canalis patri-

* Vox *impreſſæ* dat locum conjiciendi illum Plauti Codicem fuiſſe non manuſcriptum ſed aliquem ex antiquis excuſis. Plauti prima (quam ſcio) impreſſio fuit *Venetiis* per Johannem *de Coloniâ* & Vindelinum *de Spirâ* 1472. fol.

Suetonii Cæſares cum Phlip. Beroaldi Commentationibus & paraphraſticâ M. Ant. Sabellici interpretatione ; ac Philippi Beroaldi Vitâ per Barptolomæum Blanchinum *Bononienſem* conditâ ad Camillum Palæottum: *Venundantur ſub Interſignio trium Coronarum fœlicis* Coloniæ Agrippinæ *in vico divi* Jacobi ; *impreſſ. operâ cum primis honeſti viri Magiſtri* Joannis Philippi, *ære verò nec non impenſis*

patritii *Veneti* ad Plautum Carmen choriambicum Aſclepiadeum.

„ Vates *Auſonidon* eloquii pater,
„ Quo ſe *Pierides* pollicitæ Deæ
„ Uti, contigerit ſi Italicè loqui ;
„ Quis te à barbarici carceris aſſerit
„ Squallore & *Geticâ* compede liberat?
„ Nam prodis nitidus, qui fueras modò
„ Squallens, horridulus, ruſticus, & lacer.

„ Plautus *reſpondet.*

„ Omnes è facie clarior abſtulit
„ *Symon* hic maculas, oráque reddidit
„ Mî doctis nitida & compta laboribus;
„ Ut, cùm me aſpicio, jam videar mihi
„ Talis, qualis eram, pulpita ſcenico
„ Cùm riſu quaterem, méque Quiritium
„ Laudaret pedibus turba ſtrepentibus.

„ Dominici Palladii Sorani
„ *Diſtichon.*

„ Venit *Apollineo* fœlix ſub ſydere *Plau-*
„ *tus*,
„ Qui quondam tenebris ſemiſepultus
„ erat.

In initio ſecundæ Partis hæc habetur Epiſtola :

Egidius Delphus Guilielmo Copo *Baſileienſi* Medicorum eruditiſſimo Salutem plurimam dicit. —— *Hunc ſuaviſſimum Poëtam emendare ſtuduit alumnus tuus* Symon Charpentarius —— *cujus & ego ingenio atque labore non parum reficior celerem profectum demiratus. Datum* Parrhiſiis *quarto Idus* Maias.

Ad calcem : *Finis* Plautinarum *Comœdiarum emendatarum per clariſſimum virum artium Doctorem* Simonem Charpentarium Parrhiſienſem.

Dionysius Rocius Bibliopola ad Lectores.

*Quæ verò priùs erant corruptæ penitus ac inemendatæ nec cis* Alpes *impreſſæ ; eas* Symon Charpentarius *in lucem hìc apud nos educi primus curavit, & ſemel atque iterum correxit : faciens fidem ex doctiſſimorum virorum hujus ſæculi luminum*, Hermolai Barbari, Joannis Baptiſtæ Pii, Petri Vallæ Placentini, Bernardi Saraceni, Merulæ, Politiani, *&* Beroaldi *emendationibus recollectis. Adde, quòd & multa ex* Varronis, Festi Pompeii, Nonii Marcelli, Diomedis, Velii Longi *&* Prisciani [hìc aliquid omiſit Typographi incuria] *reſtituit; & quicquid novitii Interpretes obſervavere.* —— *Nunc verè nuper ejuſdem induſtriâ & diligentiâ noſtríſque impenſis eaſdem* Plautinas *Comœdias Italico charactere imprimi apud* Guilelmum le Rouge *nobis perſuaſit* &c. Hanc Plauti editionem *Pariſienſem* Simonis Carpentarii *Albertus* Fabricius in *Bibliothec. Latin.* (pag. 9.) & ejusd. Supplement. (pag. 4.) anno 1513. prodiiſſe notat ; additque, in eâ *primùm editum Supplementum* Aulularíæ, *quod deinde* Gryphius Meurſiúsque

*penſis integerrimorum Bibliopolarum* LUDOVICI HORNKEN & GODEFRIDI HITTORPII: (a) fol. . . . Pariſ. 1512.

VALE-

SIÚS*que vulgaverunt.* In illo (quod conſului) Exemplari nullam quivi anni notam reperire. Ibi legitur illud *Aulularia* Supplementum à *nunquam hinc feres à me* usque ad *avis occinat.* Quod cum alio unà complemento à *Codro* URCEO addito vulgavit ante GRYPHIUM *Robertus* STEPHANUS anno 1530.

(a) Huic Editioni curandæ præfuit *Joannes* KIERHERUS *Sletſtatinus*, utì conſtat ex ipſius Epiſtolâ ad *Leutholdum* DE SALA, & brevi ad Lectorem alloquio (quod ad Libri calcem rejicitur) & nominis initialibus litteris monitioni (quam Bibliopola titulo inſeruit) ſubſcriptis.

BIBLIOPOLA CANDIDO LECTORI.

*Facturus certè pretium operæ, candidiſſime Lector, ſi nullas præter haſce in* SUETONIUM *commentationes, ad amuſſim exactâque diligentiâ excuſas emeris. Tantâ enim curâ caſtigationéque alias hactenus impreſſas vel albis quadrigis præcedunt, ut etiam* Momo *ſatisfacere poſſent. Quòd ſi ipſe tu operi noſtro album (ut dicunt) calculum adjeceris, non ſecus, ac ego dixi, eſſe haud dubiè affirmaveris. Quocirca ſi admonitioni noſtræ purgatas præbueris aures, neque ſiveris me* Hylam *inclamitare; hortaberis profectò me tanquam* Lydum *in planitiem ad pleraque alia ſtudioſæ juventuti non parum utilia coimprimenda. Sed ne extra oleas ferar, aſſem para: lætaberis. Neque pati velis hoc, quicquid eſt, operis tanquam Sardum foro ſupereſſe. Vale. I. K.* Et ad finem:

*I. K.* LECTORI BENEVOLO S.

*Pervenerunt jam non malâ avi ad umbilicum illæ duorum clariſſimorum virorum commentationes: quæ tantâ emendatione, tantâ induſtriâ noviſſimè in lucem prodierunt, ut nihil vel parum ſit, in quo labor noſter culpæ obnoxius eſſe poſſit. Eſt tamen nonnihil aliquando hallucinatum; in Græcis potiſſimùm (ex paraphraſi* M. Antonii SABELLICI) *cùm ob Exemplaris mendoſiſſimam corruptionem, tum etiam Græcorum (quos ſæpiuſcule citavit) Authorum inopiâ. Quod facilè* (1) *reſarcient, qui hæc, quæ nobis defuere, indepti fuerint. Cætera omnia munda, excuſſa, polita, & ad unguem facta ipſe, vel ſi nolis, confiteberis. Mirè enim hæc nova Editio alias omnes hactenus impreſſas longo relinquit intervallo* &c. Et ante Indicem: *Accipe & hunc, Lector candide, Indicem dictionum ſelectiorum, tanquam ſcopum certiſſimum: ad quem inquirendi animi propoſitum certiſſimè fixeris. Verùm quia nobis idem uſu venire potuit, quod & cæteris, qui in hòc genere laborem ſuum impenderunt, ſæpicule accidit (Quis enim Lynceus adeò ſempérque tam acutum viderit?) ſpero tamen nobis hanc veniam, quam & pluſculi licèt vix æquiore jure conſecuti ſunt, non incommodè dari poſſe* &c.

*Phil.* BEROALDUS (utì in ejus Vitâ per BLANCHINUM conditâ legitur) *natus eſt* Bononiæ, 7. *Id.* Nov. 1453. *Scripſit annotationes* (2) *in* PLINIUM, *cùm publicè profiteretur* Parmæ, *vixdum expletæ ætatis ſuæ undevigeſimo anno. Poſthæc* SERVII *correctiones: in* PROPERTIUM *commentaria cum centum annotationibus: item Orationes quasdam diſperſim habitas in juſtum Volumen redegit. Scripſit itidem* (3) *commentaria in* SUETONIUM, (4) Tusculanas Quæſtiones. *Poſthæc ſextum & quadrageſimum annum gerens* (5) *commentaria in*

(1) Conſulat Lector *Pariſinam* SUETONII Editionem 1610. in fol.

(2) Vix tres paginas implentes (FABRIC. *Biblioth. Lat.* p. 405.) impreſſ. *Parmæ* apud CORALLUM 1476. fol.

(3) Impreſſ. *Venet.* apud *Barthol.* DE ZANIS 1500. fol.

(4) Impreſſ. *Venet.* apud *Barthol.* DE ZANIS 1499. fol.

(5) Impreſſ. *Bonon.* apud *Benedict.* HECTOR. 1500. fol.

(6) CI-

VALERIUS MAXIMUS; Exempla quatuor & viginti nuper inventa ante Caput *de Ominibus*. (a) 8°. . . . Lugd. 1ſ12.

VALER. MAXIM. *apud domum Impreſſorum commorantium in vico Sancti* HILARII de la Celle. (d) 4.to . . . . Pictav. 1ſ12.

GUIDONIS DE COLUMNIS *Meſſanenſis*

His-

*in* Aſinum Aureum *componere inſtituit, abſolvitque. Scripſit quoque* (6) *annotationes in* Philippicas, *quas* Benedicti HECTORIS *nomine mihi* (*ſcil.* BLANCHINO) *dedicavit. In* (7) COLUMELLAM *annotationes complurimas edidit. Compoſuit & variæ eruditionis aliquot Opuſcula* &c. *Poëticam vix attigit. In hendecaſyllabis multum gloriæ meruit. Quosdam præteritos errores poſtremis ſcriptis ſuis damnavit. Litteris verò Græcis leviore ſtudio operam dedit* &c. *Maligno febris ardore implicitus deceſſit* XVI. *Kal.* Aug. *annum agens ætatis quinquageſimum primum ſupérque menſes octo ac dies novem* [anno Chriſti (8) 1504.] *relicto impubere adhuc filio* Vincentio *& uxore* Camillâ, *unà cum duobus fratribus* Antonio *natu majore ac* Joanne *Architecto Poſtumo.* BEROALDI Vitam ſequuntur nonnulla *Johannis Baptiſtæ* PII, UGERII *Pontremulenſis*, *Dominici* FUSCI *Ariminenſis*, & *Vigilii* PORTI *Mutinenſis* Carmina, cum hôc *Joannis* KIERHERI ſcazonte in hujus *Suetonianæ* Editionis laudem.

„ Bis ſex, benigne, Cæſares ama, lector;
„ Opus beatum ex omni parte perfectum
„ Interprete hôc gemino nitet magis bellè;
„ Dein bellulis (ut vix priùs) typis prodit;
„ Locis adauctum mille & ampliùs: „ monſtrat
„ Præfixa paginæ quod ſtellula elucens.
„ Hæc præter hiſtorias ſcitu nec indignas
„ Habes, & dictionum floſculis plenam
„ Sylvam: quod ipſe Copiæ voces cornu,
„ Si rite tu ſententiam feras: ergo
„ Bis ſex, benigne, Cæſares ama, Lector.

(a) ALDUS RO. CUSPINIANO Germano S. —— *Quatuor & viginti Exempla, quæ omnibus in* Italiâ VALERII MAX. *Exemplaribus tam impreſſis quàm manu conſcriptis deerant, ad me perhumaniſſimè miſeris* —— *Significaveris te vidiſſe in* Viennâ, *cùm ſtudia humanitatis publicè inibi profitereris*, VALERIUM *antiquiſſimum, in cujus principio quadam nunquam antè à te viſa* —— *Habemus alios plurimos benefactores, ex quibus unus ab extremo nuper orbe daturum ſe mihi* DONATUM *integrum in* Æneidem *totúmque* SERVIUM; *&* PROBI *Grammatici antiquiſſimos libros & alia quadam, quæ non habentur.* ——

(b) *Die viceſimâ nonâ* Maii. Quinam hi Impreſſores fuerint, ſcitur ex Inſignibus typographicis; quæ ſunt *tria Lilia*, *bini Boves*, & hæc nomina JEAN BUYER. GUILL. BOUCHER. I. B. Aliquando Inſignia cingebantur hôc dicto metrico circumeunte: *En la parfin de lœuvre louer Dieu Chacun de nous doit pour avoir ſa grace. A LVY DŌCQS POURCE Q'L LUY A Pleu No⁹ donner tems de ce faire & eſpace.* Utì legitur apud KAROLI *Magni Francorum* Regis geſta deſcriben: Opus egregium: *operâ Magiſtrorum* JOANNIS BOVERI *&* GUILLERMI BOUCHER *accuratiſſimè caſtigatum & à mendis ſcriptorum prioriſque impreſſionis vigili cum diligentiâ relevatum.* 4. ſinè anno.

(a) *Bi-*

(6) CICER. Orationes à BEROALDO recognitæ prodierunt per *Benedict.* HECTOR. fol. 1499.

(7) Authores rei ruſticæ cum excriptionibus BEROALDI prodierunt *Bonon.* per *Benedict.* HECTOR. 1494. fol.

(8) Itaque falſum eſt, quod in *Bibliothec.* SIMLER. legitur, cum claruiſſe anno 1510.

Hiſtoria deſtructionis *Trojæ Hiſpanicè* verſa à PETRO NUÑEZ DELGADO. (a) fol. Toleti. 1512.

PLATYN. de Vitis Pontificum Opus : *impreſſum à GILBERTO DE VILLIERS* Borbonnio, *impenſis honeſtiſſimi* VINCENTII DE PORTHONARIIS *& CONSTANTINI FRADIN.* (b) 8.° . . . Lugdun. 1512.

DIONYSII AFRI Periegeſis Græcè cum Latinâ RHEMNII interpretatione & CŒLII CALCAGNINI annotationibus: JOANNES MACIOCHUS BONDENUS *imprimebat.* (c) 4.to . . . . . Ferrariæ. 1512.

C. JUL. SOLINUS de ſitu Orbis & mirabilibus ; VIB. SEQUEST. de fluminibus, montibus, lacubus & gentibus ; Provinciarum totius Orbis nomina : *impreſſ. ab* HIERONYMO SONCINO: (d) fol. . . Piſauri. 1512.

QUINTILIAN. Inſtitut. cum caſtigationibus RAPHAËLIS REGII: *impenſis GEORGII DE RUSCONIBUS.* (e) fol. Venet. 1512.

LUCRETIUS : *ſumpuibus* PHILIPPI GIUNTÆ: (f) 8°. . . Florent. 1512.

HORATII Opera cum quatuor commentariis PORPHYRIONIS, ACRONIS, LANDINI, & MANCINELLI : *impreſſ. per LUDOVICUM DE BEBULCO* : (g) fol. . . . . Mediol. 1512.

OVID. Heroid. & in Ibin, cum comment. diverſorum : *per* JOANNEM TACUINUM

DE

(a) *Biblioth. Sicul.* Tom. I. pag. 267.
(b) XXII. *menſis* Februarii. Ludun.
(c) *Die* XVIII. Decemb.
(d) *Ultimo* Januarii.
(e) FABRIC. *Supplem. Biblioth Lat.*
(f) *Menſe* Martio.
(g) *Die* XXVI. Auguſti. In primâ Libri paginâ affigitur Inſigne, Cor ſcilicet, cum ſymbolico monogrammo ex Typographi nominis litteris conflato. Exhibentur etiam icones quinque ligneæ & rudes, Poetæ in medio, ipſiusque enarratorum. Sub LANDINI icone leguntur hæc verba : *AMBROSIO DA CAMPO.*

(a) XIII.

de Tridino: (a) fol. . . . Venet. 1ſ12.

Lucanus cum notulis & ſententiarum expoſitione: *per* Guilelmum le Rouge *eximium Calcographum*, *expenſis verò* Dionisii Roce *Academiæ* Pariſiorum *Bibliopolæ jurati in vico Sancti* Jacobi *ſub divi* Martini *effigie commorantis*. (b) 8.° . . Pariſ. 1ſ12.

Juvenalis Satyræ ab Jo. Badio Asensio cum marginalibus adnotamentis & argumentis *Mancinellicis* coimpreſſæ: *in ædibus* Aſenſianis. (c) 8.° . . Pariſ. 1ſ12.

Silii Italici Libri decem & ſeptem cum huberrimis Petri Marsi commentariis ad amuſſim emuncti nusquam citra *Alpes* impreſſi: *ex ædibus* Nicolai de Pratis, *impenſis verò honeſtiſſimorum virorum* Poncii Probi *&* Francisci Regnault *Bibliopolarum*: (d) fol. . . Pariſ. 1ſ12.

C. Valerii Flacci *Setini Balbi* Argonauticon: *impreſſum communibus* Jodoci Badii Ascensii *&* Johannis Parvi

expen-

(a) xiii. *Maii.*

(b) *Calendis* Aprilibus. Editio hæc elaborata eſt eodem illo ſingulari charactere, quo Sallustius paulo antea memoratus.

(c) *Ad* x. *Calendas* Auguſti. Eodem characteris genere, quo Horatius ann. 1ſ05: Romano & ſatìs nitido. Ibi autem Ciphræ foliorum neglectæ, hìc adnotatæ ſunt litteris numeralibus; FO: I: II: III: IIII: V. *&c.* Hìc libet inſerere Librum ſequentem, anni quidem notâ carentem, ſed eâdem typorum & moduli formâ excuſum: titulo autem rubricis inſignito. Pu. Ovidii Nasonis Metamorphoſeos Libri quindecim, jucundiſſimo charactere impreſſi, unà cum Jo. Badii Asensii Epitomatis nec non cum ejusdem Poetæ Vitâ ex ipſius libris per Aldum M. R. collectâ: *Venundatur* Parrhiſiis *in vico Sancti* Jacobi *ſub interſignio Lilii aurei*. *IEHAN PETIT.* cum hôc Badii Hexaſticho.

Jodocus Badius Ascensius
Jodoco Hallero
nobili erudito & bene morato adoleſcenti.

Haller *in* Aonios *qui transformatus olores*
*Fingis* Apollineâ *dexteritate melos*;
*Suscipe mutatæ ter quinque Volumina formæ*,
*Docti & ſuaviloqui ſcripta diſerta viri.*
*Suscipe*: *nec grave ſit nodoſa ænigmata legum*
*Interdum lepidis poſthabuiſſe jocis.*

(d) xi. *Kalendas* Maii. *Veneunt ab honeſtiſſimo Bibliopolâ* Poncio Probo *viâ divi* Jacobi *è regione* Mathurinorum *ad Lupi quadrupedis interſignium* *PONSET LE PREUX.*

(a) L

*expenſis in prælo Cæſareo.* (a) 4.to . Pariſ. 1512.

BARTHOLOMEI *Colonienſis* Dialogus Mythologicus: *in ædibus* THOMÆ ANSHELMI Badenſis: (b) 4.to . . Tubing. 1512.

LILII GREGORII ZIRALDI *Ferrarienſis* Syntagma de Muſis: MATTHIAS SCHURERIUS *impreſſit non omiſſis accentibus in eis, quæ Græca ſunt.* (c) 4.to . . Argent. 1512.

ADRIANI Cardinalis S. *Chryſogoni* venatio: *in ædibus* MATHIÆ SCHURERI: (d) 4.to . . . . . Argent. 1512.

GUILLERMI DE MARA utriusque cenſuræ Doctoris ac *Conſtantienſis* Eccleſiæ Theſaurarii ac Canonici de tribus fugiendis, ventre, plumâ, & Venere, libelli tres: *venale habetur in Officinâ librariâ* HENRICI STEPHANI *è regione Scholarum Decretorum* (e) 4.to . . . . . . . . . Pariſ. 1512.

Lexic. Græco-Latin. operâ HIERONYMI ALEANDRI: *induſtriâ & impendio proborum virorum* ÆGIDII GOURMONTII & MATHÆI BOLSECI *Bibliopolarum* Pariſienſium. (f) fol. . . . . . . . Pariſ. 1512.

CONSTANT. LASCAR. Grammatica; CEBETIS Tabula; de litteris Græcis ac diphthongis; abbreviationes; Orat. Dominic. &

Salu-

(a) I. P. IEHAN PETIT. *Anno Domini* M.CCCCC. *duodecimo. Nonis* Januarii.

GERVASII AMENI Drucenſis
de aureo JOANNIS PARVI Lilio
Tetraſtichon.

*Lilium ab æthereis demiſſum ſedibus olim*
*Gallica cœleſti regna beavit ope.*
*Aurea nunc etiam fœlici hæc ſydere nata*
*Lilia Gymnaſium Pariſienſe beant.*

(b) *Menſe* Octobri. *ſub illuſtri Principe* UDALRICO Wirtenbergenſi.

(c) *Menſe* Julio: *regnante Imp. Cæſ.* MAXIMILIANO *pio fœlici Aug.*

(d) *Menſe* Auguſto.

(e) CHEVILLER. p. 323: annum indicatū, quo illud, quod vidi, exemplar deſtituitur. Hoc Opusculum Author dicavit HADRIANO GOUFFIER titulo Sanctorum *Marcellini* & *Petri* Presbytero Cardinali atque Eccleſiæ *Conſtantienſis* Episcopo.

(f) *Ad Eidus* Decembres.

(a) *Men-*

Salutat. ad B. Virgin. Symbol. Apoſtol. Initium JOAN. Evang. PYTHAGOR. PHOCYL. JOAN. & CORINTH. de Dialect. omnia Græcè & Latinè; Introductio perbrevis ad Heb. Ling. *apud* ALDUM. (a) 4.to Venet. 1512.

CHRYSOLORÆ Erotemata Græcè: *apud* ALDUM. (b) 8.o . . . Venet. 1512.

URBANI Grammatica Græca: *impreſſa diligentiâ* JOANNIS DE TRIDINO *aliàs* TACUINO. (c) 4.to . . . Venet. 1512.

DOMINICI NANI MIRABELLII civis *Albenſis* Polyanthea: *apud* ADAM PETRI. (d) fol. . . . . Baſil. 1512.

Biblia Lat. cum Concordantiis V. & N. Teſtamenti ac diverſitatibus textuum in margine poſitis per ALB. CASTELLANUM Ord. Prædic. ſtudioſiſſimè reviſa, correcta & emendata: *per* JACOBUM SACHON *expenſis* ANTONII KOBURGER. (e) fol. Lugd. 1513.
& (f) Norimberg. 1513.

Pſalmi & Canticum Canticorum *Æthiopicè*, ſtudio JOANNIS POTKEN cum ejus præfatione Latinâ. (g) 4.to . . . Romæ. 1513.

Pſalterium *Germanicum.* (h) 4.to . METIS. 1513.

Pſalterium Quincuplex ad ſecundam & caſtigatiorem emiſſionem: *ex chalcotypâ* HENRICI STEPHANI *Officinâ è regione Scholarum Decretorum.* (i) fol. . . . Pariſ. 1513.

ORI-

(a) *Menſe* Octobri.
(b) FABRIC. *Bibliothec. Gr.* Vol. VII. p. 39.
(c) XX. Auguſti: *regnante inclyto Duce* LEONARDO LAUREDANO.
(d) GESNER. & SIMLER. *Biblioth.*
(e) LONG, *Biblioth. Sacr.*
(f) *Eadem forſan ac* Lugdunenſis *Editio.* LONG, *Biblioth. Sacr.*
(g) De hâc Editione fuſè antea actum eſt.
(h) LONG, *Biblioth. Sacr.*
(i) *Idibus* Juniis.

ORIGEN. Homil. in *Job. Cantic. Eſai. Jerem. Ezech. Matth. Luc. Johan.* HIERONYMO & HILARIO interpretibus: *per* LAZARUM DE SOARDIS. (a) fol. . . Venet. 1513.

S.ti HIERONYMI Epiſtolæ in tres partes tributæ: *per magiſtrum NICOLAUM DE BENEDICTIS.* fol. . . . Lugdun. 1513.

PAULINA (PAULI *de Middelburgo* Epiſcopi *Foroſempronienſis*) de rectâ Paſchæ celebratione, & de die paſſionis Domini noſtri JESU CHRISTI, duabus partibus: *impreſſ. per ſpectabilem virum OCTAVIANUM PETRUTIUM civem* Foroſemproniensem *impreſſoriæ artis peritiſſimum.* (b) fol. . . FOROSEMPRONII. 1513.

Liber trium Virorum [ſcil. HERMÆ, UGUETINI, & F. ROBERTI,] & trium ſpiritualium Virginum [ſcil. HILDEGARDIS, ELIZABETH, MECHTILDIS] editore FABRO *Stapulenſi*, VOLGATIO *Pratenſi* in Officinâ recognitore: *ex Officinâ* HENRICI STEPHANI *Chalcographi è regione Scholæ Decretorum.* (c) fol. . . . Pariſ. 1513.

JUDO-

(a) IX. *Maii.* cum privilegio Pont. Max. & *Venet.* Senat.

*Hæc quoque, quæ legimus, divina volumina fulgent*
*Preſſa ſub archetypis,* Lazare *magne, tuis.*
*Pro quibus ætherei clavem qui geſtat Olympi,*
Julius *inſignis ſtemmate Pontifico,*
*Edicto pœnas (niſi tu* Soarde*) minatur,*
*Nullus ut hoc artis imprimat author Opus.*
*Hæc eadem à* Veneto *lex eſt conceſſa Senatu,*
*Quæ premere hæc nullus Bibliopola poteſt.*
*Ergo vade, liber, mendâ deterſus ab omni;*
*Undique* Soardo *judice tutus eris.*

EXCUSATIO LECTORI.

*Si quid fortè tuos offendat, Lector, ocellos,*
*Quod mihi mendoſo grammate verſus eat;*
*Emendare velis: nam non me* Lazarus *iſtis*
*Confecit mendis Bibliopola tuus.*
*Sed turbata magìs preſſoris inertia, quando*
*Sera dedit laſſas artibus hora manus.*

(b) *Die octavâ* Julii.

(c) *Anno Mil.* CCCCC. XIII. *ſexto Nonas* Junias. *Iis qui, qui huic devoto pióque Operi emittendo quomodocunque invigilârunt, proſint apud Deum piæ preces legentium. Qui autem hoc Opus impreſſit, partim ære proprio, partim verò ſocii JOANNIS BRIENSIS opitulamine rem litterariam auxit.* Initio Libri apponuntur trium Virginum imagines ligno inciſæ. Inter Libros à *Theodoro Janſſonio ab* ALMELOOVEN, *Henrico* STEPHANO attributos hunc reperio, ELIZABETHÆ *Schonaugienſis ſororis* EGBERTI *Regis Viſiones.* 1513. Harum mentio fit in Catalogis Biblioth. *Barberin.* &

JUDOCI CLICHTOVEI libellus de laude Monaſticæ religionis : *apud* HENRICUM STEPHANUM. (a) 4.to . . . Pariſ. 1513.

CLICTOVEI Opuſculum de myſticâ numerorum ſignificatione, præſertim qui in ſacris litteris uſitati habentur : *per* HENRICUM STEPHANUM *artis excuſoriæ librorum ſedulum & induſtrium opificem è regione Scholæ Decretorum habitantem.* (b) 4.to . . Pariſ. 1513.

CLICTOVEI de puritate conceptionis B. MARIÆ Virginis libri duo ; de ejuſdem in filii paſſione dolore liber unus ; de ejuſdem juxta filii crucem ſtatione Homelia ; de ejuſdem aſſumptione liber unus : *per* HENRICUM STEPHANUM *librorum imprimendorum induſtrium opificem*

*è re-*

*& Bodleian.* (quarum & præcipuè ope maximâ ex parte ſuum Indicem eſſe confectum ſcribit ALMELOOVENIUS). At verò ELIZABETHA illa ſoror EGBERTI Regis in illis Catalogis non vocatur. Ubi id legerit ALMELOOVENIUS, neſcio. Certus autem ſum, unam trium ſpiritualium Virginum fuiſſe ELIZABETHAM *virginem Cœnobitam Sconaugienſem*, cujus *Viſiones ſermonéſque ad fratrem ſuum* EGBERTUM ſex libris in Editione illâ per *Henr.* STEPHAN. 1513. factâ excuduntur. Verùm legitur hæc ad marginem (p. 119.) nota, *Frater ille fuit* EGBERTUS *Abbas Sancti Florini.* ALMELOOVENIUM itaque Catalogus neſcio quis in errorem duplicem induxit. 1. quod EGBERTO illi Regis, non Abbatis, titulum addiderit. 2. quòd unicam tantùm libri partem pro integro libro deſcripſerit : in quo quidem facilè erratur, ſi nonnullis fides fiat Catalogis (*Barberino* præſertim & *Bodleiano*) ubi ſub diverſis titulis recencentur unius ejuſdem editionis libri, eodem anno excuſi, eodémque volumine comprehenſi. Hinc fit, ut, qui fidem oculatam non habuerunt, hâc diſtractione decepti plures editiones pro unâ, aut unius editionis partem pro integrâ malè accipiant. Optimè ſuis lectoribus conſuluiſſent illorum Catalogorum ſcriptores, ſi, dum ejuſdem editionis partes ſingulas ſub diverſis titulis ſeorſim diſtribuunt, ibidem monuiſſent ex his portionibus non multas, ſed unam editionem conflari.

(a) *Abſolutum eſt hoc Opus apud* Vallem Cluniacam *anno Domini virtutum & veræ pietatis Authoris decimo tertio ſupra milleſimum & quingenteſimum, decimâ octavâ die* Aprilis. *Emiſſum autem eſt in lucem & impreſſum* Pariſiis *per* Henricum STEPHANUM *induſtrium Chalcographum artiſque litterarum excuſoriæ opificem in ſuâ officinâ è regione Scholæ Decretorum eodem anno Domini, die verò viceſimâ quintâ* Junii. Cum erratorum Indice. *Nonnullæ ex prænotatis mendæ in ipſâ officinâ inter caſtigandum ſunt ad limam reductæ. Si quæ aliæ legentibus occurrerint, facilè deprehendi poterunt, neque intelligendæ ſententiæ efficient.* Omnia claudit *Hieronymi* CLICHTOVEI *Neoportuenſis* ad Lectorem in laudem Operis Carmen Dodecaſtichum.

(b) *Anno Domini (qui omnia numero definivit) decimo tertio ſupra milleſimum & quingenteſimum, decimâ ſextâ die* Decembris. Cum *Antonii* RUFI *Vaccarienſis* ad lectorem dodecaſticho Carmine.



(a) *Die*

*è regione Scholarum Decretorum habitantem.* (a) 4.to Pariſ. 1513.

Caroli Bovilli Quæſtiones Theologicæ: *in ædibus* Aſcenſianis. (b) fol. . . Pariſ. 1513.

Joan. de Rechano Divinar. ſentent. liber: *per* Wolfgang. Hopyl. *pro FRANC. BRICKMAN.* (c) 8.° . . Pariſ. 1513.

Galeni de affectorum locorum notitiâ Libri ſex, Gulielmo Copo *Baſilienſi* interprete: *Venales habentur in Officinâ* Henrici Stephani *Chalcographi è regione Scholæ Decretorum.* (d) 4.to . . . . Pariſ. . .

Peri Archon (id eſt, de Principiis) Scientiarum, Opusculum Joannis Pelletarii: *apud* Henricum Stephanum. (e) 4.to . . . . . Pariſ. 1513.

Pauli *Veneti* Opus de compoſitione Mundi: *impreſſum à* Thomâ Kees *Chalcographo expertiſſimo in plateâ* Carmelitarum *commorañ. in* Domo Rubeâ *ſic vocatâ*: *Venundatur ab* Johanne Lambert Pariſienſi *Bibliopolâ ſub divo* Claudio *ſeden. juxta Collegium co.* (f) fol. Pariſ. 1513.

Johannis Martini Blasii *Villagarcienſis* Arithmetices Practicæ liber, editus in honeſtiſſimâ *Belvacorum* palæſtrâ: *impreſſus à Chalcographorum expertiſſimo* Thomâ Kees Weſalienſe, *expenſis probiſſimorum virorum* Joannis Parvi & Joannis Lambert. (g) fol. . . . . . Pariſ. 1513.

*PLA-*

(a) *Die* Novembris *viceſimâ nonâ.*

(b) *Ad* xii. *Calendas* Maias.

(c) Caille, p. 84.

(d) Copi Epiſtola ad Franciscum Regem data eſt *anno milleſimo quingenteſimo decimo tertio.* Iconum, quæ Univerſitatis *Pariſienſis* arma præfigi à Typographis ſolita utrinque ſuſtentant, dextræ alteri vox GALENVS, alteri ſiniſtræ HIPPOCRATES adjicitur. Hujus *Galeniani* Operis à Stephano in chartâ Pergamenâ impreſſi exemplar vidi.

(e) *Octavo Id.* Octob.

(f) xiiii. *die menſis* Novembris.

(g) *In vigiliâ divi* Joannis *Baptiſtæ.* Cum elego *Georgii* Steenstrate *Iprenſis* ad *Judocum* Clictoveum *Neoportuenſem* ſuúmque conterraneum.

(a) *Menſe*

*PLATONIS* Opera Græcè: *apud* ALDUM *&* ANDREAM *ſocerum.* (a) fol. . Pariſ. 1513.

PLUTARCHI de his, qui tardè à Numine corripiuntur, libellus, interprete BILIBALDO PIRCKHEYMERO: *impreſſ. per* FRIDERICUM PEYPUS. (b) 4.to . Nuremb. 1513.

PTOLOMÆI Geographiæ libri octo Latinè cum tabulis: *caſtigatione induſtriáque* JOANNIS SCHOTTI. fol. . . . Argentinæ. 1513.

*SIGEBERTI Gemblacenſis* Cœnobitæ *CHRONICON* ab anno 381. ad 1113. cum inſertionibus ex Hiſtoriâ GALFRIDI, & additionibus ROBERTIS Abbatis *Montis*, promovente G. PARVO Doctore Confeſſore regio nunc primùm in lucem emiſſum: *per* HENRICUM STEPHANUM *artis litterarum excuſoriæ induſtrium opificem in ſuâ Officinâ è regione Scholæ Decretorum, expenſis ejusdem &* JOANNIS PARVI *Bibliopolæ inſignis.* (c) 4.to . . . . Pariſ. 1513.

FLA-

(a) *Menſe* Septembri. ALDI PII MANUTII *ad* LEONEM X. *Pont. Max. pro Rep. Chriſtianâ próque re literariâ Supplicatio.* ——— *Tu nondum annum agens trigeſimum octavum Pont. Max. crearere.* &c. *Mihi quidem videor alter* Siſyphus, *quòd nondum illud ſaxum volvendo perduxerim in apicem montis; aliis autem iisque eruditis* Hercules, *quòd nullis cedens malis, nullis ſuccumbens laboribus, jam plùs unus juverim rem literariam, quàm ſimul omnes quotquot fuere multis ſæculis. Ita me amant de tantis laboribus, ut nunc coràm, nunc accuratis literis laudandò obtundant. Sed non ego credulus illis. Nullum enim adhuc dedi librum, in quo mihi ſatisfecerim. Nam tanta erga bonas literas benevolentia eſt mea, ut emendatiſſimos ſimul & pulcherrimos eſſe cupiam libros, quos emittam in manus ſtudioſorum. Quamobrem quotiescunque vel meâ vel eorum incuriâ, qui mecum corrigendis libris incumbunt, aliquo in libro, quamvìs parvus, error committitur, etſi opere in magno fas eſt obrepere ſomnum (Non enim unius diei labor hic noſter, ſed multorum annorum, atque interim nec mora nec requies) ſic tamen doleo, ut, ſi poſſem, mutarem ſingula errata numo aureo.* Damus PLATONIS *Opera ſub tuo nomine* ——— *cùm* MARSILIUS FICINUS *Domûs tuæ alumnus* PLATONIS *Opera Latina à ſe facta* LAURENTIO *parenti tuo dicaverit.* MUSURUS Cretenſis *hos* PLATONIS *libros accuratè recognovit cum antiquis conferens exemplaribus* &c. Epiſtolam ſequitur M. MUSURI Carmen Elegiacum Græcum ducentis verſibus conſtans.

(b) *Prid. Cal.* Julii.

(c) *Anno Dei cuncta tempora diſponentis* 1513. *Calendis* Junii. Cum erratorum Indice. *Ex his erratis permulta in compluribus libris emendata ſunt; ubi primùm contingit illa inter caſti-*

Flavii Josephi Opera Latinè, Ruffino *Aquileienſi* interprete, & Egesipp. de excidio *Hieroſolymitano* : *apud* Alexandrum Minutianum. fol. . . Mediol. 1513.

Valer. Max. *impreſſ. per* Jacobum Mareschal. (a) 8.° . . . . . 1513.

Idem cum Comment. Oliverii *Arzignanenſis* & Badii *Aſcenſii* : *ab* Ascensio & Joanne Parvo. (b) fol. . . Pariſ. 1513.

Antiquaria Urbis per Andream Fulvium : *impreſſa per* Jacobum Mazochium Romanæ *Academiæ Bibliopolam.* (c) 4.to . . . . . . Romæ. 1513.

Vitruvius : *ſumptibus* Philippi de Giuntâ. (d) 8.° . . . . Florent. 1513.

*ORATORES VETERES GRÆCE:*

*apud*

*caſtigationem in Officinâ deprehendi. Si qua verò alia ſuperſunt emendationem efflagitantia, facilè à quovis dignoſci poterunt.* Huic editioni in *Johannis* Parvi Univerſitatis *Pariſ.* Librarii jurati & *Henrici* Stephani in eâdem Univerſitate Typographi gratiam privilegium à Rege 12. *Mart.* 1511. indultum eſt in triennium. Initio hæc præmittitur Epiſtola.

*Plurimùm reverendo Patri & Domino*
D. Guillelmo Parvo
*Regiæ Majèſtati aſcito Confeſſori*
Antonius Rufus S.

*Superioribus diebus cultor tui nominis & litteris Achademiæ noſtræ* Pariſienſis, *utcunque poteſt, inſerviens* Jacobus Faber *tuo nomine &* Joannis Parvi *inſignis Biblopolæ ejuſdem ſtudii, colendiſſime Pater, tradidit michi Hiſtoriam* Sigeberti Gemblacenſis *Monachi* : *quòd ſuperiore æſtate* Chronicon Eusebii de temporibus *emitti juſſeras. Ego verò protinus acceptam Hiſtoriam cum vetuſto Exemplari ex Bibliothecâ divi* Victoris *in ſummeniis urbis* Pariſeæ *multâ cum humanit.ıte cùm Abbatis tum venerabilium illius loci patrum ad tuum nomen extracto contuli : & quàm plurima ſcitu digna comperi. In tuo tamen exemplari ſunt quædam inſerta ex hiſtoriâ* Britannicâ Galfridi Monemutenſis, *ex antiquiſſimis* Britannici *ſermonis monumentis in Latinum ſermonem traducta : quæ quia ſic repperi, intexta dimiſi. Quare arbitraturus noſtram operam haud tibi diſplicituram, aggreſſus ſum domeſticæ Officinæ* Henrici Stephani, *apud quem diverſor, committere Opus, ut ad effigiem* Eusebii *cuderetur* &c. Et ſanè utrumque Chronicon & Eusebii & Sigeberti iiſdem typis, & rubricis ſimilibus, eâdémque voluminis formâ excuſum eſt. Epiſtolam ſuprà dictam claudit brevis Sigeberti & ejus Operum mentio ab eodem *Antonio* Rufo habita.

(a) viii. *Mart.*

(b) *Conſummatum eſt rurſus hoc Opus optimum tertio Nonas* Martias *anni* M. D.XIII.

(c) *Triumphante divo* Leone X. *Pont. Max. anno ejus* I.

(d) *Menſe* Octobri.

(a) *Men-*

*apud* ALDUM *&* ANDREAM *ſocerum* (a) fol. . . . . . Venet. 1513.

ISOCRATES, ALCIDAM. GORG. ARISTID. de Laudib. *Athen.* & *Rom.* Græcè : *apud* ALDUM *&* ANDREAM *ſocerum.* (b) fol. . . . . . . Venet. 1513.

M. TULLII CICERONIS Epiſtol. Famil. libri 16; cum not. JOD. BADII *Aſcenſii: excuſ. per ſolertem Chalcographum magiſtrum* NICOLAUM DE BENEDICTIS (c) fol. Thaurini. 1513.

GEORGII *Trapezuntii* Dialectica: *in Officinâ* MATHIÆ SCHURERII. (d) 4.to Argentor. 1513.

ROMULI AMASÆI Panegyricus GEORGIO SAUROMANNO *Bononienſ.* gymnaſiarchatûs inſignia ſuſcipienti dictus: *impreſſit* BE-

NE-

(a) *Menſe* Aprili. In hôc Codice continentur Orationes *ÆSCHINIS, LYSIÆ, ALCIDAMANTIS, ANTISTHENIS, DEMADIS, ANDOCIDIS, ISÆI, DINARCHI, ANTIPHONTIS, LYCURGI, GORGIÆ, LESBONACTIS, HERODIS*; *item* ÆSCHINIS *Vita*, LYSIÆ *Vita.* cum *Aldi* MANUTII ad *Franciſcum* FASEOLUM Juriſconſultum ac Senatûs *Veneti* à ſecretis Magnum Epiſtolâ; ——— *Tuâ* (inquit) *potiſſimùm operâ, tuo ſtudio*, Venetiæ *hôc tempore* Athenæ *alteræ verè dici poſſunt propter literas Græcas, quarum ſtudioſi undique concurrunt ad* Marcum MUSURUM, *hominem hujus ætatis eruditiſſimum, quem tu publico ſtipendio conducendum curâſti, cuique faves plurimùm* &c. *Quas plerique horum ſcripſerunt, Orationes multis ſæculis abditæ latuerunt. Latebant autem in* Atho Thraciæ *monte. Eas* LASCARIS *is, qui abhinc quinquennium pro Chriſtianiſſimo Rege* Venetiis *legatum agebat, in* Italiam *reportavit. Miſerat enim ipſum* LAURENTIUS *ille* MEDICES *ad inquirendos ſimul & quantovis emendos pretio bonos Libros. Unde* Florentiam *& cum iis ipſis Orationibus & cum aliis tum raris tum pretioſis Voluminibus rediit. Debemus quidem* LASCARI, *qui ſummo ſtudio conquiſitos tot libros ad nos è* Græciâ *advexerit; ſed longè magìs* LAURENTIO MEDICI, *cujus juſſu opibúsque & liberalitate regiâ id factum eſt: fuit enim ſemper familia* MEDICUM *liberaliſſima ac fautrix literatorum & bonorum omnium.* ——— *Tres illuſtrium Oratorum fuiſſe copias legimus: ex primâ* THEMISTOCLEM, PERICLEM, *& illius ætatis cæteros, nullæ ſcripta poſteris reliquiſſe: ex ſecundâ* DEMOSTHENEM, ÆSCHINEM, LYSIAM, ISOCRATEM, *& alios, quorum decas illuſtris* ——— *Ex hâc copiâ ſunt decem illi Oratores, quorum Vitas* PLUTARCHUS *ſcripſit*, ANTIPHON, ANDOCIDES, LYSIAS, ISOCRATES, ISÆUS, ÆSCHINES, LYCURGUS, DEMOSTHENES, HYPERIDES, DEINARCHUS. ——— *Tertiam fortuna* Aſiæ *dedit. Fuerunt ex eâ* POLEMON, HERODES, ARISTIDES, *& alii* &c. ALDO *tuo in durâ hâc & laborum plenâ provinciâ fave. Pridie Nonarum* Maii. M.D.XIII.

(b) IIII. *Nonarum* Maii.

(c) *Ab incarnati Verbi myſterio anno* XIII. *poſt quintum Neſtora, ſextimo Idus* Februar.

(d) *Menſe* Decemb.

(a) *Ab*

NEDICTUS *Bibliopola.* 4.to . . . . Bonon. 1513.

CICERON. Epiſtolarum (ut inſcribitur) familiarium Libri XVI. cum JODOCI BADII *Aſcenſii* familiariſſimis interpretationibus, compendio Iſagogico, ac rerum & verborum Indice: *excuſſum eſt per ſolertem Chalcographum magiſtrum* NICOLAUM DE BENEDICTIS. (a) fol. . . . Thaurini. 1513.

*PINDARI OLYMPIA*, *PYTHIA*, *NEMEA*, *ISTHMIA*; CALLIMACHI Hymni; *DIONYSII PERIEGESIS*; *LYCOPHRONIS CASSANDRA*; Græcè: *in ædibus* ALDI & ANDREÆ ASULANI *ſoceri.* (b) 8.° . . . . . Venet. 1513.

Batra-

(a) *Ab incarnati verbi myſterio anno* XIII. *poſt quintum Neſtora, ſeptimo Idus* Febr.

(b) *Menſe* Januario. Lectorem non pœnitebit ſequentem legiſſe Epiſtolam huic Editioni præfixam.

ALDUS MANUTIUS Ro. ANDREÆ NAVIGERIO *Patritio* Veneto S. P. D.

*Sunt jam quatuor anni*, NAVAGERI *cariſſ. cùm ſtatui duram hanc provinciam noſtram intermittere, quòd viderem totam ferè* Italiam *ardere crudeliſſimo bello: tum quia cogebar abeſſe* Venetiis, *ut agros & pretioſa prædia noſtra, quæ amiſimus, non noſtrâ quidem culpâ, ſed horum infelicium temporum, recuperaremus. Vivi enim & nos pervenimus, quibus dicatur durum illud*, Hæc mea ſunt, veteres migrate coloni. *Verùm cùm nihil proficeremus, atque integraſcere mala & incendia belli viderentur, quæ propediem extinctum iri ſperabamus, revertimus* Venetias, *quas* Athenas *alteras hôc tempore poſſumus dicere, cùm propter alios plurimos ſingulari doctrinâ præditos viros, tum propter* MUSURUM *noſtrum, cujus hortatu, & tuo, &* JUCUNDI *noſtri jucundiſſimi, & cæterorum, qui bonis litteris magnopere delectantur, mutavi ſententiam, atque ad labores redii, eos, quos quàm duriſſimos, jam* * *viginti annos expertus, vixque æquos noveram virib. noſtris. Sed qm̄ jampridem mihi imperavi nulla unquam evitare incommoda, nullas impenſas, nullos labores, dum proſim hominibus, ſummiſſ caput cervice paratâ ferre jugum. Quamobrem optimos quoſque Libros tam* Græcos *quàm* Latinos, *id quod ſæpe aliàs memini polliceri, emittere eſt animus excuſos curâ noſtrâ in manus ſtudioſorum. Sum præterea aggreſſurus &* † Hebraïcos *propter Libros ſacros noſtros, qui ex* Hebraïcis Græci, *& ex* Græcis Latini *facti ſunt, ut cum illis conferri poſſint, & ſi qui ſint errores (Aiunt eſſe quàm plurimos) tollantur, ídque ad utilitatem & gloriam Chriſtianæ Religionis. Faveat Deus Opt. Max.* δοτὴρ ἐάων. *En exit tibi primus in publicum ex ædibus noſtris tuus* PINDARUS *tanquam dux, habens ſecum comites* CALLIMACHUM, DIONYSIUM de ſitu Orbis, LYCOPHRONEM; *& exit quidem ſub tuo nomine* &c. *Tu æquè*

*&*

* Anno igitur 1493. circiter Typographicen exercere incœperat.

† Diu erat, quum ALDUS id meditabatur: ſed nunquam præſtitit. Lege *Typograph. Annal.* Vol. I. pag. 238. Not. (g)

Batrachomuomachia HOMERI PHILYMNO interprete, & Eulogia funebria. (a) 4.to . . . . . . . . . 1513.

PLAU-

*& ingenio & judicio vales plurimùm. Teſtimonio ſunt tua ſcripta abſolutiſſima vel Carmine vel proſâ Oratione: nam & hâc & illo certas cum antiquitate, quemadmodum &* Petrus BEMBUS &c. *Tum etiam volui, ut ſub tuo nomine exiret* PINDARUS *ex Academiâ noſtrâ, quia ſic delectaris hôc Poetâ, ut ſæpius eum tuâ manu accuratè deſcripſeris, ut tibi magìs fieret familiaris —— id quod deſcribendo* THUCYDIDEM *fecit* DEMOSTHENES, *qui, ut* LUCIANUS *ait* πρὸς ἀπαίδευτον, *octies illum deſcripſit. —— Nam haud facilè dixerim, quantùm ſuam adjuvet utilitatem, qui vel notet in margine ſingula quæque ſcitu & memoratu digna, quæ legerit, vel deſcribat ſuâ manu integros libros, quos ſibi velit fieri familiareis,* Græcos *præſertim, cùm propter alia multa, tum propter accentus, & orthographiam, quæ ſiquis aut ignoret, aut negligat, non habetur doctus. —— Commentaria autem in* PINDARUM, *& cæteros, quos ei adjunxi comites, necnon in* HESIODUM, SOPHOCLEM, EURIPIDEM, ÆSCHYLUM, THEOCRITUM. OPPIANUM *brevi daturi ſumus uno Volumine. Quibus eſt animus facere Indicem eorum omnium, quæ ſcitu digna in iis habentur Commentariis. Quam quidem rem in omnibus Libris, qui ex ædibus noſtris exibunt in manus hominum, facturi ſumus, ſi ſaxum, quod tot annos volvo, alter* Siſyphus, *in montis cacumen perduxero. Nunc verò premuntur torcularibus horum Oratorum Orationes, videlicet,* ÆSCHINIS, LYSIÆ, DIMARCHI, ANDOCIDÆ, ISÆI, ANTIPHONTIS, GORGIÆ, DEMADIS, ALCIDAMANTIS, LESBONACTIS, ANTISTHENIS. *Poſt hoc dabuntur, Deo volente,* PLATONIS *Opera,* tum XENOPHONTIS, *& deinceps cæterorum illuſtrium. Tu mi* NAVAGERI *interea, tuum* PINDARUM *lege; & nos, ut amas, ama. Vale.* Hinc æſtimare & ardentem erga rem litterariam ALDI animum; quot & quanta ſemper in arduâ illâ provinciâ moliebatur: quibus denique perficiendis ne par eſſet, humana vitæ brevioris (ſi præſertim longam metiamur artem) ſors obſtitit. Non ægre Lector feret, quòd hujusmodi Epiſtolas his Annalibus frequenter inſeram. Nihil enim ferè eſt, quo magìs in verâ certâque rerum, temporum, virorúmque iisdem temporibus florentium cognitione proficimus, quàm Epiſtolarum lectio: & quamvìs plurima variarum paſſim Epiſtolarum undequaque congeſtarum circumferantur Volumina; non paucæ tamen ſuperſunt in diverſis Librorum Editionibus ſparſæ: quas (quoniam aut Libri ipſi non adeò facilè occurrunt, aut ſæpe Lector cognoſcendæ, quam Liber exhibet, materiæ avidus non diu in limine ſubſiſtit, Epiſtolarésque Præfationes vel prorſus præterit, vel minùs attendit) ex ſuis locis, prout ſeſe dat occaſio, promere ſingulas viſum eſt.

(a) G. S. DARIPINUS *Poeta Laureatus ad Lectorem.*

Dodecaſtichum Latinum.

X.

Η ζωη η θανατον
θ φ

THILONINUS PHILYMNUS *Poëta preclariſſ. Reip.* Herfurdienſis *principi & archiſopho* JOANNI VUERLICHIO *&* FLAVIO MATERNO *utriusque Theoſophiæ conſectaneo amicis & patronis ſuis ſalutem & ſelicitatem optat.* &c. *Valete. Ex* Leucorio *novo Gymnaſio ſcolaſtico ad* barbaricum Albim *expoſito, noſtro Larario muſico. Anno virginei partûs* M.D.XIII *Calen.* Febr. Tum ſequitur Latina metria Verſio. Folia ſignaturis ſolis indicantur. Poſtea Textus Græcus absque ſpiritibus & accentibus. Colon (:) nota unica diſtinctionis.

Αρχομενον πρωτον μουσων χορον εκ ελικωνος &c.

PLAUTI Comœdiæ 24. emendat. per SIMONEM CARPENTARIUM. (a) 8.° . . 1513.

OVID. Metamorphoſ. cum comment. RAPHAELIS REGII: *per* JOANNEM TACUINUM DE TRIDINO. fol. . . . Venet. 1513.

JUVENAL. & PERS. *apud* PHILIP. JUNTAM. (b) 8.° . . . Florent. 1513.

STROZII Poetæ pater & filius : *in ædibus* ALDI *&* ANDREÆ *ſoceri.* 8.° . . Venet. 1513.

LUDOVICI BIGI PICTORII *Ferrarienſis* in Chriſti Vitam Epigrammatum libellus: *impreſſ. per* JOANNEM ANGELUM SCINZENZELER. (c) 4.to . . . . Mediolan. 1513.

VARR. de Ling. Latinâ ; POMP. FESTUS. NON. MARCELLUS: *in ædibus* ALDI *&* ANDREÆ *ſoceri.* (d) fol. . Venet. 1513.

PE-

Ad finem: *τελ⊙ ομηρου βατραχομυομαχιασ ετει απο θεογονιασ α. φ. ι. γ. μηνοσ μουνιχιωνοσ : τησ ημερασ*
*δ.*

Sequuntur *inde Eulogia funebria* THILONINI PHILYMNI.

Ad calcem hæc : Εκγραπτες λευκωριου : εις αλβιν χαρακτηρων κασσιτερειων : απο του Ιωαννου πρασινωρειου : ετει απο θεογονιασ α. φ. ι. γ. μηνος μουνιχιωνος: της ημερασ
δ.

*ωσ ηλον ηλω εκκρουειν : ſic pellere amorem*
*Antiquum facile eſt : qum novus ardet amor.*
*Chriſtus amor vita noſtra : ſpes unica Chriſtus*
*Hic capiti frondes : laurea ſerta dabit.*

X
η ξωη η θανατ⊙
θ φ

*Fiunt nunc candida nigra.*
L.
Der Beer iſt ghestochen:
1513.

Hunc tibi, lector, repræſentavi, utì impreſſus eſt, nequidem correctis nonnullis, qui ibi occurrunt, erroribus. ξωη pro ζωη, ετγ pro ετει.

(a) *Prid. Non.* April.

(b) Octob.

(c) *Die* XVII. Decembris.

(d) *Menſe* Novembri. Notandum eſt autem hos Authores hujus Editionis ſubjungi ( quod ex ordine ciphrarum & ſignaturarum & ipſo titulo liquet) commentariis PEROTTI *de Ling. Latin.* qui tamen (utì in calce legitur) quadriennio poſtea prodierunt ſcil. 1517. In hâc Editione, *Nonii* MARCELLI compendiis *tertia ferè pars addita eſt, non antè impreſſa, idque labore & diligentiâ* JUCUNDI Veronenſis, *qui in* Galliâ NONIUM *cum antiquis contulit Exemplaribus. Additus præterea eſt longus Tractatus de generibus.*

(a) *Ad*

| | | |
|---|---|---|
| Petri Criniti libri de honeſtâ diſciplinâ 25, de Poetis Latinis libri 5, & Poematum libri 2: *rurſus ex ædibus* Aſcenſianis. (a) fol. . . . . . | Pariſ. | 1513. |
| Varia Phil. Beroaldi Opuſcula: *in ædibus* Aſcencianis. (b) 4.to . . . | Pariſ. | 1513. |
| Erasmi Adagiorum Chiliades tres, ac Centuriæ ferè totidem: *in ædibus* Joannis Frobenii Hammelburgenſis. (c) fol. | Baſil. | 1513. |
| Erasm. de copiâ verborum: *excudit* Mathias Schurerius. (d) 4.to . | Argentor. | 1513. |

Joan. Franc. Mirandulæ de expellendis Venere & Cupidine Carmen, Hymnus de divo Laurentio; Baptist. *Mantuani* Elegia in Amorem, in Venerem Heroicum, in Cupidinem Carmen Luciani:

Joan-

(a) *Ad Natalem Dominicum.* Non igitur dubium eſt aliam præiiſſe Editionem; quod & declarat *Badii* Ascensii præfatoria ad *Germanum* Gannaium *Caturicen̄.* Epiſcopum. *Redit ad te honeſta* Petri Criniti *diſciplina (ab largitate enim tua ejus imprimendæ facultas nobis facta eſt) tribus & nonaginta Poetis, togatis ferè, præclaris certè omnibus, & non paucioribus ejuſdem Authoris comitata Poematis.* &c. *Vale ex Chalcographiâ noſtrâ, ad Idus* Junias. M.D.VIII. Huic inſuper Editioni *Badianæ* (ann. 1513.) adjiciuntur binæ Præfationes; prior *Petri* ipſius Criniti ad Bernardinum Caraffam *Neapolitanum* Ponti. *Antiochenum* (quâ ſe & ſua ſtudia Oliverio Caraphæ Card. *Neapolitano* Bernardini illius patruo commendari cupit Crinitus) *Florentiæ*, Nonis *Juniis*, M.D.IIII. data, poſterior Benedicti Philologi *Florentini* ad *Scipionem* Carteromachum; quâ ei mittit Criniti commentarios, quos imprimendos curaverat; eúmque rogat, ut ipſius labores formis excudat; eundémque laudat, quòd ſuperioribus annis tanto omnium concurſu & favore *Græcas* litteras *Venetiis* profeſſus fuerit.

(b) *Ad Idus* Junias. Beroaldi varia Poemata & Epigrammata ab Ascensio in hâc editione elucidata ſunt & diſpoſita. Ex quibus illud eſt Hendecaſyllabon in *Germaniæ* laudem.

O Germania *muneris repertrix,*
*Quo nil utilius dedit vetuſtas,*
*Libros ſcribere quæ doces premendo* &c.

In quos verſus ſic Ascensius —— *Ob Artem chalcographam i. in ære ſcribendi, hoc eſt, artem imprimendi ab* Germanis *nuper repertam, quâ bonis ſtudiis nihil commodius multis annis cœlitus conceſſum eſt: eſſétque multò utilior, niſi ob vim librorum aliqui minùs ſtuderent; & niſi Impreſſorum plurimi partes ſuas negligenter deplerent, imprimentes indigna, aut digna invertentes & depravantes.*

(c) *Menſe* Auguſto.

(d) *Menſe* Januar.

(a) *Anno*

JOANNES SCHOTTUS *preſſit.* 4.to . Argentin. 1513.

JOANNIS *Saresberienſis Angli*, Epiſcopi *Carnotenſis* Polycratic. de nugis Curialium & veſtigiis Philoſophorum libri 8. *imprimi curavit honeſtus Vir* CONSTANTINUS FRADIN. (a) 8.° . . . . . . . . . 1513.

JOANNIS COCLÆI *Norici* Grammatices Latinæ quadrivium; cujus pars 1. Etymologia. 2. Diaſynthetica. 3. Proſodia. 4. Orthographia: *in ædibus* THOMÆ ANSHELMI Badenſis. (b) 4.to . . . Tubingæ. 1513.

Biblia Latina per ALBERTUM CASTELLANUM. (c) fol. . . . Lugd. 1514.

Ead. cum brevib. Annot. *apud* MARESCHAL (d) 8.° . . . . . Lugd. 1514.

Ead. *apud* JOAN. FROBENIUM. (e) fol. Baſil. 1514.

Ead. (f) 8°. . . . Pariſ. 1514.

Novum Teſtamentum *GRÆCE* & Latinè noviter impreſſum: *per ARNALDUM GULIELMUM DE BROCARIO.* (g) fol. COMPLUTI 1514.

*CYRILLI Alexandrini THESAURUS* continens 14. Libros. 12. contra *Arianos*, & *Eunomianos*; 2. contra *Macedonianos*, Latinè à GEORGIO TRAPEZUNTIO traductus: *impreſſus eſt anno Domini* 1513: *quartâ die* Aprilis *per* VUOLFGANGUM HOPYLIUM *induſtrium Artis Librorum excuſoriæ Opificem*; *in cujus Officinâ hoc Opus* CYRILLI *cum nonnullis aliis*

(a) *Anno Domini* M.CCCCC. *&* XIII. *extrema manus appoſita fuit eodem anno*, XVII. *Calendas* Maii.

(b) *Menſe* Septemb.

(c, d, e, f,) LONG, *Biblioth. ſacr.*

(g) *Ad laudem & gloriam Dei & Domini* JESU CHRISTI *hoc Sacro-ſanctum Opus Novi Teſtamenti & Libri vitæ Græcis Latiniſque characteribus noviter impreſſum atque ſtudioſiſſimè emendatum felici fine abſolutum eſt in hac præclariſſimâ* Complutenſi *Univerſitate de mandato & ſumptibus reverendiſſimi in Chriſto Patris & illuſtriſſimi Domini, fratris* XIMENII DE CISNEROS, *tituli Sanctæ* Albinæ *Cardinalis*, *Archiepiſcopi* Toletani, *induſtriâ & ſolertia honorabilis*

*aliis ejuſdem Operibus. Venale habetur in vico Sancti* Jacobi *apud Sanctum* Benedictum *ad Inſigno Sancti* Georgii. (a) fol. . . . . Pariſ. 1514.

ORIGEN. contra CELS. interprete CHRISTOPHORO PERSONÂ *Romano: per* LAZARUM DE SOARDIS. (b) fol. Venet. 1514.

Ejusd. Periarchon ſeu de principiis; cum Apologiâ ORIGENIS per RUFFINUM: *per* LAZARUM DE SOARDIS. (c) fol. Venet. 1514.

Pupilla oculi omnibus Sacerdotibus ſummè neceſſaria per JOHANNEM DE BURGO Cancellarium almæ Univerſitatis *Cantabrigienſis* & ſacræ Theologiæ Profeſſorem necnon Eccleſiæ de *Colingham* Rectorem compilata anno à Natali Dominico milleſimo trecenteſimo octuageſimo quinto: *impreſſa per* JACOBUM POUCHIN, *impenſis honeſtiſſimi viri* FRANCISCI REGNAULT. (d) 4.to . . Pariſ. 1514.

NICOLAI DE CUSA Cardinal. S. PETRI ad vincula Opera Theologica & alia: *ex Officinâ* Aſcenſianâ. (e) fol. . . . Pariſ. 1514.

Sermones Fratris GABRIELIS BARELETE Ordinis Fratrum Prædicatorum: *impenſis circumſpecti viri Archibibliopolæ JOANNIS RYNMAN* de Oringau *in Officinâ HENRICI GRAN, in Oppido imperiali* Ha-

*lis viri* Arnaldi Guilielmi DE BROCARIO *Artis impreſſoriæ magiſtri, anno Domini milleſimo quingenteſimo decimo quarto, menſis* Januarii *die decimo.* De hâc Editione priùs.

(a) In hujus Editionis titulo idem habetur Hieroglyphicum Schema, quod in DIONYSII *Hierarchiâ* per *Henricum* STEPHANUM (quem antea HOPYLII ſocium fuiſſe annotavi) excuſâ anno 1515. *Huic* CYRILLI *Operi* Judocus CLICHTOVEUS ſuum *laborem impartitus eſt, ut caſtigatus* *Vuilhelmi* BRICONETI Episcopi *Lodovenſis* ejúsque fratris DIONYSII Episcopi *Tolonenſis*, qui exemplar ab Urbe *Româ* miſerat, *patrocinio in lucem exiret.*

(b) *Menſe* Auguſt.

(c) XVIII. *Martii.*

(d) *Anno milleſimo quingenteſimo* XIIII. XII *verò menſis* Maii.

(e) *Octavâ Aſſumptionis ſemper ſanctæ ſempérque Virginis* CHRISTI *Deique matris* MARIÆ, *quâ patrocinante apud Filium portum ſalutis ſperamus & veniæ.*

(a) *Menſe*

Hagenau *civis impreſſ.* (a) 4.to . . Hagen. 1514.

Galeni Opera, N. Leoniceno interprete; de differentiis morborum libri duo; de inæquali intemperaturâ liber unus; de arte curativâ ad Glauconem libri duo; de Criſibus libri tres: *impreſſ.* Pariſiis, *ſed nusquam antea per* Henricum Stephanum, *è regione Scholæ Decretorum commorantem.* (b) 4.to Pariſ. 1514.

(c) Alexandri Benedicti phyſici Anatomice, ſive Hiſtoria corporis humani; ejusdem collectiones medicinales ſeu Aforismi: *per* Henricum Stephanum *artis formulariæ induſtrium opificem ex oppoſito Scholæ Decretorum habitantem.* (d) 4.to . . Pariſ. 1514.

Decem libri Ethicorum Aristotelis ad Nicomachum ex traductione Argyropili, Fabri commentario, elucidati & ſingulorum capitum argumentis prænotati;

deci-

(a) *Menſe* Maio.

(b) *Anno Domini omnium conſervatoris milleſimo quingenteſimo quarto decimo, penultimâ die* Novembris.

(c) Hujus Epiſtola ad Maximilianum Cæſ. Aug. dedicatoria data eſt *Venetiis.* M.IIID. *Calendis* Aug.

Initio proponitur Carmen non inficetum, quod hìc ſubjicere non pigebit.

Quinti Hæmiliani Cimbriaci *Poëtæ hendecaſyllabon Epos in Anatomicen* Alexandri Benedicti Veronenſis *ad Lectorem.*

*Quorſum ſidereos globos nitentes,*
*Aut tractus pelagi remotiores*
*Scrutari juvat, exterámque* Thulem,
*Si quæ ſunt propiùs ſuâque ſponte*
*Occurrunt meditullio repoſta,*
*Ac ſic obvia negligis tueri?*
*Audi, quid tripodes ſacri loquuntur,*
*Ne erres,* Ortygos *aure de vaporâ;*
*Te ipſum noscito. Non jubent ſubire,*
*Quà mundi celeres rotantur orbes.*
*Fac ſic, & ſapies decem* Cleanthas.
*Ergo ut te pariter queas videre,*
*Et tanquam in ſpeculo reciprocanti,*
*Interna omnia membra visceratim,*
Pæanti *legito reſectiones,*
*Scitas* (Jupiter) *& bene expolitas.*
*Quas ſi legeris, & videbis intus,*
*Quæ natura oculis negat patere,*
*Iſthuc transpicere, & tueri ad unguem,*
*Plus eſt, quàm æthereas plagas ſubire,*
*Metirique animo domos Deorum.*

(d) *Anno Domini Omnium Authoris & Conſervatoris milleſimo quingenteſimo quarto decimo, pridie Nonas* Januarias.

Inepta fortè non fuerit hæc obſervatio, quòd non ſolus *Henricus* Stephanus ſed alii etiam plurimi Typographi ſolerent in anni indigitatione nonnihil adjicere, quod ad Libri impreſſi inſtitutum ſpectare videretur. E. G. *Domini omnium Authoris & Conſervatoris* in hôc & præcedente Libro, qui ad Medicinam & Anatomiam ſpectant. Vide *Aſtronomic* Fabr. 1503. *Epitom. in Arithmetic.* Boet. 1510. *Text. de Sphær.* 1511: &c.

(a) *Prid.*

decimi & ultimi interprete ARGYROPYLO & adjunĉto FABRI commentario: *apud* HENRICUM STEPHANUM. (a) 8.° . Pariſ. 1514.

Arithmetica decem libris; Muſica quatuor libris demonſtrata; Epitome JACOBI FABRI in duos libros Arithmeticos divi SEVERINI BOETII; Rhythmimachiæ ludus, qui & pugna numerorum appellatur: *apud* HENRICUM STEPHANUM. (b) fol. . Pariſ. 1514.

CHARLES BOVILLE; l'Art & Science de Geometrie, avec les figures ſur chacune reigle, par leſquelles on peut facilement comprendre ladite Science: *par* HENRI ESTIENNE. (c) 4.to . . . Paris. 1514.

PLUTARCH. Latinè. (d) fol. . Pariſ. 1514.

CENSORIN. de Natali; CEBETIS *Thebani* Tabula, Latinè interprete LUDOVICO ODAXIO *Patavino*; PLUTARCHI Opuſcula (e) quædam Latinè: *in ædibus* Aſcenſianis. (f) fol. . . . . Pariſ. 1514.

Enchi-

(a) *Prid. Cal.* Nov.

(b) ALMELOOV. *de Vit.* STEPHAN. Et *Ludovic.* JACOB. *de claris Scriptorib.* Cabilon. p. 17. G. GONTERIUS Cabilonenſis Burgundus *ſcripſit carmina in laudem Epitomes* FABRI *in duos libros Arithmet.* BOËTII *edita* Pariſiis *typis* Henrici STEPHANI 1514. *in fol. Quæ ibidem leguntur; Inc.*

*Tempore jam multo doctæ latuere ſorores,*
*Quas retinet comites flava* Minerva *ſuas.*

(c) DRAUD. *Biblioth. Exotic.* inter libros Gallicos Mathematicos.

(d) CHEVILLER. p. 252.] „ Voici „ comme *Joſſe* BADE parle de *Hierome* „ ALEANDRE dans l'Epitre dedicatoire „ du PLUTARQUE Latin, qu'il lui dédia „ l'année 1514. *tu magni nominis & magnæ* „ *dignationis & cujuslibet profeſſionis viros* „ *innumero numero ad ſubſellia tua*, Orpheâ „ *quâdam*, & Amphionicâ *felicitate &* „ *gloriâ devocâſti; totámque ferè quamvis* „ *populoſiſſimam* Pariſinam *Academiam ex* „ *tuo narrantis ore ſuspenſam detinuiſti.*

(e) Amatoriæ narrationes, interprete POLITIANO; Politica, NICOLAO *Sagundino*; de virtute morali, & præcepta Connubialia, *Carolo* VALGULIO *Brixiano*; de liberis educandis, tranquillitate animi, fortunâ *Romanorum* & *Alexandri*, Parallela, BUDÆO; de virtutibus mulierum, *Alamano* RANUTIO; Apophthegmata, *Raphaele* REGIO; an Brutis ratio inſit, *Joanne* * REGIO; de placitis Philoſophorum; Muſica, *Carolo* VALGULIO; problemata, PETRO *Lucenſi*.

(f) *Ad* VI. *Calend.* Martias.

(a) *Menſ.*

* *Cujus Epiſtola præfixa data eſt ann.* M. CCCC. LXXXVIII.

Enchirid. SEXTI Philoſophi *Pythagorici*, & PYTHAGORÆ verb. aur. Latinè : *Excuſ. in Officinâ GRUNENBERGI apud* Auguſtinianos. (a) 4.to . . . . . Wittenburgi. 1514.

Algorithmus projectilium de integris, diligenti operâ per JOANNEM CUSANUM collectus : *per HIERONYMUM VIETOREM & JOANNEM SINGRENIUM*: (b) 4.to . . . . . Viennæ. 1514.

Authores de re Ruſticâ : *in ædibus* ALDI & ANDREÆ *ſoceri*: 8°. . . . . Venet. 1514.

*Pliniani* Indicis per JOANNEM CAMERTEM editi pars prima & ſecunda : *per* HIERONYMUM VIETOREM JOANNEMque SINGRENIUM *artis ſocios*, *ſumptibus LEONARDI & LUCÆ ALANTSEÆ fratrum ac civium* Viennenſium. (c) 4.to . Viennæ Pannoniæ. 1514.

VALER. MAXIMUS: *in ædibus* ALDI & ANDREÆ *ſoceri*. (d) 8.° . . . Venet. 1514.

Les Grands Croniques de *France* en trois Volumes: *imprimés pour* GUILLAUME EUSTACE. fol. . . . . . Paris. 1514.

ANTONII Monachi *Benedictini* de geſtis *Francorum* libri quinque : *impreſſi operâ* Aſcenſianâ. (e) fol. . . . . . Pariſ. 1514.

*DANORUM* Regum Heroúmque *HISTORIÆ* ſtylo eleganti à *SAXONE* Grammatico natione *Sialandico* necnon *Roskildenſis* Eccleſiæ Præpoſito, abhinc ſupra trecentos annos conſcriptæ, & nunc primùm literariâ ſerie illuſtratæ terſiſſiméque impreſſæ : *accuratâ diligentiâ impreſſit* JODOCUS BADIUS ASCENSIUS. (f) fol. in inclytâ Academiâ Pariſior. 1514.

Iso-

(a) *Menſ.* Novemb.
(b) XI. *Julii.*
(c) *Calendis* Septembribus.
(d) *Menſe* Octobri.
(e) *Ad Idus* Auguſti.
(f) *Idibus* Martiis. Huic Editioni præmit-

Isocrat. ad. Nicoc. Martino Philetico Interprete; Quintii Hæmiliani Epicedion in Frideric. III. Aloisii Marliani Epiſtola de calamitoſâ Philippi Regis in *Hiſpaniam* navigatione; Joachimi Vadiani *Helvetii* Carmen de Laudib. Frederic. III. patris & filii

mittuntur Editoris & Typographi Epiſtolæ, ex quibus hæc, quæ ſequuntur. Christiernus Petri *liberalium artium magiſter metropolitanæ* Lundeñ. *Eccleſiæ Canonicus Reverendo in* Christo *patri Domino* Lagoni Wrne *Dei gratiâ* Roshildeñ. *Epiſcopo Salutem.* —— Parrhiſiis *agens boniſque litteris operam navans proprio impendio tabellarium bis miſi, qui* [Saxonis Hiſtoriæ] *exemplum fidele quantivis emptum ad me referret. Quâ viâ cùm nihil proficerem, ipſe illius ergo patriam repetii, Bibliothecas omnes viſi, & revolvi: nec tamen* Saxonem *blattis, tineis, ſitu & pulvere obſitum eruere potui: tam obſtinato animo ejus poſſeſſores eum occluſerant. Unus omnium* Andreas Christierni *natione* Jutus, *profeſſione* Carmelita, *& provinciæ* Daniæ *Ordinis Virginis* Mariæ *de* Carmelo *Prior, cùm nullo ære redimendum videret Exemplar, ſe id manibus ſuis tranſcripturum obtulit: habui tamen tantæ dignitatis rationem, nec conditionem accepi, ſperans faciliorem alicunde tandem emerſuram.* Birgerus *ergo Archiep.* Lūdeñ. Steciæ *Primas & Apoſtolicæ Sedis Legatus exemplar pio tandem repperit compendio, quod fidei meæ tranſcribendum imprimendúmque commiſit. Deerat itaque ſola authoritas tanti Operis divulgandi, quam liberaliſſimè mihi impertivit* Christiernus *Dei providentiâ* Daniæ, Sueciæ, Norvagiæ, Sclavorum Gottorúmque *Rex, id ſolum imperans, ut à docto peritóque Chalcographo excuderetur: præſertim id affirmantibus* Erico Walkendorff *Archiep.* Nidroſieñ. *& Apoſtolicæ Sedis Legato, necnon regio Cancellario* Avone Bille *Eccleſiarum* Lūdeñ. *&* Vibergeñ. *præpoſito. Mandatis itaque regiis ſapientiáque tuæ adhortationibus obtemperans* Saxonis *imprimendi munus commiſi excellentiſſimo viro magiſtro* Jodoco Badio Aſcenſio *litterarum bonarum apud* Parrhiſios *Interpreti Chacographóque peritiſſimo: qui, quale nunc vides, Opus tuo nomini feliciſſimo præſcriptum emiſit, Regum omnium Catalogo & totius Hiſtoriæ Indice litterario illuſtratum.* &c. *Ex* Parrhiſiorum *Academiâ clariſſimâ.* XIIII. Martii 1514.

Jodocus Badius Ascensius
Lagoni Hurno Roskildeñ.
*Eccleſiæ Antiſtiti S.*

—— *Opt. Max. Dei providentiâ contigiſſe reor Hiſtoriam à* Saxone *Grammatico abhinc annos ſupra trecentos conſcriptam iis diebus in lucem chalcographâ arte prodiiſſe* &c. *Non pauca in* Parrhiſiorum *Academiâ* è Daniâ *conſpicimus ingenia, quorum bona pars eſt* Chriſtiernus Petri Lundeñ. *Eccleſiæ Canonicus, mihi longâ conſuetudine & amicitiâ chariſſimus: cujus præcipuâ curâ hoc Opus tuo nomini nuncupatum emittimus; illud lectores ignotos præmonentes,* Saxonis *iſtius vocabulum non patrium eſſe nomen (in* Sialandia *enim, pars* Daniæ, *non in* Saxoniâ *fuit ortus) & Grammatici titulum profeſſionis quidem eſſe, ſed neque leve neque contemptibile præconium. Enimvero, authore* Suetonio, *Grammaticus eſt, qui diligenter, acutè ſcientérque nôrit aut dicere aut ſcribere. Quo nomine* Cornelius Nepos *appellandos cenſuit Poëtarum Oratorúmque Interpretes; Cenſores & Judices Scriptorum omnium, Criticos ob id vocatos; ſic ut non verſus modò (ita enim* Quintilianus *ait) ſed libros etiam, qui falsò viderentur inſcripti, tanquam ſubditítios è familiâ ſubmoverent.* &c. *Vale, è Chalcographiâ noſtra apud* Parrhiſios, *ad Idus* Martias. M.D.XIIII. *juxta* Romanæ *ſupputationem Curiæ.*

 (a) Idi-

filii MAXIMILIANI; JACOBI WIMPHELINGII expurgatio contra detractores: LEONARDUS *& frater ejus* LUCAS ALANTSEE, *Cives & Bibliopolæ* Viennenſes, *Cæſarisque & rerum Cæſarearum ſtudioſiſſimi, hos Auguſtales libellos prodire voluerunt in lucem, expenſis ſuis, imprimentibus eos & typis effigiantibus* HIERONYMO VIETORE *&* JOANNE SINGRENIO *Chalcographis Sociis ſummâ vigilantiâ ob optimorum Principum juvandam pro virili æternitatem.* (a) 4.to . . Viennæ Auſtriæ. 1514.

QUINTILIANI Inſtitutiones *in ædibus* ALDI *&* ANDREÆ *ſoceri:* (b) 8.° Venet. 1514.

Rhetorica GEORG. VALLÆ: *arte* SIMONIS DE LUERE, *ſumptibus LAURENTII ORII* DE PORTESIO: (c) 4.to . Venet. 1514.

SEBASTIANI WINDERI Oratio ad MARIAM Archiduciſſ. *Auſtriæ: per* HIERONYMUM VIETOREM *&* JOANNEM SINGRENIUM: 4.to . . . Vienn. 1514.

Epiſtolæ à REUCHLINO & ad REUCHLINUM: *per* THOMAM ANSHELMUM Badenſem. (d) 4.to . . . . Tubing. 1514.

MARINEI Epiſtolæ: *Editæ per* ARNALDUM GUILELMUM BROCARIUM: (e) fol. . . . . . VALLISOLETI. 1514.

PAULI VENETI Sophiſmata: *impreſſa per* JOHANNEM BARBIER *expenſis* FRANCISCI REGNAULT. (f) fol. . . Pariſ. 1514.

Ordinacões &c. novamente corrigido na ſegunda ẽpreſſam; typis Gothicis: *impreſſ. per*

*JOH.*

(a) *Idibus* Februarii: *Imp.* MAXILIANO *P. F. Auguſto.*

(b) *Menſe* Auguſt. *cum* ALDI *Epiſtolâ ad* Joan. Bapt. RHAMUSIUM.

(c) *April.*

(d) *Menſe* Martio.

(e) *Bibliothec. Sicul.* Tom. I. pag. 67.

(f) *Quingenteſimo quarto decimo ſupra milleſimum. Octavo Cal.* Maias.

(a) *Men-*

*JOH. PEDRO BONHOMINI*: fol. LISBON. 1514.

*ATHENÆI DEIPNOSOPHISTÆ* Græcè: *apud* ALDUM & ANDREAM *ſocerum.* (a) fol. . . . . Venet. 1514.

PLAUT. *apud* PHILIP. JUNTAM. (b) 8.° . . . . Florent. 1514.

LUCRETIUS cum JOAN. BAPT. PII commentariis, Codice *Lucretiano* diligenter emendato, nodis omnibus & difficultatibus apertis: *in Chalcographiâ* Aſcenſianâ. (c) fol. Pariſ. 1514.

HORATII Opera cum comment. MANCINELL. ACRON. PORPHYR. & LANDINI: *per* AUGUSTINUM DE ZANNIS *de Porteſio*: (d) fol. . . . Venet. 1514.

LUCANI Pharſalia diligentiſſimè per G. VERSELLANUM recognita; cum commentariis Jo. SULPITII, PHIL. BEROALDI, & Jo. BAD. ASCENSII; cúmque adnotatis ab

(a) *Menſe* Auguſto.

(b) *Auguſt.*

(c) *Ad* IIII. *Idus* Auguſti. *Venundatur ab* ASCENSIO *&* Joanne PARVO. *Obiter ex diverſis Auctoribus tum Græcis tum Latinis multa leges enucleata, quæ ſuperior ætas aut tacuit aut ignoravit. Pellege, lætaberis. Additus eſt Index litterarius. Quæ ſequuntur ejusdem* PII *Retractationes* (ſcil; in ſuos ad PLAUTUM Commentarios & Opuscula) *datâ operâ ſeorſim impreſſimus, ut cuilibet lucubrationum dicti* PII *apponi poſſint; quas enim ad hunc Codicem corrigendum appoſuerat, notulas ſuis locis terſimus. Textum autem qualem* PIUS *ipſe imprimendum curavit, repoſuimus, ne fruſtra te corrigere monuerit, neve in omnibus parendum putâris. Lector, boni conſule, ac vale.*

Hanc Editionem *Lutetiæ primùm* Aſcenſianis *typis prodeuntem* Nicolaus BERALDUS *Franciſco* DELOINO Regio Conſiliario inſcripſit. DELOINUM his Verſibus affatur BADIUS:

*Quandoquidem priſcas recolis*, Franciſce; *Camœnas*,
*Moribus & priſcis integer invigilas;*
*Naturæ'que ſagax calles arcana;* Beraldum
*Hæc tibi ſacrantem dogmata laudo meum.*
*Is ſiquidem totus cùm ſit formatus ad unguem*,
*Cognovit ſtomacho fercula grata tuo.*
*Novit* Lucretî *te dia poemata amare*,
*Quòd vetera & priſcis condita carminibus.*
*Novit ab erratis te illius rite cavere*,
*Et fidei & ſophiæ ſenſa tenere bonæ.*
*Novit ab iis ſuaveis te carpere fontibus hauſtus*,
*Unde* Maro *plenis proluit ora labris.*
*Novit ad hoc* Badium *jampridem quærere quicquam*,
*Quod dignum auſpicio cenſeat eſſe tuo.*
*Quando igitur novit bonus ille hæc cuncta;* Beraldum
*Hæc tibi ſacrantem dogmata laudo meum.*

(d) XV. *Menſis* Octobris.

(a) *In*

ab Anton. Sabellico, Jacobo *Bononienſi*, Bapt. Pio, & quibusdam aliis: *vænundantur ab ipſo* Ascensio *&* Joanne Parvo. (a) fol. . . . . . Pariſ. 1514.

Juvenal. cum comment. Joan. Britannici, Angeli Politiani, Philippi Beroaldi, & Joan. Bapt. Egnatii: *per* Joannem Angelum Scinzenzeler. fol. . . . Mediolan. 1514.

Senecæ Tragœdiæ priſtinæ integritati reſtitutæ per exactiſſimi judicii viros (poſt Avantium & Philologum) Erasmum, Gerardum Vercellanum, Ægidium Maserium, cum metrorum præcipuè tragicorum ratione ad calcem Operis poſitâ; explanatæ diligentiſſimè tribus commentariis, G. Bernardin. Marmit. *Parmenſ.* & Daniel. Gaietan. *Cremonenſ.* & Jod. Bad. *Aſcenſ. operâ, impenſis & induſtriâ* Aſcenſianâ. (b) fol. . . Pariſ. 1514.

Priapeia & Catalecta: *in ædibus* Aldi *&* Andreæ *ſoceri*: 8.° . . Venet. 1514.

Pontani Poemata: *ex Officinâ* Philippi de Giuntâ Florentini *ſumptibus ſuis.* (c) 8.° . . . . . . Florent. 1514.

Enchi-

(a) *In vigliâ triumphalis Aſcenſionis* Christi *Domini.* Huic Editioni Badius præfixit duas Epiſtolas; quarum altera ad *Ludovicum* Pinellum *Meldenſem* Epiſcop. data *ad Kalendas* Junias M.D.XIIII. *Curavit* (ait) Oliverius *ab* Lugduno *familiare nomen ſortitus*, *Commentarios* Phil. Beroaldi *in* Lucani Pharſaliam *intrà pomœria* Pariſiana, *cùm hìc literas bonas profiteretur*, *editos*, *&* *tuâ accuratâ diligentiâ ab interitu redemptos & conſervatos cum cæteris à nobis imprimendos* &c. *Quocirca ſines hæc juvenilia ſtudii monumenta ſub nominis tui auſpicio fauſtiſſimo ſtudioſæ juventutis præſertim regalis* Navarrorum *Collegii manu verſari.* &c. *Vale, ex Chalcographiâ noſtrâ.* Altera Epiſtola ad *Auguſtinum* Seraptum Presbyterum data *ex Chalcographiâ noſtrâ ad decimum Kalendas* Januarias *anni milleſimi quingenteſimi ſexti*, quo prior Lucani Editio *Aſcenſiana* cum Comment. Sulpit. & Bad. prodiit, hìc recuditur.

(b) *Nonis* Decemb. Huic Editioni præmittitur *Jod.* Badii ad *Joannem* Landanum *Landæ Bougeniique* in Diœceſi *Nannetenſi* Domino Epiſtola data *ad Nonas* Decembres. M.D.XIIII.

(c) *Menſe* Junio. Leone X. *Pont. Max. Chriſtianam Rempubli. moderante.*

(a) Ges-

Enchiridium poeticum, quod continet Epitheta ſubſtantivorum, cum eorum hemiſtichiis, carminum clauſulis, periphraſibúsque VIRGILII ac aliorum Poëtarum: JOANNES SCHOTTUS *excudit.* (a) 4.^to . Argent. 1514.

JOANNES ALTENSTEIG *Mindelheimenſis* Vocabularius vocum, quæ in Operibus Grammaticis plurimorum continentur: *apud* ADAM PETRI: (b) 4.^to . . . Baſil. 1514.

*HESYCHIUS* Græcè: *in ædibus* ALDI *&* ANDREÆ *ſoceri*: (c) fol. . Venet. 1514.

SUIDAS Græcè: *in ædibus* ALDI *&* ANDREÆ *ſoceri.* (d) fol. . . . Venet. 1514.

PETRI DE PONTE CECI *Brugenſis* prima & ſecunda Grammaticæ Artis Iſagoge ad FELICEM DE PONTE ſuum primogenitum: *impreſſa curâ & ſumptibus* DIONYSII ROSCII *Bibliopolæ commorantis in vico S.* Jacobi *ſub Interſignio divi* Martini, *ubi & venum proſtat*; *prelari verò pumice* NICOLAI DE PRATIS *in eâdem Univerſitate pervigilantis Bibliographi rurſum prodiit.* (e) 4.^to . . . Pariſ. 1514.

Grammatica Latina GEORGII VALLÆ *Placentini*: *arte* SIMONIS DE LUERE, *ſump-*

(a) GESNER. *Pandect.* p. 60.] „Chartis 25. ſinè nomine Authoris.

(b) GESNER. & SIMLER. *Bibliothec.*

(c) *Menſe* Auguſto. ALDI PII MANUTII *ad* JOANNEM JACOBUM BARDELLONUM *Præfatio. Si cæteri ſtudioſi, nobilitatis* Mantuanæ *decus* Bardellone, *ſuâ ſponte ac gratìs, ut ipſe facis, juvarent me edendis publicandiſque bonis libris, qui tanquam κατὰ παλιγγενεσίαν reviviſcant meâ curâ ac laboribus, brevì quàm plurimi, qui deſiderantur, exirent in publicum, ut de* HESYCHIO *factum eſt, quem cùm penès te tantùm eſſe duceres, & verè fortaſſe (nemo enim eſt, quod ſciam, qui extare alium audiverit) eum ad me miſiſti* &c. *tui omnes quàm ſimillimos fore cupiens, (es enim & Latinè & Græcè doctiſſimus, mathematicarúmque diſciplinarum longè peritiſſimus) Bibliothecam tuam plenam optimorum librorum omnibus benignus impertis.* &c. *Hunc librum* MUSURUS *compater utriusque noſtrûm* ——— *diligenter recognovit, fecítque πατρὸς ἀρείῳ quàm plurima enim in eo loca emendata ſunt.*

(d) *Menſe* Febr. M.V.XIIII.

(e) *Nonis* Septembribus.

(a) *Menſ.*

*ſumptibus* Laurentii Orii *de Porteſio*: (a) 4.to . . . . . Venet. 1514.

Bud. *DE ASSE: in Chalcographiâ* Aſcenſianâ. (b) fol. . . . . Pariſ. 1514.

Ludovici Bigi Pictorii *Ferrarienſis* in cœleſtes proceres Hymnorum Epitaphiorúmque liber; ejusdem Epigrammatum libelli duo: Joannes Maciochus Bondenus *imprimebat*. (c) 4.to . . Ferrar. 1514.

Biblia Latina cum Concordantiis ejusdem & Juris Canonici per Joannem de Gradibus: *typis* Jacobi Sacon. (d) fol. & 8.o Lugdun. 1515.

Pſalterium quincuplex Fabri ſtudio Petri de Pratis editum: *typis* Petri Olivier. (e) fol. . . Cadomi. 1515.

Evangelia quatuor & Apocalypſis Latinè: *apud* Joannem Petit. (f) 12.o . Pariſ. 1515.

Pſalterium ex Hebræo diligentiſſimè ad verbum ferè translatum, fratre Felice *Pratenſi* Ordin. Heremit. S. Augustini interprete, per ſummum Pontificem Leonem X. approbatum, adjectis notationibus: *in ædibus* Petri Liechtenstein Colonienſis *Impreſſoris*, *impenſis ac ſumptibus* Danielis Bombergi Antverpienſis. (g) 4.to Venet. 1515.

Pentateuch. cum quinque *Meghilloth*. (h) . . 1515.

Pſalmi, Proverbia, Job & Daniel Hebr.

(a) *Menſ.* Mart.
(b) *Ad Idus* Martias.
(c) IIII. K L. *Junii.*
(d, e, f,) Long, *Biblioth. Sacr.*
(g) *Die* v. Septemb. Leonardo Lauredano Venetiarum *Principe*. Long, *Biblioth. Sacr.*] „ Opus xv. dierum, ut notant verſus initio Voluminis „ præfixi:

*Omnia teſtificor* Felicis *acumine noſtri*
*Non plus ter quinâ facta Latina die.*

(h) Long, *Biblioth. Sacr.* ex *Melch.* Adam. in Vitâ *Conradi* Pellicani.

(a) Long,

Hebr. cum comment RASI. (a) fol. THESSALONIC. 1515.

Epiſtolæ S. PAULI cum comment. JACOB. FABRI *Stapulenſis: apud* HENRICUM STEPHANUM. (b) fol. . . . Pariſ. 1515.

Eccleſiaſtici liber in Latinos elegos à Jo. LORICHIO HADAMARIO *verſus.* (c) fol. . . . . . . . . . . Ingolſtad. 1515.

Theologia vivificans, cibus ſolidus; D. DIONYSII *Areopagitæ* Cœleſtis Hierarchia, Eccleſiaſtica Hierarchia, Divina nomina, myſtica Theologia, undecim Epiſtolæ, interprete AMBROSIO Monacho *Camaldulenſi*, cum ſcholiis FABRI; & CLICHTOVEI ad litteram commentario; IGNATII undecim Epiſtolæ; POLYCARPI Epiſtola una; Latine; hæc ſecundaria & caſtigatiſſima ex Officinâ æmiſſio: *per* HENRICUM STEPHANUM *artis formulariæ peritum & ſedulum Opificem è regione Scholæ Decretorum habitantem*: (d) fol. . . . . Pariſ. 1515.

BA-

(a) LONG, *Bibliothec. Sacr.*

(b) Bibliothec. *Tellerian.* At R. P. LE LONG in *Biblioth. Sacr.* p. 659. *Epiſtolarum* PAULI *duplex verſio Latina, una* FABRI *ex Græco, altera vulgata cum comment. ejusdem* FABRI Stapulenſis, *in folio.* Pariſiis. 1512. 1515. Nullo addito Typographi nomine. Reverendus tamen vir Joannes BATTELY S. T. P. Archidiaconus (dum in vivis erat) *Cantuarienſis*, pietate, multiſque in Eccleſiam *Anglicanam* officiis, magnâque litterarum bonarum fruge (quod ex *Rutupinis* Antiquitatibus, Opere * poſthumo, adeò Latino, ut ævum *Auguſteum* non dedecuerit, conſtat) notiſſimus per litteras *Cantuariæ* anno 1708. *Jul.* 5. datas mihi indicavit ſe in ſuâ habere Bibliothecâ (inter alios ab *Henr.* STEPHANO excuſos & in ALMELOOVENII Catalogo omiſſos) JAC. FABRI Stapulenſis *in Epiſtolas. fol.* 1515.

(c) FABRIC. *Biblioth. Græc,* lib. 3. pag. 731.

(d) *Die menſis* Aprilis *decimâ quartâ.* In primâ Libri paginâ hæc etiam leguntur impreſſa: *Infinitus theſaurus aut perditus aut absconditus*: DIONYSII *Divini Hymni, de intellectualibus & ſenſibilibus, Theologicæ informationes, de animâ, ſignificativa Theologia, legalis hierarchia, Angelicæ proprietates & ordines, de Juſto Divinóque judicio: inſuper adduntur, de hæreſibus, de fide Catholicâ, de contemptu mundi, non habita. Cum puritate, religione, pietate, devotione, humilitate, reverentiâ, attentione, & quæque alia ſacra ſcripta tractentur, legantur, ſerventur, ad* JHESU *paternæ lucis, talium munerum & authoris & largitoris honorem.* Hanc editionem *Guillelmo* BRICONNETO Episcopo *Lodovenſi* dedicat CLICHTOVEUS, qui in Epiſtolâ, —— *Cùm variæ* (ait) *ſint Operum beati* DIONYSII *tra-*

* Edit. OXON 1711. 8.

Basil. Magn. liber de exercitatione Grammaticâ Græcè. (a) 8.° . . . Florent. 1515.

Basilii Magni Opera per Raphaelem Volaterranum nuper in Latinum converſa : *apud* Jacobum Mazochium Rom. *Acad. Bibliopol.* (b) fol. . . Romæ. 1515.

Ejusd. Hexameron per Joan. Argyropylum è Græco in Latinum converſum : *apud* Jacob. Mazochium. (c) . Romæ. 1515.

Athanas. in lib. Pſalmor. à Joanne Reuchlin. nuper integre translatus : *apud* Thomam Anshelmum: (d) 4.$^{to}$ Tubingæ. 1515.

Lactantius: *in ædibus* Aldi & Andreæ *ſoceri.* 8.° . . . Venet. 1515.

Officium Diurnum Sanctimonalium juxta uſum Ordinis *Fontis Ebraldi* elimatum : *apud* Henricum Stephanum. (e) 4.$^{to}$ Pariſ. 1515.

Sermones fratris Gabrielis Barelete Ordin. Prædicat. (f) 4.$^{to}$ . . Argent. 1515.

Opera del reverendo padre fratre *Cherubino* da Spoliti de la Vita ſpirituale belliſſima : *per HIERONIMO DE BENEDICTI Cittadino* Bologneſe. (g) fol. . . . Bologn. 1515.

*AY-*

*traductiones; eam præſertim, quæ* Ambrosii *eſt Monachi* Camaldulenſis, *delegi noſtro efflagitato Commentario declarandam : quòd cæteris emunctior ſit & terſior ; quam &* Faber Stapulenſis *olim præceptor noſter diligenti recognitione & ſcholiis ſuis reddidit illuſtriorem.* &c. *ex* Pariſiis *anno* 1514. Et *Jacob.* Faber ad pios Lectores; —— *Non adjeci* (inquit) *Scholia* Maximi, *quòd huic translationi minùs michi viſa ſunt accommodata : & illa, quæ ſunt* Ambrosii *marginalia, meo inſtituto non ſatis ſufficiebant : quæ ſiquis affectantiùs volet, à* Camaldulenſibus *facilè requirat. Et id inſuper minimè lectores latere cupimus, oportuiſſe pleruṁque* Ambrosii *ſententiam erigere, ubi Codex inemendatus, aut fortè interpres humano more lapſus diviniſſimi patris intelligentiam non fuerat aſſecutus. Ad quod commodiùs faciendum, honeſtiſſimi religioſi ſacrarum ædium ſecundo à* Dionyſianâ Pariſio *milliario vetuſta Originalia michi multâ humanitate communicârunt* &c.

(a) Gesner. *Bibliothec.*
(b) xv. *Septemb.*
(c) xii. *Decemb.*
(d) *Prid. Id.* Sext.
(e) Biblioth. *Tellerian.*
(f) Bibliothec. *Wittian.*
(g) *Nono* Martii.

(a) Pri-

*AYMARI RIVALLI Allobrogis* Juriſconſulti ac Oratoris libri de *HISTORIA JURIS* Civilis & Pontificii : *venundantur in Bibliothecâ LUDOVICI OLIVELLI Bibliopolæ Univerſitatis* Valeñ *jurati.* (a) 8.° Valentiæ. 1515.

ANDR. ALCIATI *Mediolanenſis* in tres poſteriores Codicis JUSTINIANI annotationes : JOANNES SCHOTTUS *preſſit.* (b) fol. . . . . . Argentin. 1515.

Metaphyſica ARISTOTELIS BESARIONE Cardinale interprete cum Commentariis ARGYROPILI *Byzantii* ; item THEOPHRASTI metaphyſicorum liber unus ; item metaphyſica introductio quatuor Dialogorum libris elucidata Authore JAC. FABR. *Stapulenſi* : *apud* HENRICUM STEPHANUM. (c) fol. . . . . . Pariſ. 1515.

SENECÆ Philoſophi Opera, curâ ERASMI: *apud* JOAN. FROBENIUM. fol. Baſil. 1515.

Textus Sphæræ JOHANNIS DE SACRO BOSCO cum additionibus PETRI TIRUELLI: *impenſis* JOHANNIS PETIT *commorante*

(emen-

(a) Privilegium FRANCISCI Regis in biennium indultum eſt 8. *Aug.* 1515. Opus ab *Aymaro* RIVALLIO *Delphinenſi* inſcribitur *Antonio* DE PRATO *Galliarum* Cancellario. Ad calcem hoc legitur Epigramma :

*In laudem* LUDOVICI OLIVELLI, *cujus & curâ & ære excuſſus liber eſt* : FELIX BONRIACI *Scholaris* VALENTINUS S. V.

*Laudibus immodicis quondam celebrate, diúque*
*Docte* Tryphon *cantu cognite* Pierio ;
*Cujus ope in lucem prodibant ſcripta virorum,*
*Nonniſi correcta, & nonniſi culta priùs* ;
*Cede, precor : priscóque abſit reverentia ſæclo ;*
*Scripta damus curâ ſi meliore typo.*
*Te meus ingenio tantùm* Ludovicus *& arte*
*Antiſtat, quantùm ſæcula noſtra tuis.*

*Licèt noſter* Ludovicus OLIVELLUS *ſummopere curaverit, ut hoc præclarum Opus correctè imprimeretur, nihilominus collatione factâ cum exemplari quosdam errores invenimus : quos, ne lector decipiatur, pro parte hìc annotavi* &c.

Libri initio apponitur, Inſignis typographici loco, Regis Icon cum hôc lemmate, SPES ALIT AGRICOLAS & LVDOVICVS OLIVELLI.

(b) 28. *Auguſti.*

(c) Bibliothec. *Cordeſian.*

(emenda *commorantis*) *in vico divi* Jacobi *ad interſignium* Lilii aurei. (a) fol. . Pariſ. 1515.

Authores de re Ruſticâ: *apud* PHIL. JUNTAM. (b) 4.to . . . Florent. 1515.

ANNII *Viterbienſis* Antiquitatum Volumina XVII. *venundantur ab* JOANNE PARVO & JODOCO BADIO: *impreſſæ rurſus operâ* Aſcenſianâ. (c) fol. . . . Pariſ. 1515.

*Trithemiarum* Hiſtoriarum Breviarium: *per* JOANNEM SCHOEFFER. (d) fol. Mogunt. 1515.

CORNEL. TACITI *LIBRI QUINQUE* noviter in *Germaniâ* inventi, atque cum reliquis ejus Operibus, quæ priùs *Romæ* inveniebantur, editi; *impreſſ. per STEPHANUM GUILLERETI de Lotharingiâ* Tulleñ. *Dioc.* (e) fol. . . . Romæ. 1515.

PAUL. WARNEFRIDI libri 6. de geſtis *Longobardorum*, & JORNANDIS liber de rebus *Geticis*: *apud JOANNEM MILLER.* (f) fol. . . . . . Aug. Vind. 1515.

Itinerarium D. MATHÆI S. Angeli Cardinalis à RICARDO BARTHOLINO editum: HIERONYMUS VIETOR *impreſſit impenſis JOANNIS VUIDEMAN* Auguſteñ. (g) 4.to . . . Viennæ. 1515.

Ru-

(a) *In menſe* Auguſti.

(b) *Menſe* Julio *Anno* D. XV. *ſupra mille.* Philippus JUNTA Franciſco VIETORIO *viro clariſſimo S.* ——— *Mirabitur fortaſſe quisquam, quòd ego, qui annos abhinc circiter* * *decem libris novâ impreſſione cudendis operam totam impenderim, nec ex eis aliquem ſub cujuspiam nomine ediderim, modò hos de Agricolatione Authores tuo potiſſimùm nomini dicârim.* ——— *Ubi quantum curæ ac laboris, ne una quidem macula ineſſet, impenderimus, cùm ex novis typis, tum ex aliorum exemplarium mendis facile erit dignoscere. Accedit præterea* Nicolai ANGELII Buccineñ *tui quondam præceptoris accuratiſſima caſtigatio* &c.

(c) *Ad* x. *Kalendas* Octob.

(d) *In vigiliâ* Margarethæ *virginis.*

(e) *Kal.* Mart. LEONIS X. *Pont. Max. anno ſecundo.* Hoc Opus dedicat *Philippus* BEROALDUS *junior Academiæ* Romanæ *præpoſitus* LEONI X. *Pont. Max.*

(f) FABRIC. *Biblioth. Latin.* p. 661.

(g) *Idib.* Septemb.

(a) *Nono*

* Videtur innuere annum 1505. quo ſcilicet libris novâ impreſſione cudendis operam impendere cœperit.

Rudolphi Agricolæ junioris *Rheti* ad Joachimum Vadianum Epiſtola de locorum nonnullorum obſcuritate cum Joach. Vadiani Epiſtolâ reſponſoriâ. (a) 4.to . . . . . . 1515.

The Chronycle of *England* with the fruyte of tymes: *newly emprynted by me JULIAN NOTARY dwellyng in* Powlis *church yard beſyde the weſt dore by Lordes Palyeſe.* (b) fol. Lond. 1515.

Lucian. de ratione conſcriben. Hiſtoriæ, Bilibaldo Pirkheymero interprete: *apud* Frederic. Peypus. 4.to Nuremb. 1515.

Ejusdem Deorum Dialogi numero 70. (Supernorum 26, Marinorum 14, Infernorum 30) unà cum interpretatione è regione Latinâ nusquam antea impreſſi, Othomaro Nachtgal *Argentino* accurante: Joannes Schottus *ſtudioſiùs elaboravit.* (c) 4.to . . Argent. 1515.

Cicer. Epiſtol. Familiar. cum notis *Aſcenſianis*: *venundantur in ædibus* Joannis Parvi, *impreſſ. per* Nicolaum de Pratis. 8.o . . . . . . Pariſ. 1515.

Rodolphi Agricolæ *Phriſii* Dialectica: *imprimebat* Theodoricus Martinus Aluſtemſis *Characteribus* (*ut eſt videre*)

fa-

(a) *Nono Calendas* Julias.

Conradus Scipio Stutgardinus
*in laudem* Singrenii.

*Debet* Singrenio *multum ſtudioſa juventus;*
*Debet, quisquis amat dogmata culta, ſenex.*
*Officium ille ſuum grato præſtare labore*
*Aſſolet, & ſtudium pendere utrique ſuum.*
*Culta characterum vulgare volumina dono*
*Et ſolidam aſſuetus paſcere amicitiam.*

*Impreſſit*
*Hæc tibi* Singrenius *jampridem emiſſa* Johannes
*Scripta typis preſſit, cui bene gratus eris.*

Extat ſinè anno, *Casparis* Ursini Velii *Sileſii* Epiſtolarum & Epigrammatum liber: *per* Joannem Singrenium, *Expenſis verò JOANNIS MECZKER.* 4.to

(b) *In the yere* M.CCCCC. & XV.

(c) Hæc verba [*nusquam antea impreſſi*] intelligenda ſunt de Latinâ *interpretatione.*

(a) *Anno*

*faberrimis.* (a) fol. . . Lovan. 1515.

JOACH. VADIANI laureati Poetæ Oratio in conventu Cæſaris & trium Regum; & SEBASTIANI WINDERI ad MATHÆUM S. Angeli Cardinalem: *impreſſ. per* HIER. VIETOREM. (b) 4.to . . . Vienn. 1515.

Panegyricus JOAN. BAPT. EGNATII in FRANCISCI I. de *Helvetiis* victoriam: *Emiſſus primùm ex ædibus* Minutianis Mediolani M.D.XV. *prid. Cal.* Dec. *& rurſus in* Parhiſiorum *clariſſimâ Academiâ ad* x. *Cal* Feb. *mox ſubſecutas ex ædibus* ASCENSII. 4.to . . 1515.

*Friburgica* PHILIPPI ENGELBRECHT, florentiſſimæ urbis *Friburgi* apud *Briſgoicos* deſcriptionem complectens ad HIERONYMUM HUSSER *Pludentin.* JOANNES SCHOTTUS *preſſit.* 8°. . . . . . . Argent. 1515.

Oratio fratris ZENOBII Ordinis Prædicatorum in laudem Civitatis *Neapolitanæ.* 4.to . . 1515.

Panegyricus HENRICI GLAREANI *Helvetii* ad ÆMILIANUM Romanorum Imperatorem; Ejusd. Deſcriptio *Helvetiæ* metrica: *per* ADAMUM PETRUM *ex Langendorff.* 4.to . . . . . . . . Baſil. 1515.

AUSONII (Ἀφθονίȣ) Sophiſtæ præludia, HERMOGENIS Ars Rhetorica, (ſcil. περὶ τῶν ςάσεων, εὑρέσεων, ἰδεῶν): *in ædibus* PHILIPPI JUNTÆ Florentini. (c) 8.° . . Florent. 1515.

QUIN-

(a) *Anno milleſimo quingenteſimo decimo quinto. Prid. Id.* Januar. *Regnante Ca.* MAXIMIL. *Aug. & Car. Auſt.*

(b) *Non.* Aug.

(c) *Menſe* Julio, LEONE *decimo Pontifice.* Cum Epiſtolâ *Bernardi* JUNTÆ ad LAURENTIUM BENEVENIUM. —— *Venit in mentem novis litterarum typis nova Græcorum atque Latinorum Volumina cudere; quamobrem cùm Grammatices* THEODORI *quadripartitum libellum*, APOLLONII *ac* DEMETRII, *necnon &* LECAPENI *& aliorum Grammaticorum Enchiridium perſolviſſem* —— AUSONII *Sophiſtæ præludia &* HERMOGENIS *Rhetoricen doctioribus tradendam* &c. HERMOGENIS *Opera continuâ lectione percurras, noſtri tuique* BONINI *impreſſorum operis errores acriùs* (*ut pute*)

| | | |
|---|---|---|
| QUINTILIAN. Inſtitut. Orator. *operâ & ſumptu* PHILIPPI JUNTÆ. (a) 8.° | Florent. | 1515. |
| JACOBI WIMPHELENGII *Sletſtatenſis* elegantiæ majores ; Rhetorica pro pueris : *MATTHIAS HUPFUF excudit.* (b) 4.to | Argent. | 1515. |
| MUSÆUS, Batrachomuomachia, *OPPIANI HALIEUTICA*, Græcè : *apud* JUNTAM : 8.° . . . . | Florent. | 1515. |
| PINDARI Olympia, Pythia, Nemea, Iſthmia, Græcè, cum *GRÆCIS SCHOLIIS* : *impreſſ. per* ZACHARIAM CALERGI Cretenſem. (c) 4.to . . . | Romæ. | 1515. |
| Senarii Græcanici quingenti & eo amplius verſi OTHMARO NACHTGALL *Argentino* metaphraſte : JOANNES KNOBLOUCH *notis æreis excepit.* (d) 4.to . . . | Argentor. | [illegible] |
| ISOCRAT. ad DEMONIC. & ad NICOCL. Græcè & Latinè : JOANNES KNOBLOUCH | | |

*notis*

*puto*) *caſtigantis non immemor* &c. Obſervatu non eſt indignum, vocem Græcam Ἀφθονίου verti Latinè *Auſonii.*

(a) *Menſ.* Octobr.

(b) GESNER. & SIMLER. *Bibliother.*

(c) *Permiſſu S. D. N.* LEONIS X. *Pont. Max. eâ etiam conditione, ut nequis alius per quinquennium hos imprimere, aut venundare libros poſſit ; útque qui ſecus fecerit, is ab univerſâ Dei Eccleſiâ toto Orbe terrarum expers excommunicatúsque cenſeatur.* Ἡ τοῦ Πινδάρου περίοδος αὐτηὶ, τῶν Ὀλυμπιονικῶν, Πυθιονικῶν, Νεμεονικῶν τε, καὶ Ἰσθμιονικῶν, ἐν Ῥώμῃ τῇ βασιλίδι τῶν πόλεων, παρὰ τοῖς οἰκίοις τοῦ μεγαλοπρέπους Ἀυγουστίνου τοῦ Κιγοῦ ἐντυπωθεῖσα, πέρας εἴληφεν ἤδη σὺν θεῷ· ἀναλώμασι μὲν τοῦ αὐτοῦ, διὰ παραινέσεως τοῦ λογίου ἀνδρὸς Κορνηλίου Βενίγνου τοῦ Οὐιτερβιέως, πόνῳ δὲ καὶ δεξιότητι Ζαχαρίου Καλλιέργου τοῦ Κρητὸς, ἔτει τῷ ἀπὸ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, χιλιοστῷ φιέ. μηνὸς αὐγούστου ιγ΄. Λέοντος δεκάτου μεγίστου ἀρχιερέως ὁσίως οἰκονομοῦντος Ῥώμην.

Initio hoc præmittitur Epigramma.

Λαμπρίδιος Κορνηλίῳ Βενίγνῳ τῷ Οὐιτερβιεῖ.

Ἔνδοξος Θύμβρεις πάρος οὐκ ἐχάραττεν ἀγαυοὺς
Ἑλλήνων μόχθους χαλκογράφοισι τύποις.
Ἦν τόδε μὲν τέρας, ἦν καὶ νὴ Δία πουλὺ δίκαιως·
Ἔργον γὰρ μεγάλη Ῥώμη ἔοικε μέγα.
Νῦν δέχε τοῦτο τέρας πᾶσι σοῖς, Κορνήλιε, δώροις·
Χ' ἡμῖν Γραικοτύπου κάλλος ἐπῆλθε πόνου.
Ὡς δ' ἄλλοις προφέρει λοιπῶν πόλις αὐτὴ ἀνάσσα,
Οὕτω καὶ βίβλοις φαιδροτέραις κρατεῖ.

(d) Cum OTHMARI Epiſtolâ ad *Nicolaum* WARMSER Collegii Divi THOMÆ

*notis æreis excepit.* (a) 4.to . . . Argentor. 1515.

Hesiodi Opera & Dies; Catonis Romani Moralia; Cebetis Tabula; Græcè & Latinè: Joannes Knoblouch *formulis excuſit.* (b) 4.to . . . . . Argentor. . .

Aristophanis Comœdiæ novem, Græcè: *operâ* Philippi Juntæ. (c) 8°. Florent. 1515.

Ejusdem *THESMOPHORIAZUSÆ & LYSISTRATA* Græcè: *operâ* Bernardi Juntæ. (d) 8.° . . . Florent. 1515.

Virgilii Georgicorum libri quatuor, & roſæ: *ex ædibus* Schurerianis. (e) 8.° Argent. 1515.

Lucretius: *in ædibus* Aldi & Andreæ *ſoceri.* (f) 8.° . . Venet. 1515.

Ovi-

ma *Argentin.* Decanum datâ anno quinto decimo ſupra ſesquimilleſimum.

(a) Othmarus Nachtgall Argentinus *ſtudioſo lectori Salutem. Quisquis ſimul cum Græcis literis probatiſſimos quoque mores discere voles, hoc Opus pellege, quod nos jampridem Græco-Latinum fecimus, ſatis mercedis conſecuturi, ſi noſtrâ ope eruditionem cum virtute conjunxeris. Vale* Argentoraci, *ad Kal.* Septembres, *anno* 1515. Σοφία μόνη τῶν κτημάτων ἀθάνατον.

(b) Nulla apparet anni nota. Hæc autem adjiciuntur Diſticha.

ὁ Ὀτθόμαρος Ἀηδώς.

Τὴν ἀρετὴν ἐδίδαξεν ὅμως καὶ ἀγρρήτως Χρυσὸς
Ἡσίοδος λεῖπα δοῖα χαριζόμενος.

Ottomarus Aidos Argentinus.

*Eloquio virtus juncta eſt, ſapientia phraſi,*
Heſiodi *monitis quæ geminata placent.*

Unà in eodem hôc Libro adduntur *Aurea Carmina* Pythagoræ & Verſus Phocylidis. Obſervandum eſt *Ottomari* cognomen triplici Linguâ, vernaculâ *Nachtgall*, Latinâ *Luscinius*, Græcâ Ἀηδὼς reddi. In ſubſcriptione *excuſit* pro *excuſſit* vel *excudit.*

(c) *Bernardus* Junta harum corrector *Franciscum* Accoltum deſignatum Episcopum *Anconitanum* in Epiſtolâ ſic alloquitur, *Putabam*, inquit, *duas quoque notioribus his addere poſſe nondum ab aliis impreſſas, quæ citò forſan abs te noſtrâ ope his novem comitatæ legi poterunt, ni forſan* Euphroſini Bonini *præceptoris tui & aliorum tuorum paritérque noſtrorum amicorum promiſſa, quod credere nequeo, in leves abibunt auras* &c.

(d) *Venit jam*, ſic præfatur Editor, *expectata dies illa, in quâ ex* Urbinate *Bibliothecâ antiquiſſimum* Aristophanis *exemplar nacti ſumus, ibique inter alias* Lysistratem & Cereri *ſacrificantes, non aliàs viſas Comœdias, invenimus* &c.

(e) *Menſe* Decembri. *Regnante Impe. Cæſ.* Maximiliano *Pio Fœlici Aug.* In Libri titulo legitur hoc Adagium,

Εἰ δέ τις οὐ δεδάηκε τέχνην, σκαπτέτω δικέλλῃ.

ſumptum ex Phocylid. v. 146.

(f) *Menſe* Januario.

(a) *Men-*

Ovidii Epiſtolæ & Opera Amatoria : *in ædibus* Aldi *&* Andreæ *ſoceri.* (a) 8.° Venet. 1515.

Catull. Tibull. Propert. : *in ædibus* Aldi *&* Andreæ *ſoceri.* (b) 8.° Venet. 1515.

Lucanus: *in ædibus* Aldi *&* Andreæ *ſoceri.* (c) 8.° . . . Venet. 1515.

Juvenal. cum Comment. Badii Ascensii: *è Chalcographiâ* Joannis Clein Alemani *Impreſſorum apud* Lugdunum *facilè principis.* (d) fol. . . Lugd. 1515.

Idem cum Joannis Britannici commentariis : *Opus aureum noviſſimè infinitis penè erroribus enodatum, maximâque diligentiâ impreſſum per* Georgium de Rusconibus Mediolan. (e) fol. . . Venet. 1515.

Sil. Italic. *apud* Philippum Juntam. 8.° . . . . . Florent. 1515.

M. Valerii Martialis Epigrammata cum interpretamento dictionum Græcanicarum, quæ paſſim in toto opere continentur, Othmari Nachtgall *Argentini* : Joannes Knoblouch *notis æreis excepit.* (f) 4.to . . . . . Argent. 1515.

Aul.

(a) *Menſe* Maio.
(b) *Menſe* Martio.
(c) *Menſe* Julio.
(d) *Kal.* Auguſt.
(e) *Die* X. Decembris. Hujus libri initio titulus præmittitur hic : Junius Juvenalis. *Opus quidem divinum antea Impreſſorum vitio tetrum, mancum & inutile, nunc autem à viro bene docto recognitum, adeòque diligenti caſtigatione excultum, ut ne punctus, coma, ſeu interrogatiuncula, cùm in textu tum in commento deficiat, ut facilè legentibus videre eſt : ſcribente* Joanne Britannico *viro eruditiſſimo. Unà cum figuris ſuis locis aptè diſpoſitis: necnon elegantiſſimâ noviter reviſâ, quæ omnia ſecundùm alphabeti ordinem mirificè complectitur.* Nil tamen tanto faſtu dignum præſtat hæc Editio, ſatis quidem paſſim mendoſa, neque ſanè multùm nitida ; ubi Græca in commentariis nonnunquam (p. 16.) occurrunt, abſurdè & turpiter depravata. In principio adduntur *Annotationes quædam* Joannis Britannici *in* Aſinum Apuleii *&* Sylvas Statii.

(f) xxviii. *die menſis* Auguſti. Othmari *Endecaſyllabon ad Lectores.*

*Vatem quiſquis amat brevilequentem ;*
*Terſum, delicias, ſales, leporem,*
*Rhomanæ ſpecimen decúsque Linguæ ;*
*Hunc evolvere crebrò* Martialem

*Tentet*

Aul. Gellius *in ædibus* Aldi, & Andreæ Asulani: (a) 8.° Venet. 1515.

Macrobius integer, nitidus, ſuóque decori à Joanne Rivio reſtitutus; cum indicio & amplo & veridico: *venundatur ab* Jodoco Badio & Joanne Parvo; *quàm diligentiſſimè nunc rurſum impreſſ. accuratione* Aſcenſianâ. (b) fol. . . . Pariſ. 1515.

Baptistæ Fiæræ *Mantuani* Hymni Divini, Sylvæ, Melanyſius, cœna: *impreſſ. per* FRANCISCUM BRUSCHUM. (c) 4.to . . . Mantuæ. 1515.

Erasmi Moria cum comment. Listrii, Ludus Ann. Senec. de morte Claudii Cæſaris cum Schol. Beati Rhenani; Synes. de laudibus calvitii Joanne Phre â *Britanno* interprete cum Schol. Rhenani: *in ædibus* Jo. Frobenii. (d) 4.to . . . . Baſil. 1515.

Jo.

*Tentet; qui Latialiter Lacanum*
*Fert, horas bene ſic, puto, locabit.*

Cum hôc Adagio, Σοφία μόνη τῶν κτημάτων ἀθάνατον.

(a) *Menſe* Septemb. Hanc Editionem *Jo. Bapt.* Egnatii induſtriâ caſtigatam conſtat ex præfixâ ipſius ad *Antonium* Marsilium *Venetum* Epiſtolâ.

(b) *Ad Calendas* Februarias. Præmittitur *Joannis* Rivii *Veneti* Epiſtola ad *Raphaelem* Regium data *decimo Calendas* Julii. M.D.XIII.

(c) *Sub inclyto* Francisco Gonzagâ *quarto Marchione*. Dialogus inter Momum & Librarium:

Mom. *At at* Fiæra *non latet, modò exivit.*
*Perfricuit frontem, remota jam larva eſt.*
*Videbo tandem, an ſit poëta tam doctus,*
*An medicus ſit ille tam celebratus.*

Lib. *Profectò neuter eſt; ſcies tuo ſumptu.*
*Silebo verum, modò nummuli currant.*

Mom. *Heus heus Librarie, mihi libellos da.*
*Sine, ut legam verbum.* (Lib.) *ut lubet, libens cedo.*

Mom. *Theologum lego: utinam ſatìs conſtet!*

Lib. *Heu longa lectio: non emet ſatur nugas.*

Mom. *Quid oculos gemebundus obteris dudum?*

Lib. *Cæcutio penè, libros ut hos volvi.*
*Cum pulvere & blattis diem hactenus traxi.*

Mom. *Quanti hic liber?* (Lib.) Fiæra *ſextulâ juſſit.*
*Sed mihi pyxide ſtat papyrus & ſuprá.*

Mom. *Cape, cape: tanti loculos emam in pisces.*

(d) *Menſe* Martio.

(a) *Men-*

Jo. Antonii Flaminii *Forocornelit.* Sylvarum libri II ; Epigrammatum libri III: *per* Hieronymum de Benedictis. 4.to . . . . . . . . Bonon. 1515.

Scripta quædam Damiani , Pisonis , Peniæ , Sigismundi , Erasmi : *apud* Jo. Frobenium. (a) 4.to . . Baſil. 1515.

*VOCABULARIUM HEBRAICUM* atque *CHALDAICUM* totius *VETERIS TESTAMENTI* cum aliis tractatibus in Academiâ *Complutenſi* noviter impreſſum : *de mandato & ſumptibus* F. Francisci Ximenes de Cisneros *Cardinalis* , *induſtriâ & ſolertiâ honorabilis viri* Arnaldi Guilielmi de Brocario *artis impreſſoriæ magiſtri.* (b) fol. . . Complut. 1515.

Voca-

(a) *Menſe* Auguſt. Continentur hôc libro, *Jani* Damiani *Senenſis* ad Leon. X. de Expeditione in *Turcas* Elegeia cum doctor. virorum Epigrammatibus, Epiſtola Pisonis ad *Joannem* Coritium de conflictu *Polonorum* & *Lituanorum* cum *Moscovitis*, *Henricus* Peniæ ad Card. de Saulis de geſtis Sophi contra *Turcas* , Epiſtola Sigismundi Regis *Poloniæ* ad Leon. X. de victoriâ contra Schismaticos *Moscovios* ; Erasmi quatuor Epiſtolæ & in Urbis *Seleſtadii* laudem * Carmen : cum his duobus ad calcem ſenariis :

Θεοῦ διδόντος , οὐδὲν ἰσχύει φθόνος·
Καὶ μὴ διδόντος , οὐδὲν ἰσχύει πόνος.
Τέλος.

(b) *Menſis* Maii *die ultimâ.* In Præfatione leguntur hæc : ——— *Poſtquam jubente Domino Fratre* Francisco Ximenes de Cisneros &c. *dedimus Novum Teſtamentum Græco Latinóque ſermone impreſſum , adjecto inſuper quàm utiliſſimo Lexico Græcarum omnium dictionum , quæ in eo continentur ; daturi quàm primùm Vetus Inſtrumentum* (*quod jam nunc in prælo eſt*) *Hebraïcâ , Chaldaïcâ Græcâque Linguâ cum ſingulis Latinis interpretationibus excuſſum ; En præmittimus vobis veluti pro deguſtamento & præludio Operis copioſiſſimum Hebræorum Chaldæorúmque vocabulorum Dictionarium* ——— *ſummo labore elucubratum nec minori etiam ſtudio & ſedulitate correctum. In quo non minori etiam ſtudio & ſedulitate correctum. In quo non modò ſimplices dictionum interpretationes tam primitivarum quàm derivativarum totius Veteris Inſtrumenti ſeriatim continentur ; ſed* (*quod omnium operoſiſſimum fuit*) *quot locis in eodem Veteri Teſtamento unaquæque dictio propter Linguæ illius fœcunditatem multiplicet ſignificata , adjectis quàm plurimis concordantiis continuò ſubjungitur : aſſignatâ cuique loco propriâ ſignificatione , quâ ibidem uſus eſt Latinus Interpres.* &c. *Adjectus eſt Tractatus de nominum Propriorum interpretatione* &c. *Appoſita deinde eſt legendorum Hebraïcorum characterum ars & inſtructio , unà cum ipſâ Hebrææ Linguæ Grammaticâ ex ſummis ipſorum Autoribus accuratiſſimè collectâ , atque eo*

* In quo hic Verſus de Schurerio Typographo legitur : *Matthias niveo pectore* Schurerius.

Vocabularius dictiones Teutonicas Latinis præponens: MATHIAS HUPFUF *impreſſit.* (a) . . . . . . Argent. 1515.

JOANNIS ALTENSTEIG *Mindelheimenſis* Vocabularius vocum, quæ in Operibus Grammaticis plurimorum continentur: *apud* JOANNEM PRUSZ. (b) 4.^to . . Argent. 1515.

AARONIS filii ASER de *Tiberia* Grammatica Hebræa de accentibus: *apud* DANIEL. BOMBERG. (c) . . . . Venet. 1515.

APOLLON. de Conſtruction. Græcè: *apud* JUNT. 8.° . . . . Florent. 1515.

THEODORI GAZÆ Grammatices introductionis libri quatuor, Ejusdem de menſibus; GEORGII (Λεκαπηνοῦ) LAGAPENI de conſtructione verborum Græcè: *in ædibus* PHILIPPI JUNTÆ Florentini *Bibliopolæ.* (d) 8.° . . . . . . . . . Florent. 1515.

ALDI MANUTII *Romani* Grammaticæ Inſtitutiones Græcæ: *in ædibus* ALDI & ANDREÆ *ſoceri.* (e) 4.^to . . Venet. 1515.

Elementale Introductorium in Nominum & Ver-

*ro ordine digeſtâ, ut nullibi (aut certè in quàm pauciſſimis) præceptoris opera deſiderari poſſe videatur.* &c. *Poſtremum tandem Voluminis locum obtinet aliud Dictionarium Latini Abecedarii ordine digeſtum: quod omnia Veteris Teſtamenti Latina vocabula citatis prioris Vocabularii paginis Hebraïcè proferre docet: ut non tantùm Hebraïca Latinè, ſed verſâ vice Latina Hebraïcè poſſis enunciare.* &c.

(a) GESNER. *Pandect.* p. 35.

(b) GESNER. & SIMLER. *Biblioth.*

(c) SIMLER. *Bibliothec.*

(d) *Quinto Cal.* Aprilis. Τὸ παρὸν βιβλίον ἀκριβῶς ἐντυπωθὲν πέρας εἴληφεν ἤδη σὺν θεῷ ἐν τῇ Φλωρεντίᾳ, ἀναλώμασι μὲν Φιλίππου τοῦ Ἰούντα Φλωρεντίνου, πόνῳ δὲ καὶ δεξιότητι Βαρθολομαίου τοῦ Βρισιανίως τῶν Ἑλληνικῶν λόγων ἐφιεμένων χάριν. Ἔτει τῷ ἀπὸ τῆς Χριστοῦ γεννήσεως χιλιοστῷ πεντακοσιοστῷ πέμπτῳ καὶ δεκάτῳ, μηνὸς Μαρτίου κζ. Ἄρχοντος μεγίστου ἀρχιερέως ἡμῶν Λέοντος δεκάτου ἔτει τρίτῳ. Cum *Euphroſyni* BONINI ad *Ludovicum* MARTELLUM *Laurentii* filium Epiſtolio: *Cùm novis* THEODORI *Grammaticen jamjam typis excudere mens ſit, téque adeò in Græcis profeciſſe videam, ut mediis (ut aiunt)* Athenis *potiùs quàm in* Florentinâ *urbe ortum eſſe facilè exiſtimare poſſim, nequeo, cui dicanda ſit, ampliùs dubitare. Quamobrem noſtrarum hodie vigiliarum exiguos hilari fronte accipe labores* &c.

(e) *Menſe* Novembri. Cum MUSURI ad *Jo.* GROLIERIUM Epiſtolâ, de quâ priùs.

(2) *Menſe*

Verborum declinationes Græcas ; item Hieronymi Aleandri *Mottenſis* tabulæ ſanè utiles Græcarum Muſarum adyta compendio ingredi cupientibus ; lector , eme , lege, & gaudebis: *apud* Schurerium. (a) 4.to Argentor. 1515.

Jacobi Henrichmanni *Sindelfingenſis* Grammaticæ Inſtitutiones. (b) 4.to . Tubing. 1515.

Pſal-

(a) *Menſe* Octobri. Epiſtolam Aleandri (licèt longiuſculam) Lectori proponere non pigebit , cùm ad ampliorem *Aleandri* , cujus ope Litterarum Græcarum Typographia *Pariſiis* tantos progreſſus fecerit , notitiam valde conducat.

Hieronymus Aleander *bonarum literarum in urbe* Lutetiâ *Studioſis S. D.*

*Quemadmodum ii , qui magnum ſaltum facere nituntur , aliquanto longiùs retrocedunt , ita & nos per pluſculos jam dies publicas intermiſimus lectiones , non profectò ut veternoſo otio torpeſceremus , ſed ut recuperatâ integrâ valetudine ad priſtinum officium vobis rediremus alacriores. Neque tamen interim turpiter ceſſavimus. Nam præter cùm publica tum privata negotia , quibus non parum diſtinemur , non omnino longâ literis ſalute dictâ , aliquid quotidie noſtris contubernalibus & Græcè & Latinè prælegimus ; & utriusque Linguæ* * *Lexicon , necnon & elegantiſſimam* † Theodori *Grammaticam curavimus imprimendam. Et quoniam non ita omnibus Græcarum cupidis litterarum multum in illis perdiſcendis temporis conſumere datum eſt , quod vobis ſemper cordi fuiſſe cognôram , & uſui pariter & honori ſperabam fore , tabellas haſce , fideliſſimos litterarum Græcarum veluti traduces , quas in feliciſſimâ & doctorum virorum parente* Aureliâ *excogitâram, ſucciſivis horis recognovi, ad normámque* Theodoreæ *Grammaticæ , quam vobis enarraturi ſumus , redegi , & multo quàm antea nitidiores , & utiliores vobis primùm ; deinde & per vos aliis tradidi publicandas. Debeant igitur* Lutetiæ *par eſt , quicunque ubiubi terrarum per has noſtras Tabulas proficient : cujus videndæ gratiâ & variarum Linguarum doctrinâ pro virili meâ condecorandæ , per tot támque difficilia viarum ſpatia huc me contuli. Debeant &* Aureliæ, *ubi in* Parrhiſinæ *peſtis perturbatione à clariſſimis illius Academiæ Doctoribus jucundè & honorificè habitus , vobiſque ſervatus , hujuscemodi non , ut ſpero , pœnitendum munusculum auctore Deo adinveni. Potueram , fateor , majoribus ſtudiis pluſque mihi gloriæ comparaturis has horas impendere: ſed privato commodo communem præferendam cenſui utilitatem. In quo ſi non ſtrenuè aliquid , certè non ignavius fuiſſe à nobis puto factum, quàm ſi , ne animum dum remitto , prorſus amitterem , dolium ſúsque dèque in cranio volutâſſem , aut lapillos & conchas in littore collegiſſem. Id autem Opuſculi quicquid eſt , ut à me benigno animo vobis datur , ita & vos lubenter ſuſcipiatis velim , mihi chariſſimi auditores. Itaque perſuaſum habeatis , nullum eſſe tam obtuſi ingenii , tam diverſæ profeſſionis , tam natu grandem , tam multis denique negotiis impeditum , quin poſſit per noſtras tabulas brevì in Græcâ literaturâ proficere. Quod & ipſarum ordo , & compendium , & (ut faciliùs circumferatur) Enchiridii forma unicuique facilè & oſtendere , & præſtare poteſt. Valete.*

(b) Gesner. *Bibliothec.*

(a) Long,

* Quod prodiit apud *Ægid.* Gourmontium 1512.

† Chevillerius p. 251. non aliam Gazæ Editionem memorat , quàm quæ anno 1516. prodiit.

Pſalterium Hebr. cum brevi præfatione Hebr. Conradi Pellicani Ordinis *Minorum* & Seb. Munsteri Franciſcani: *apud* Jo. Frobenium. (a) 24.to . Baſil. 1516.

Nov. Teſt. omne Græcè & Latinè, diligenter ab Erasmo *Roterodamo* recognitum & emendatum, non ſolùm ad Græcam veritatem, verùm etiam ad multorum utriusque Linguæ Codicum, eorúmque veterum ſimul & emendatorum fidem, poſtremò ad probatiſſimorum Auctorum citationem, unà cum annotationibus. Præfigitur Epiſtola Erasmi Leoni X. nuncupata & ejus Apologia. Hanc Editionem accurârunt Joan. Oecolampadius & Sigism. Gelenius: *in ædibus* Jo. Frobenii Hammelburgenſis. (b) fol. . . . . . Baſil. 1516.

*PSALTERIUM PENTAGLOTTON*

Au-

(a) Long, *Biblioth. Sacr.*

(b) *Menſe* Februario. *regnante Imp. Caſ.* Maximiliano *P. F. Auguſto.* Erasm. in Præfation. ad Annot. *Teſtamentum, quod vocant, Novum* ——— *recognovimus, idque primùm ad Græcam veritatem* ——— *deinde ad vetuſtiſſimorum Latinæ Linguæ Codicum, quorum duos exhibuit eximius ille divinæ Philoſophiæ myſtes* Joannes Coletus Paulinæ *apud* Londinum *Eccleſiæ Decanus, adeò priscis litterarum typis, ut mihi ab integro discenda fuerit lectio, & in noscitandis elementis fuerit repuerascendum.* &c. *Teſtimonia Veteris Teſtamenti vel ex interpretatione Septuaginta, vel ex ipſis Hebræorum fontibus, contulimus & excuſſimus; quanquam id quidem* οὐκ ἄνευ Θησέως ——— *adjuti operâ ſubſidiariâ viri non ſolùm pietate, verùm etiam trium peritiâ Linguarum eminentis* Joannis Oecolampadii Vinimontani, *quòd ipſe in litteris Hebraïcis nondum eò proceſſeram, ut mihi judicandi ſumerem authoritatem.* &c. Baſileæ. *An.* M.D.XV. In his Erasmi Annotationibus, ad I. Epiſt. Joan. (c. V. ℣. 7.) leguntur hæc: *Tres ſunt, qui teſtimonium dant in cœlo.*] *In Græco Codice tantùm hoc reperio de teſtimonio triplici,* ὅτι τρεῖς εἰσὶν οἱ μαρτυροῦντες, τὸ πνεῦμα καὶ τὸ ὕδωρ καὶ τὸ αἷμα *i. quoniam tres ſunt, qui teſtificantur, ſpiritus & aqua & ſanguis.* Ad calcem Annotationum, *Baſileæ anno Salutis humanæ* M.D.XVI. *Kalendis* Martii. Sequitur *Joannis* Oecolampadii ad pium Lectorem Epiſtola. ——— *Ego* (inquit) *cui hâc hyeme Theologiæ alioqui apud* Baſilienſes *vacaturo feliciſſima magni* Erasmi *conſuetudo contigit, non poſſum non teſtari infatigabilem hominis induſtriam, vix credendam in tractando fidem* &c *Mihi erat ſpectandum miraculum, dictantem recognoscentémque, quantum tria præla exciperent, videre* &c. *cùm nihil alienius ſit illi, quàm alienâ oſtentare ſe gloriâ, ſuarum etiam laudum partem in alios rejicit. Quale & illud exemplum, cùm me ſubſidiariam ſolam in caſtigandis formulis operam, accerſitum à* Frobenio *illo Chalcographorum omnium diligentiſſimo, perinde ac non aſymbolum,* Theſea *etiam ſuum vocare dignatus ſit* &c.

(a) *Menſe*

Augustini Justiniani: *impreſſit PETRUS PAULUS PORRUS in ædibus* Nicolai Justiniani Pauli. (a) fol. . . . . . . Genuæ. 1516.

Biblia Latina: *apud* Jacobum Sacon. (b) fol. . . . . . . . Lugdun. 1516.

Eadem 2. Vol. *apud JOAN. MOYLIN.* (c) fol. . . . . . . . Lugdun. 1516.

Liber Job ad veritatem Hebraïcam reſtitutus, duplici verſione Latinâ, unâ Vulgatâ, alterâ ex Hebræo Augustini Justiniani. (d) 4.to . . . Pariſ. 1516.

Dion. *Areopagitæ* Opera *GRÆCE: in ædibus* Philippi Juntæ *Bibliopolæ.* (e) 8.o . . . . . Florent. 1516.



(a) *Menſe* viiiibri. De hâc Editione ſatis antea dictum eſt.

(b,c,d) Long, *Biblioth. Sacr.*

(e) *Die* xxix Julii. *Pontificatûs* Leonis *decimi anno quarto.* In hôc Volumine continentur Πρόλογος εἰς τὸν μακάριον Διονύσιον [nempe Prologus S. Maximi.] Σχόλια [quæ quatuor paginas continent, ex illo Prologo partim deſumpta]. Ἑρμηνεῖαι λέξεων κατὰ στοιχεῖον ἐμφερομένων τῇ δὲ τῇ βίβλῳ. Περὶ τῆς οὐρανίας ἱεραρχίας κεφάλαια ιέ. Περὶ θείων ὀνομάτων κεφάλαια ιγ'. Περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱεραρχίας κεφάλαια ζ'. Περὶ μυστικῆς θεολογίας κεφάλαια έ. Ἐπιστολαὶ ί. Fragmenta quædam Græcè Πολυκράτους Διαδόχου ἀρχιεπισκόπου Ἐφέσου ἐκ τῆς ἐπιστολῆς τῆς περὶ Βίκτορα τὸν Διάδοχον καὶ ἀρχιεπίσκοπον τῆς μεγάλης Ῥώμης. Κλήμεντος πρεσβυτέρου Ἀλεξανδρείας ἡγουμένου τῆς σχολῆς ἐκ τοῦ ἐπιγεγραμμένου αὐτῷ λόγου, Τίς ὁ σωζόμενος πλούσιος. [Hiſtoria de adoleſcente, quem divus Joannes cujuſdam presbyteri curæ crediderat] Φίλωνος περὶ τῶν ἐκ περιτομῆς πιστευσάντων ἐν Αἰγύπτῳ Χριστιανῶν ἅμα καὶ μοναχῶν ἐκ τοῦ ἐπιγεγραμμένου λόγου αὐτῷ, περὶ βίου θεωρητικοῦ, περὶ ἱκετῶν. Μαρτύριον τοῦ ἁγίου Διονυσίου Ἀρεοπαγίτου [Authore Methodio, vel, ut alii, Metrodoro]. Hanc Editionem munit Apoſtolicum Diploma. *LEO. PP. X. Dilectis filiis* Philippo de Giuntis *& ejus filiis Bibliopolis* Florentinis. —— *æquum eſſe cenſemus, ut Sedes Apoſtolica iis, qui pro utilitate publicâ in re præſertim litterariâ laborare non deſinunt, non modò auxilii ſui dexteram præbeat* &c. *Cùm itaque vos* Platonem *Latinum & alios quàmplurimos Libros tam Latinos quàm Græcos, longè meliores illis qui paſſim circumferuntur, habeatis, eóſque imprimere cupiatis* —— *Nos, qui ab ineunte ætate litterarum ſtudia ſemper dileximus* —— *omnibus & ſingulis Bibliopolis, Librariis, Impreſſoribus & Mercatoribus* —— *ne eoſdem Libros per vos in quibuſvis litterarum characteribus imprimendos intrà decennium ab emiſſione ſingulorum Librorum imprimendorum computandum* —— *reimprimere* —— *audeat,* —— *inhibemus* &c. *Datum* Florentiæ *ſub Annulo Piſcatoris. Die* xv. Februarii. M.D.XVI. *Pont. noſtri anno tertio.*

GREGORII *Nazanzeni* Theologi *ORATIONES* lectiſſimæ 16. *GRÆCE* : *in ædibus* ALDI & ANDREÆ *ſoceri*. (a) 8.° Venet. 1516.

S. HIERONYMI Opera 5. Vol. *apud* Jo. FROBEN. (b) fol. . . . Baſil. 1516.

ORIGENIS Opera, quæ non habentur in aliis libris hucusque impreſſis ; viz. ſuper MATTH. LUC. ſuper Pſalm. XXXVI. Homil. V. XXXVII. II. XXXVIII. II. &c : *per* LAZARUM DE SOARDIS. fol. Venet. 1516.

In Canticum Canticorum Homiliæ 15. In aliquot Pſalmos *Davidicos* Homiliæ breves 48. In Sanctam MARIAM panegyrici Sermones 5 : *venale habetur in Officinâ* HENRICI STEPHANI *Chalcographi è regione Scholæ Decretorum*. (c) 4.to . . . . . . . Pariſ. 1516.

NILI Sententiæ Morales è Græco in Latinum verſæ; & excerpta quæd. ex DAMASCEN. per BILIBALDUM PIRCKHEYMER : FRIDERICUS PEYPUS *impreſſit*. (d) 4.to . . . . . Nuremberg. .

Sa-

(a) *Menſe* Aprili. *In hôc Libro continentur; adversùs* Eunomianos *Diſſertatio , de Theologiâ , de Filio Dei Orationes duæ , de Spiritu Sancto, ad* EVAGRIUM *de Deitate, adversùs* JULIANUM *Invectivæ duæ , in Natalem Salvatoris noſtri , in Epiphania , in Sanctum Baptisma , Paſcha , Pentecoſten , in Encænia ſeu novam Dominicam , in magnum* BASILIUM *funebris , in magnum* ATHANASIUM *laudatoria.* Præmittitur M. MUSURI Præfatio ad *Joan.* PINUM *Mediolanenſem Toloſanúm*que Senatorem Regis *Gallici* apud *Venetos* Legatum. *Multas* (ait) *ille* [Nazanzenus] *omni ſapientiâ refertas Orationes elucubravit. Nos nonnullas elegimus , quas noſtris auditoribus enarraremus. Jampridem enim à me cautum eſt , ut è publicâ Græcarum litterarum officinâ, cui liberalitate beneficióque* Veneti *Senatûs* * *tredecim jam annis præſidemus , prodeant* —— *qui non minùs ex piâ Dei veneratione probari quàm à litteraturâ commendari ſe cupiant. Cæterùm Orationes* Gregorianæ , *quas è multis exemimus , prælóque multiplicatas* ASULANO, *nobiliſſimis & ingenioſiſſimis juvenibus noſtræ fidei tutelâque commendatis , curavimus diſtribuendas , ſunt circiter ſexdecim* &c.

(b) CAILLE, p. 34.

(c) ALMELOOVEN. in *Vit.* Stephan.

(d) Præfigitur PIRCHEYMERI Epiſtola ſorori ſuæ CLARÆ apud Divam CLARAM *Nurembergæ* Moniali data 4. *Cal.* Januarii. M.D.XVI.

(a) LEO-

* Officina illa non alia mihi videtur quàm *Aldina*, cui ab anno 1503. *Venetus* Senatus M. MUSURUM ſtipendio publico præfecerat.

Sacrarum Ceremoniarum S S. Romanæ acclefiæ libri tres non ante impreſſi : GREGORII DE GREGORIS *excuſere* (ſic legitur pro *excudere* vel *excuſſere*, nam *excuſſi* reperitur in typographicis ſubſcriptionibus pro *excuſi*). (a) fol. Venet. 1516.

METHODII Revelationes cum libro de Creatione mundi : *apud* MICHAELEM FURTER. (b) . . . Baſil. 1516.

JOAN. GERSON. de imitatione Chriſti & contemptu mundi in vulgari ſermone (i. e. *Italicè*) : *ſtampata per* MARCHI SESSA. (c) 4.to . . . . Venet. 1516.

JUDOC. CLICHTOV. de laudibus Sanĉti LUDOVICI & ſanĉtæ CÆCILIÆ virginis & Martyris: *in Officinâ* HENRICI STEPHANI. (d) 4.to . . . Pariſ. 1516.

JOANNIS Eremitæ Opus de inſtitutis Cœnobiorum : *impreſſ. per* SIMONEM BEVILAQUA. (e) 12.o . . . . . . Lugdun. 1516.

*Mendenſis* Eccleſiæ Breviarium : *per* JOHANNEM SCHOEFFER. . . Mogunt. 1516.

Corpus Juris, quinque Voluminibus : *per* BERTHOLDUM REMBOLT. (f) fol. Pariſ. 1516.

Elu-

(a) LEONARDO LAUREDANO *Principe optimo* XXI. Novemb.
(b) *Biblioth. Sicul.* Tom. II. p. 69.
(c) *A di* VIII. Mazo.
(d) *Januar.* 10.
(e) XIX. *Septembris.*
(f) Operæ pretium duco ſingula ampliſſimi & laborioſi hujus Operis Volumina deſcribere.

Volum.

Volum. 1. *Codicis* Justiniani *Pandectæ cum gloſſis.* Justiniani *liber correctus in lucem editus à* Bertholdo *cum Digeſtorum Voluminibus*, Parrhiſiis *in Sole aureo.*

*Codicis* Justiniani *ampliſſimum argumentum.*

*Iuris Pontificii concordantiæ.* &c.
*Viviani Eximii Doctoris Bononienſ. caſus* &c.
*Singul. Tex. & glos. sm̃. ludo. de ro. bar. bal. pav.* &c.
*Tabula Rubricarum legum* &c.
*Ingenio Valde ſubtili gloſarum approbationes colliguntur* &c.
*Nobiliæ Summe Grata Reperiuntur Omnibus Mire Oportuna, Mireque Situata.*
*Inſignite quippe & decore primariæ cujuslibet literæ libri excuduntur* &c.
*Adduntur plures titulorum continuationes* &c.
*Notabiles inveniuntur quotationes* &c.
*Interpretatio* IX. *carminum* &c.
*Longe caſtigatior omnibus aliis eſt hic liber* &c.
*Inſignes imprimuntur additiones* &c.
*Bar. bal. jaco. butri.* &c.
*Extabant nonnullæ Accurſii gloſæ* &c.
*Reperiuntur corpore omnia recenter redacta* &c.

*Si cupis iſtius bonitatem diſcere libri,*
*Hoc folium vertas, ac ibi ſcripta leges.*

*Ad lectorem*

*Si ſtrenuitatem Bertholdi Rembolt, chariſſime Lector, diligenter attenderis, eum ipſum, ut reip. non mediocriter conſulat, æris prodigum nullóque pacto parcum aut avaritiæ ſtudentem cenſebis. Quippe qui (ut hoc opus diligenti præviâ caſtigatione imprimeretur) nullo pacto pecuniis pepercit. Diverſa namque quæſiit exemplaria, atque correctores, quos in hâc arte peritos cenſuit, mercede condignâ conquiſiit; inter quos Gerardus Muleri Alemanus Trajecteñ. Diœceſ. utriusque juris licentiatus peritiſſimus ipſum originaliter reviſit; atque nonnullis additionibus condecoravit. Et ſiquidem caſtigata corruptis conferre liceret, te ad Gloſam remitterem* &c. *quam profectò invenimus tam mendoſam támque vitiatam, quod vix abſque doctoribus reintegrare nequivimus.* &c. *cum plerisque aliis, quas hìc cauſâ brevitatis enumerare ſuperſedeo. O infandum ſcelus avaritiæ! O impreſſorum ignaviam! qui (ne nimium expendant) oculatos correctores conquirere reformidant, bonáque in reip. detrimentum irreparabile depravari ſinunt opera* &c.

*Impreſſ. Pariſius per Bertholdum Rembolt Argentinenſem, expenſis ipſius ſociorúmque ejus, videlicet Tilmanni Kerver librarii jurati Pariſienſis & Franciſci Birckmanni librarii jurati Colonienſis. Anno* 1515. *Kal. Februar.*

Volum. 2. *Digeſti Veteris copioſum argumentum.*

*Breves caſus variorum doctorum ponuntur.*
*Explicantur optimè rubricarum carmina.*
*Reprobatæ gloſæ & approbatæ notantur.*
*Triplicia inveniuntur repertoria.*
*Ordinatè ſignantur dicta ſingularia.*
*Litteræ cujusque libri ſcriptæ ſunt congruè.*
*Decenter arbor jurisdictionum eſt ſita.*
*Viviani caſus longè utiles ſunt valde.*
*Servitutum arbor ſituata eſt optimè.*

*Reperiuntur in margine quotationes.*
*Eduntur juris canonici concordantiæ.*
*Multáque ſolvunt contraria additiones.*
*Bolognini apponuntur ampliationes.*
*Omnes textus gloſas exemplariter vidimus.*
*Longè nunc veriores ſunt allegationes.*
*Taliterque in cæteris continuabimus.*

*Cujus nomen continetur*
*Elementis prioribus,*
*Hic ab eo imprimitur*
*Summis cum characteribus.*

*Impreſſ.* ibid. apud eosd. *Anno milleſimo quingenteſimo* XV. *tertiâ Julii.*

Volum. 3. *Infortiati ampliſſimum argumentum.*

*Interpretantur Notabiliter Formæ Omnes Rub. Totius Infortiati Amplectentes Titu. Verſus Menſurati.*
*Notantur Optime Variorum Interpretum Singularitates Subtiliter In Margine Editæ.*
*Inſeruntur Multum Probe Riteque Exquiſita Summaria Sane Valde Magnifica.*

Appe-

*Apponuntur Mirificæ Approbationes Gloſarum Improbationesque Scabroſis Titu. Recte. Oportune.*
*Bona Eduntur Repertoria Triplicia : Optimoque Leges Disponuntur Ordine.*
*Recenter Excuduntur ( Materiæ Bene Oportunæ) Litteræ Typicæ.*
*Plures Apoſtillæ Reperiuntur In Sedibus Idoneis Vere Situatæ.*
*Inveniuntur Notabiles Solutiones Oppoſitionum Late Explicabiles.*
*Admodum Utiles Reperiuntur Et Optimæ Vtriusque Iuris Concordantiæ Inſignes.*
*Subſtitutionum Arbor Nuperrime Competenti Titulo Inſeritur.*
*Induſtrioſi Adduntur Caſus Optimi Bononienſis Interpretis.*

*Sub iſtis rubeis elementis*
*Nomen impreſſoris continetur.*
*Et ubi hic exiſtat venalis,*
*Locus apertè manifeſtatur.*

*Pariſius per Bertholdum Rembolt, Anno milleſimo quingenteſimo quindecimo, penultimâ Novembris.*

Volum. 4. *Digeſtum novum.*

Cum {
*Caſibus longis domini Francisci Accurſii.*
*Approbationibus & reprobationibus gloſarum.*
*Summariis variorum doctorum.*
*Tabulâ rubricarum legum & materiarum.*
*Iuris canonici concordantiis.*
*Gloſarum & textuum ſingularitatibus.*
*Ampliationibus & notabilibus Bolognini.*
*Titulorum ſeu rubricarum carminum expoſitione.*
*Valde utilibus ſolutionibus contrariorum.*
*Multis annotationibus in margine appoſitis.*

*Iſte liber ſummè ſingularis*
*Recenter impreſſus à Bertholdo,*
*Ab eo exponitur venalis*
*Pariſiis in ſole aureo.*

*Eſt etenim terſus * ſummus emendatus ad unguem :*
*Si mihi credideris, juris amator, emas.*

*Anno milleſimo quingenteſimo decimo ſexto, die* XVIII. *Aprilis, Pariſius in Sole aureo vici divi Jacobi, per Bertholdum Rembolt.*

Volum. 5. *Volumen*

Cum {
*Approbationibus & reprobationibus gloſarum.*
*Summariis variorum doctorum.*
*Tabulâ rubricarum, legum & materiarum.*
*Iuris canonici concordantiis.*
*Gloſarum & textuum ſingularitatibus.*
*Ampliationibus & notabilibus Bolognini.*
*Multis annotationibus in margine notatis.*

*Pariſius, apud Bertholdum Rembolt, Anno milleſimo quingenteſimo* XVI. *die verò* XXX. *Junii.*

In ſingulis uniuscujusque horum quinque Voluminum argumentis, Majuſculæ literæ initiales rubricis excuſæ (quas hìc caracteribus Romanis diſtinguendas curavi), ſi ſimul aggregentur, voces certas deſignant. Scilicet : Vol I. IUSTINIANI LIBER. PETRUS GROMORS. Unde comperio *Petrum* GROMORSUM fuiſſe in hôc excudendo *Bertholdi* REMBOLT ſocium. Vol. 2. BERTHOLDUS REMBOLT. Vol. 3. INFORTIATUM NOVISSIME IMPRESSUM à MAGISTRO BERTHOLDO REMBOLT PARISIUS IN SOLE AUREO VICI SANCTI JACOBI. Vol. 4. & 5. CASTIGATUM. En ludicrum & novum artificium, quo Typographo placuit ſuum Nomen, Opus & Domicilium ænigmaticè deſignare : cujus aliquam mentionem fecit CHEVILLERIUS pag. 167. lin. 3. & ex illo *Annal. Typograph.* Vol. I. pag. 300.

(*a*) *Anno*

* Repone, ut puto, *ſummè.*

Elucidatorium Eccleſiaſticum, ad officium Eccleſiæ pertinentia planiùs exponens, & quatuor libros complectens, JUDOCO CLICHTOVEO Authore: *abſolutum eſt hoc Opus & arte formulariâ in lucem emiſſum in Officinâ librariâ* HENRICI STEPHANI *excudendorum librorum induſtrii & ſeduli Opificis è regione Scholæ Decretorum habitantis.* (a) fol. . . Pariſ. 1516.

Διδασκαλία Χριστιανικὴ πρὸς τὴν τάξιν καὶ συνήθειαν τῆς Ἀνατολικῆς Ἐκκλησίας : *apud BARTHOLOMÆUM ZANETUM.* (b) 4.to Romæ. 1516.

ARATORIS Cardinalis Hiſtoria Apoſtolica cum Commentariis ARII BARBOSÆ *Luſitani : impreſſ. in ædibus JOANNIS DE PORRIS.* (c) fol. . . SALMANTICÆ. 1516.

ÆLII ANTONII *Nebriſſeñ.* Annotationes in quinquaginta ſacræ Scripturæ locos non vulgariter enarratos. (d) 4.to . Editæ Complut. 1516.

Prognoſtica HIPPOCRATIS, LAURENTIO LAURENTIANO *Florentino* & GULIELMO COPO interpretibus; GALENI Comment. in eadem, LAURENTIANO interprete: *in Officinâ* HENRICI STEPHANI. fol. . . . . . Pariſ. 1516.

PEDACII DIOSCORIDIS ANAZARBEI de medicinali materiâ libri quinque; de virulentis animalibus, & venenis, cane rabioſo, & eorum notis ac remediis libri quatuor, JOANNE RUELLIO *Sueſſionenſi* interprete: *impreſſum eſt hoc celeberrimum Opus in Officinâ*

HEN-

(a) *Anno Domini (quem decet hymnus & laus omnis) decimo ſexto ſupra milleſimum & quingenteſimum, die verò* Aprilis *decimâ nonâ. Venale habetur hoc Opus viris ſanè Eccleſiaſticis quàm utiliſſimum, in Officinâ* Henrici STEPHANI, *apud quem & varia ab hujus Operis Authore elaborata nec minori dignitate quàm utilitate volumina facilè reperias.* Præfigitur CLICHTOVEI Epiſtola ad *Joannem* GOZTHON DE ZELESTHE ſuperiore in *Pannoniâ*, Eccleſiæ *Jaurienſis* Epiſcopum locique ejuſdem Comitem perpetuum, ex *Pariſiis* anno 1515. data.

(b) Bibliothec. *Nic.* HEINS. p. 52.

(c) *Menſe,* Aprili.

(d) *Idibus* Aprilis. M.CCCCC.XVI.

(a) *Ab-*

Henrici Stephani *è regione Scholæ Decretorum*. (a) fol. . . . Pariſ. 1516.

Aurelii Cornelii Celsi medicinæ libri octo noviter emendati & impreſſi : *impreſſor* Simon Bevelaqua. (b) 4.to Lugduni. 1516.

Regimen Sanitatis Salerni : *per JACOBUM MYT expenſis* Bartholomæi Trot. (c) 4.to . . . Lugdun. 1516.

Anthonii Gazii *Patavini* Medici florida corona : *impreſſ. in Officinâ* Simonis Bevilaqua *impenſis* Bartholomei Trot *Bibliopolæ*. (d) 4.to in præclaro Emporio Lugd. 1516.

Apul. Florid. De dogmat. Platon.

De

(a) *Abſolutum octavo Calendas* Maias *in præclariſſimo* Parrhiſiorum *Gymnaſio. Cum privilegio ad quadriennium.* In initio,

*Venter , pluma , Venus laudem fugienda ſequenti.*

*Expulſâ , ut aiunt , cornice adhuc.*

Præmiſit Ruellius Epiſtolam ad Antonium Disomum Regium Conſiliarium utriusque Linguæ peritiſſimum ——— *Quod Opus* (inquit) *non parvo ſanè negotio à nobis elucubratum , veluti primitias induſtriæ noſtræ & majoris laboris præludium lætâ fronte ſuſcipias.* ——— *Quæ verò meæ partes fuerunt , quoniam in propriâ harenâ verſari videbar , cùm ſim profeſſione Medicus , dedi operam , utì omnia ex ſide responderent , & ut Latina oratio Græci Auctoris ſenſum ſideliter redderet* &c. *Sed nihil æquè me torſit , quàm veterum manûque exaratorum Exemplarium inopia (illud enim tantùm nactus ſum , quod Bibliopolæ * typis excuſum circumferunt) in quo permulta manifeſtiſſimè depravata ex variâ Auctorum lectione , & præſertim in libris venenorum ex vetuſtiſſimo* Pauli Æginetæ *Codice , ad priſtinam ſinceritatem reſtituimus* ——— *Vale* Pariſiis , *Calendis* Maii. *Anno Domini* M.D.XVI. Hanc Ruellii verſionem *Jo.* Oliverius Abbas S. Medardi *Sueſſionenſis* carmine Phaleucio Endecaſyllabo commendat.

*I, ſecure liber , nec extimescas*
*Vulgi vaniloqui licentiorem*
*Naſum , Rhinocerote longiorem* &c.
O Dioscorida , *parens medelæ ,*
*Tu quantum vide debeas* Ruello ,
*Qui te ex Helladico facit Latinum ;*
*Quod debere ſibi fatetur orbis*
*Totus , nos quoque gratulamur omnes*
*Teſtis Endecaſyllabis ovantes.*

(b) x. *Septemb.*

(c) *Anno milleſimo quingenteſimo decimo ſexto , vigeſimâ ſextâ* Februarii.

(d) *Anno* M.CCCCC. *decimo ſexto* Decemb. xx.

(a) *Men-*

* Tres Latinas Dioscoridis Editiones recenſet Fabricius in *Bibliothec. Græc.* lib. 4. cap. 3. ſcilicet Veterem ann. 1478. (vide *Bibliothec.* Bigotian. libros in fol. num. 1261.) alteram *Lugdun.* 1512. cum additionibus *Petri* Paduani : tertiam fol. *Venet.* 1516. ex verſione *Hermolai* Barbari, qui eleganter, ſed . dum Plinio nimis inſiſtit , parum fideliter reddidit , additis ejusdem Hermolai corollariis, & Egnatii annotamentis.

De Philoſoph. *ex ædibus* Schurerianis. (a) 4.to — Argentor. 1516.

Apuleii Aſin. cum comment. Philippi Beroaldi: *apud* Jo. Tacuinum de Tridino. (b) fol. . . . — Venet. 1516.

Æneæ Platonici Chriſtiani Dialogus de immortalitate animæ & reſurrectione ab Ambroſio *Camaldulenſi* è Græco converſus. (c) 4.to . . . . . . — Baſil. 1516.

Plutarch. de diſcrimine adulatoris & amici, de utilitate ab inimicis capiendâ, de philoſoph. diſputat. Eraſmo interprete: *apud* Jo. Frobenium. (d) 4.to . — Baſil. 1516.

Plutarch. de placitis Philoſophorum, Budæo interprete: *ex ædibus* Schurerianis. (e) 4.to . . . . — Argentor. 1516.

Jac. Fabri *Stapulenſ.* in Politica Ariſtotelis introductio Clichtovei commentario declarata; OEconomicum Xenophontis Raphaele Volaterrano interprete Latinitate donatum: *ex Officinâ* Henrici Stephani *è regione Scholarum Decretorum.* (f) fol. . . . . — Pariſ. 1516.

Decem librorum Moralium Ariſtotelis tres converſiones, prima Argyropyli, ſecunda Leonardi Aretini, tertia antiqua: *apud* Henricum Stephanum *Chalcographum è regione Scholæ Decretorum commorantem.* (g) fol. . . . — Pariſ. 1516.

Moralia Jacobi Almain *Senonenſis* emendata à Joanne Majoris Theologiæ

Pro-

(a) *Menſe* Auguſto.
(b) Gesner. *Bibliothec.*
(c) Gesner. *Biblioth.*
(d) *Menſe* Maio.
(e) *Menſe* Julio.
(f) *Viceſimâ ſecundâ die* Novembris, *anno Domini omnium Gubernatoris & Rectoris decimo ſexto ſupra milleſimum & quingenteſimum.*
(g) *Hæc quarta recognitio typis abſoluta eſt in Officinâ* Henrici Stephani, ejusdem *impenſis ſumptibus & diligentiâ, in almo* Pariſienſium *ſtudio, anno ab incarnatione Domini virtutum* 1516. *Die* 20. *menſis* Aprilis.

(a) *Bi-*

Profeſſore: *in Officinâ* HENRICI STEPHANI (a) 4.to . . . . Pariſ. 1516.

Textus de Sphærâ JOANNIS DE SACROBOSCO, cum additione (quantum neceſſarium) adjectâ, novo commentario nuper edito, ad utilitatem ſtudentium philoſophicæ *Pariſien.* Academiæ illuſtratus, cum compoſitione Anuli Aſtronomici BONETI *Latenſis*, & Geometriâ EUCLIDIS *Megarenſis*: *in Officinâ* HENRICI STEPHANI *è regione Scholæ Decretorum ſita.* (b) fol. . . . Pariſ. 1516.

*EUCLIDIS* Megarenſis Geometricorum elementorum libri XV, Latinè; CAMPANI *Galli* transalpini in eosdem commentariorum libri XV; THEONIS *Alexandrini* BARTHOLOMÆO ZAMBERTO *Veneto* interprete, in tredecim priores, commentariorum libri XIII; HYPSICLIS *Alexandrini* in duos poſteriores, eodem BARTHOL. ZAMBERTO interprete, commentariorum libri II: *in Officinâ* HENRICI STEPHANI *è regione Scholæ Decretorum.* (c) fol. . . Pariſ. . .

Libri

(a) *Bibliothec.* TELLERIAN.

(b) *Anno* CHRISTI *Siderum conditoris* 1516. *decimo die* Maii.

(c) *Utcunque noſter valuit labor, conciliata ſunt hæc omnia ad ſtudioſorum non parvam (quam optamus) utilitatem: id magnifico D.* Francisco BRICONNETO *postulante. Si hæc benevolè ſuscipiantur, & fructum adferant, quem cupimus, alia ejusdem Authoris Opera prodibunt in lucem, ſucceſſum præſtante Deo, & adjutoribus (ubi-ubi gentium ſint) ad bonarum litterarum inſtitutionem probè affectis* Gallis, Italis, Germanis, Hispanis, Anglis: *quibus omnibus prospera imprecamur, & puram pro dignitate verámque cognitionis lucem.*

FRANCISCO BRICONNETO
JACOBUS FABER S. D.

*Dum gubernacula regni adhuc moderaretur* LUDOVICUS XII., *tu verò cameræ ærarii regii magiſtratum gereres; efflagitâſti commentarios in Geometriam* EUCLIDIS *recognosci. Quam petitionem tuam eò libentiùs amplectebar, quò mihi multis eras carior, ut qui admodum juvenis (ita inſtituente patre tuo* Petro BRICONNETO *Equite aurato & regni generali Exquæſtore) mecum in Philoſophicis te exercueras, poſt noſtri* Pauli ÆMILII *ferulam, ſub quo tunc apprime, tum in Linguâ Latinâ, tum in Hiſtoriâ profeceras.* ——— *Eo tempore Patruelis tuus Episcopus* Lodovenſis *Dominus meus* Narbonam *proficiscitur, viſurus Cardinalem* Narbonenſem *patruum tuum: qui paulò pòſt migravit ad Dominum.* ——— *Igitur R. Dominum meum ſecutus, totum negotium commiſi noſtro* Michaëli PONTANO,

| | | |
|---|---|---|
| Libri tres de Inſtitutione Harmonicâ editi à PETRO AARON *Florentino*, interprete JO. ANTONIO FLAMINIO *Forocornelite* : *impreſſ. in ædibus* BENEDICTI HECTORIS *Bibliopolæ* Bononienſis. (a) 4.to . . | Bonon. | 1516. |
| PLATIN. de Obſoniis, & APIC. de re coquinar. Italico ſermone: *apud JOANNEM TAURINUM de Trivio.* (b) 4.to . | Venet. | 1516. |
| PLIN. Hiſtor. Natur. *per* NICOLAUM DE PRATIS. fol. . . . | Pariſ. | 1516. |
| FLAV. PHILOSTRAT. de Vitis Sophiſtarum, ANTONIO BOMFINO interprete : *ex ædibus* Schurerianis. (c) 4.to . | . . | 1516. |
| XENOPHONTIS Opera, Græcè: *in ædibus* PHILIPPI JUNTÆ. fol. . . | Florent. | 1516. |
| *PAUSANIAS* Græcè : *in ædibus* ALDI & ANDREÆ *ſoceri.* fol. . . . | Venet. | 1516. |
| Hiſtoriæ Auguſtæ Scriptores: *in ædibus* ALDI & ANDREÆ *ſoceri.* (d) 8.o . | Venet. | 1516. |
| FLORUS : *impreſſ. per* JACOBUM THANNER. fol. . . . . | Liptzk. | 1516. |

JO. BAPT. EGNAT. de Cæſarib. Libri tres; NERV. TRAJAN. ADRIAN. ex DIONE, GEORG. MERULÂ interprete;

SPAR-

NO, *qui tunc mecum communes habebat ædes, in recognoſcendis & emittendis libris, quos prodeſſe poſſe arbitrabamur, adjutor. Ille verò provinciam ſuſcepit admodum lubens* &c. *Quos quidem commentarios, non* CAMPANI *modò, ſed &* THEONIS Alexandrini, Bartholomæo ZAMBERTO Veneto *interprete, ubi recognovit, ſe totum obligavit Officinæ, duriſſimam profectò verſans glebam, ut labores ſuos tibi offerat, & per te cæteris litteratis.* &c. *Vale.* Pariſiis. *anno* M.D.XVI. *poſtridie Epiphaniæ Domini; qui & ſæculi noſtri & poſteritatis proſpere ſtudiis inſulgeat.* Ad calcem Index 24. erratorum. *Hæc ſunt, quæ recognitione digna comperimus; quippe quæ Mathematicam intelligentiam offendere aut interturbare poſſent. Siqua ſunt alia, quæ omiſerimus, candidi ipſi lectores inter legendum vel facilè caſtigabunt.*

(a) *Tempore Pontificatûs* LEONIS *Papæ decimi.*

(b) *Cremon.* Litterat. p. 318.

(c) *Menſe* Martio.

(d) Vol. I. *menſe* Julio. Vol. II. *menſe* Auguſto.

(a) *Menſe*

| | | |
|---|---|---|
| Spartian. Capitolin. Lamprid. Vopisc. Poll. Gallican. *in ædibus* Aldi & Andreæ *ſoceri.* (a) 8.° . | Venet. | 1516 |
| Polydor. Vergil. de Inventoribus rerum : *pro* Johanne Parvo *commorante in vico Divi* Jacobi *ſub Interſignio* Lilii aurei. (b) 4$^{to}$ . . . . | Pariſ. | 1516. |
| Pompon. Læti Opera : *ex ædibus* Schurerianis. (c) 4.$^{to}$ . . . . | Argentor. | 1516. |
| Hiſtoriæ novæ ac veteres à Franc. Sforтiæ temporibus ad Francisc. Regem *Francor.* ſive Andreæ Assaraci Sarrachi Trivultias : *impreſſ. in offic.* *GOTARDI PONTICI apud templum Satyri.* (d) fol. . . . . | Mediolan. | 1516. |
| Agathius de bello Gothorum, Christoph. Personâ interprete : *apud* Jacob. Mazochium *Rom. Academ. Bibliopol.* (e) fol. . . . . . . | Rom. | 1516. |
| M. Fabii Quintiliani Oratoriarum Inſtitutionum lib. xii. unà cum annotationibus Raphaelis Regii, Georgii Merulæ & Jodoci Badii Ascensii : *vænundantur ab eodem* Jodoco Badio Ascensio & Joanne Parvo *Bibliopolis Academiæ* Pariſienſis, *in ædibus* Aſcenſianis. (f) fol. . . . . . . | . . | 1516. |
| Theocritus Græcè, cum *SCHOLIIS* Græcis : *per* Zachariam Calliergum. (g) 8.° . . . | Rom. | 1516. |

Vir-

(a) *Menſe* Julio.

(b) *Die* xiiii. *menſis* Julii.

(c) *Menſe* Octob. cum Epiſtolâ *Nicolai* Gerbelii ad *Mathiam* Schurerium datâ M. D. XVI. *Kal.* Feb.

(d) *Die* xxiii. Decemb.

(e) xxix. Februar. *Triumphante* Leone X. *Pont. Max. Anno ejus* 3. cum Epiſtolâ *Jacobi* Mazzochii.

(f) *Ad Idus* Januarii M. D. XVI.

(g) Λέοντος μεγίστου ἀρχιερέως δεκάτου Πάπα Ῥώμης, ὁσίως αὐτὴν οἰκονομοῦντος, καὶ τὸ παρὸν βιβλίον ἐν ταύτῃ ἐκ εὐνομίας χωρὶς τυπωθὲν πέρας εἴληφεν ἤδη σὺν θεῷ ἀνα-

VIRGILII Æneis cum aliis carminib. *in ædibus THEODORICI DE BORNE.*
(a) 4.[to] . . . . . Davent. 1516.

Ho-

ἀναλώμασι μὲν τοῦ λογίου ἀνδρὸς Κορνηλίου Βενίγνου τοῦ Ὀυιτερβιέως, πόνῳ δὲ καὶ δεξιότητι Ζαχαρίου Καλλιέργου τοῦ Κρητός. Μηνὸς Ἰανουαρίου ιέ. Χιλιοστῷ δεκάτῳ ἕκτῳ.

Ζαχαρίας Καλλιέργης Κρὴς τοῖς ἑκασταχοῦ φιλομαθέσι, χαίρειν. Τὰ Θεοκρίτου εἰδύλλια τὰ παρὰ τοῦ μακαρίου προτυπωθέντα Ἄλδου, καὶ ἡμεῖς δεύτερον ἐτυπώσαμεν οὐχ ὡς εὕρομεν (ἐσχάτης ἂν τοῦτο νομισθείη παρὰ πᾶσιν ἄξιον κατηγορίας) ἀλλὰ κατὰ τὸν εἰωθότα τρόπον καλῶς ἅμα ταῦτα καὶ ἐπιμελῶς εἰς κοινὴν ὠφέλειαν ἐπιδιορθώσαντες, χάριν ἐπικουρίας ὀρέγοντος Κορνηλίου Βενιγνίου τοῦ Ὀυιτερβιέως. Ὀυ πόνου γὰρ μόνον τοῦτο δεῖται πολλοῦ, ἀλλὰ καὶ δαπάνης. Ταῖς πολυχρονίοις ὠδῖσι τῆς παρ᾽ ἡμῖν τυπουργίας, δεύτερον καὶ ἡμεῖς, ὡς φθάσαντες εἴπομεν, τοῖς πᾶσιν ἕτοιμα προεθήκαμεν, σὺν ἄλλοις Θεοκρίτου ποτὲ τοῖς μήπω τυπωθεῖσιν. Ἡρακλίσκον φημὶ, Ἡρακλῆν λεοντοφόνον, Βάκχας, Ἠλακάτην, Παιδικὰ, Δάφνιδος καὶ κόρης ὀαριστύν· τὰ σωζόμενα αὐτοῦ ἐπιγράμματα ἑκκαίδεκα ὄντα τὸν ἀριθμὸν· πέλεκύν τε καὶ πτερύγιον. Καὶ πρὸς τούτοις ἔτι, τὰ εἰς αὐτὰ εὑρισκόμενα σχόλια ἅτινα ἐν πολλοῖς διεσπαρμένα εὑρόντες ἀντιγράφοις, πόνῳ πολλῷ εἰς ἓν συνηγάγομεν. Τὸ μὲν γὰρ εἰς τοῦτο, ἐκεῖνο δ᾽ εἰς ἄλλο εἶχε σχόλιον. Ἐφ᾽ οἷς εἰ χαίρετε, εἰκὸς ἔργῳ δεικνύειν· ἵνα καὶ εἰς τὸ μέλλον προθυμοτέρους ἡμᾶς εἰς τοὺς κοινωφελεῖς τουτέστι καλοὺς κ᾽ ἀγαθοὺς ἀγῶνας ποιήσητε.

Et ad calcem THEOCRITI textûs hæc leguntur: Τὸν Θεοκρίτου πέλεκυν, τὸ πτέρυγιον, καὶ τὸ ἑξῆς τὸ ἄνευ ἐπιγραφῆς μὴ ἔχοντες δεύτερον ἀντίγραφον, οὐκ ἠδυνήθημεν κάλλιον ἐπιδιορθῶσαι. Διό μοι καὶ συγγνωστέον. Ἓν γὰρ καὶ μόνον τῶν ἀντιγράφων ταῦτα εἶχεν. ἅτινα κάλλιον ἐνομίσαμεν τοῖα, οἷα ἦσαν, τυπῶσαι, ἢ ἐᾶσαι εἰς λήθην καταλιπεῖν.

(a) *Æneidos libri duodecim ex* Aldino *Exemplari (ut apparet) caſtigati & recogniti: quibus accedunt hæc carmina non indocta, quæ ſub* VERGILII *nomine circumferuntur edita & depravatè & confuſè, nunc in hôc recognita ex antiquiſſimo Exemplari multorum ſæculorum, appoſitis eorum* * *Auctoribus, qui poëtico certamine contendentes, varia in* † *eandem rem concinebant. Hæc quidem. Carmen de* VERGILIO *ſub nomine* VERGILII; *item de Ludo; de ortu Solis; de Signis cœleſtibus; de Iride; de ſpeculo; de undâ congelatâ; de quatuor temporibus anni; Epitaphia in* VERGILIUM. PUB. V. MAR. *de Livore, de Fortunâ, de Muſarum inventis. Item Exclamatio Cæſaris* AUGUSTI *in juſſum* VERGILII *pro Æneïdis combuſtione. Ven.* Davē. *in ædibus* THEODORICI *D. B.* Prolixus hic eſt primæ paginæ titulus atris & rubris alternatim characteribus excuſus. Ad finem *Æneïdis* adduntur SULPICII *Carthaginienſis* ſex de Æneide cremari (licet juſſisſet VIRGILIUS) à TUCCÂ, VARO & AUGSTO vetitâ Verſus: & hæc coronis, *Divina hæc* PUBLII VERGILII *Opera excuſa ſunt* Daventriæ *fœlici ſydere in ædibus* Theodorici DE BORNE *anno à Natali Chriſtianiſſimo ſeſquimilleſimo ſupra ſextum decimum. Calē. Ma.* Tum adjiciuntur tria VIRGILII Epigramm. de. livor. Fortun. Muſarum invent. Deinde Poëtarum ſuprà dictorum carminibus præmittitur Epiſtola *Jacobi* FABRI ad MURMELLIUM. *Oportunitate* (inquit) *datâ recognovi hæc carmina, non indocta quidem, quando etiam à doctis & aſcribuntur* VIRGILIO, *& ſub hujus nomine circumferuntur edita & depravatè & confuſè quidem, ut multa alia. An rectè, ipſi viderint. Exemplar autem antiquiſſimum, unde hæc excepta ſunt,* ——— *(quod non contemnendum quidem erat ob antiquitatem, quam præ ſe ferebat tantam, ut vix characterum lineas & ductiones eſſem ſequutus, ſi id tentaviſſem) aliud ab hâc ſententiâ* ———

vo-

* Illi Auctores fuerunt PALLADIUS, ASCLEPIUS, vel ASCLEPIADES, EUSCHEDIUS, vel EUSTHENIUS, POMPEIANUS vel POMPEGIANUS, MAXIMIMIUS vel MAXIMIANUS, VITALIS, BASILIUS, ASMENIUS, VOMANIUS, EUFORBIUS, JULIANUS, HILARIUS.

Horatii Odæ, Epodi & Carmen ſeculare, cum Anton. Mancinelli & Badii explanatione; Ars Poet. & Sermon. & Epiſtol. cum Badii commentariis: *Impreſſa eſt tertiùm hæc* Horatiana *Poeſis accuratione ipſius* Ascensii. (a) fol. in nobiliſſimo collegio Parrhiſiorum. 1516.

Ovid. Faſt. Triſt. Pont. Ibis. ad Liv. *in ædibus* Aldi *&* Andreæ *ſoceri.* (b) 8.° Venet. 1516.

Griphus Ausonii cum enodatione Francisci Sylvii Ambianatis: *in ædibus* Aſcenſianis. (c) 4.to Pariſ. 1516.

Probæ Centonæ Vatis clariſſimæ à Divo Hieronymo comprobatæ de fidei noſtræ myſteriis è Maronis carminibus excerptum Opuſculum: *impreſſum ſolertiâ STEPHANI DE BASIGNANA GORGONI Carmelitæ Doctoris Theologi in Officinâ BERNAR-*

DI

*voluiſſe apparebat.* &c. *Vale. Ex* Daventriâ *Calendis* Decembribus, *à Natali Chriſtianiſſimo ſesquimilleſimo ſuper quintum decimum.* Huic Editioni præficitur *Phil.* Beroaldi *Bononienſis* ad *Joannem* Francum diſcipulum ſuum Epiſtola, in quâ *ſe*, ait, *divinâ celeberrimi Vatis Volumina recognoviſſe, útque emendatiùs atque diligentiùs imprimerentur, enixè curâſſe; ſuam* illam *recognitionem ſuo* illi *diſcipulo dicare deſtinaviſſe*; quem ad Virgilii lectionem hortatur. Ultimæ *Virgilianæ* hujus Editionis paginæ lignea imprimitur tabula, in quâ tres deſcribuntur figuræ; *Prelum Borneum. T. B. Sta. Margarita. Sta. Anna.* Lubet obiter (licèt nil ad Virgilium attinet) hìc inſerere, quæ Faber in ſuâ ad Murmellium Epiſtolâ antea memoratâ ſcribit conquerens *& rem & nomina* ſæpe *in profanis* & *in ſacris* Scriptoribus *confundi. Doctor* (inquit) *Sanctus* [ſcil. Thomas *Aquin.*] *id ipſum, ni fallor, paſſus eſt in ſepius excuſo illo & in mille exemplaria transfuſo commentario in divinum* Boetium; *quem haud dubium eſt in hunc elucubrâſſe: ſed non iſtum ejus eſſe, qui impreſſus ſub ejus nomine circumfertur. Qui id neget, non video; argumentis certis contrarium docentibus: inprimis, quo pacto ipſe ſeipſum & citaret & allegaret?* &c. [Hunc commentarium ab aliis Thomæ *Anglico*, *Joanni* Gersoni à Goldasto ad Paræneticos veteres, attributum notat Fabricius in Biblioth. Latin.] *Conſules igitur optimè tuis in eum commentatione tuâ, in quâ te laborare audio: quam* Rodolpho Agricolâ *auſpice es ingreſſus, qui viam præmonſtravit.* Commentarii autem in Boet. *Conſol.* partim Murmellii, partim Agricolæ, excuſi ſunt *Coloniæ* apud Cervicornum 1535. Vide Simler. *Biblioth.*

(a) *Ad quartum Kalen.* Julias.
(b) *Menſe* Januario.
(c) *Tertio Nonas* Novemb.

*DI LESCUYER.* (a) 8.° in florentiſſimâ Civitate Lugdunenſi. 1516.

BAPTISTÆ *Mantuani* BLASIUS *Cappadox*; NICOLAUS *Tolentinus*; Bellum *Venetum*; Exhortatio ad *Inſubres*; CUPIDO marmoreus dormiens; jejunii Quadrageſimalis Sanctitas &c. (b) Ejusdem libri de ſacris diebus: *impreſſ. ſolertiâ* STEPHANI DE BASIGNANA GORGONI *Carmelitæ Doctoris Theologi in Officinâ* BERNARDI LESCUYER. (c) 8.° . . . . . . . Lugdun. 1516.

Ejusd. *Agelariorum* libri ſex: *impreſſ. ſolertiâ* STEPHANI DE BASIGNANA GORGONI *Carmelitæ Doctoris Theologi in Officinâ* BERNARDI LESCUYER. (d) 8.° . Lugdun. 1516.

Ejusd. Dialogus contra detractores. (e) Epiſtola contra calumniatores. (f) .

Ultima pars Operis BAPTISTÆ *Mantuani* Carmelitæ: *impreſſ. ſolertiâ* STEPHANI DE BASIGNANA GORGONI *Carmelitæ Doctoris Theologi in Officinâ* BERNARDI LESCUYER. (g) 8.° . . . . Lugdun. 1516.

PETRI

(a) *Regnante victorioſiſſimo* FRANCISCO Francorum *Rege*, *Chriſtianum orbem moderante* LEONE *decimo animarum tutiſſimo medico.*

*FATORVM IMPERIO*
*S. B.*
*GORGONIVS HEROS.*

(b) Hic adſcribitur, utì in præcedente libro,

*FATORVM IMPERIO*
*S. B.*
*GORGONIVS HEROS.*

(c) *Cum gratiâ & privilegio ad quattuor annos.*

*SVB SIGISMVNDO FELICITAS AVGVSTA*
*S. G.*

*Sigismundi* GONZAGE Cardi. Legati *Piceni* & *Mantuæ* Carmelitarum Protectoris perhumani Inſignia.

*STEPHANVS B. GORGONIVS CARMELITA BENEFICO PATRONO POSVIT.*

(d) *Menſis* Junii *vigeſimo tertio.* Tum eadem, ac priùs, Inſignia, & eadem adſcriptio *FATORVM* &c.

(e) BAPTISTÆ *Mantuani* pictura, circa quam, *BAPTISTA MANTVANVS CARMELITA TER MAXIMVS.* Tum eadem Inſignia, & adſcriptio.

(f) *Cum gratiâ & privilegio* &c. ut ſuprà.

(g) *Die vigeſimâ primâ menſis* Julii. *cum gratiâ & privilegio* &c. *SVB SIGISMVNDO* &c. & adſcriptio, ut priùs.

(a) *Ad*

Petri Rosseti Laurentias ad Nicolaum Puteanum Bonamspem utriusque Juris Profeſſorem; Ejusd. Rosseti de S. Stephani martyrio ad Maximilianum Sphortiam Carmen: *in ædibus* Aſcenſianis. (a) 4.to . . . Pariſ. 1516.

Octavii Cleophili *Fanenſis* Opera nunquam alias impreſſa; Antropotheomachia; Hiſtoria de Bello *Fanenſi* &c: *imprimebat* Hieronymus Soncinus *Impreſſor diligentiſſimus.* (b) 8.o . . . FANI: 1516.

Hugbaldi Monachi *Eluonenſis* Ægloga de Calvis: *apud* *NICOLAUM LAMPERTER.* (c) 4.to . . . Baſil. 1516.

Epiſtolæ aliquot illuſtrium virorum ad Erasmum & hujus ad illos: *imprimebat* Theodoricus Martinus Aluſtenſis. (d) 4.to . . . . Lovan. 1516.

Eras-

(a) *Ad Idus* Martias. N. Bonaspes T. Putaneus *ſuo Compatri clariſſimo* Jo. Badio Ascensio *de* Laurentiade.

*Imprime ſubtili ſanctum precor arte volumen,*
*Compater* Aſcenſi *major in ære* Tryphon:
*Immortale parant cui præla fidelia nomen:*
*Omnibus error abit quo moderante libris.*
*Nunc quicunque cupit chartas reperire fideles,*
*Expetit ille tuam, clare* Jodoce, *domum.*
Petrus *ob hæc* Roſſetus *adit tua limina vates;*
*Lingua* Maroneos *cui dedit alma favos.*

Idem *Nicolaus* Bonaspes *Trecenſis* concludit Librum Carmine commendatitio ad *Triſtandum* de Salazar *Senonum* paſtorem.

Ex prælo etiam *Aſcenſiano*, ſed ſinè anni notâ prodiit in 4. *de Paſſione Dominicâ Carmen elegiacum* Gulielmi Divitis *civis* Gandavenſis: *item* Lactantii *nænia verbis* Christi *crucifixi*, & *Carmen de Reſurrectione Dominicâ.* Cum *Herveri* de Berna *Amandini* ad juventutem *Bituricam* Præfatione; in quâ, Divitem (ait) *didascalum noſtrum de vobis benemeritum non ignoratis.* —— *Etenim innumeri (tanquam ex Equo* Trojano) *ex Officinâ ejus prodiere litterati.* &c. *Nec dubito, quin ex eo contingat, quod plurimum viris litteratis contingere conſuevit; ut ait* Claudianus, *Minuet præſentia famam. Non tamen ſinè* Theſeo *hoc eſt* Torino Biturico *commilitone noſtro antiquis moribus,* &, *ut* Plautus *ait*, Maſſilienſibus, & *cum virtute doctiſſimo.* &c. *Valete. Ex ædibus noſtris* Amandinis, *Calendis* Martii. Torinus ille (ut puto) eſt *Godofridus* Torinus Typographus, de quo poſtea dicetur.

(b) xxix. *Januarii.*

(c) Simler. *Bibliothec.* At Gesner. in *Bibliothec.* 1519.

(d) *Menſe* Octobri. Has ex ingenti Epiſtolarum acervo delectas inſcripſit *Gaſparo* Halmalo Juris utriusque Doctori & *Antuerpiæ* tribuno *Petrus* Ægidius ejusdem Oppidi Scriba.

(a) His

Erasmi de duplici copiâ verborum ac rerum commentarii duo, de ratione ſtudii & pueris inſtituendis commentariolus; ac de laudibus literariæ ſocietatis, reipub. & magiſtratuum urbis *Argentinæ* Epiſtola: *apud* Jo. Frobenium. (a) 4.to . . . . Baſil. 1516.

Cœlii Rhodigini Lectìon. Antiq. Romano charactere: *in ædibus* Aldi & Andreæ *ſoceri* (b) fol. . . . Venet. 1516.

Hieronymi Cingularii *Aurimontani* collectanea Latini eloquii Synonymorum: *impreſſit* VALENTINUS SCHUMAN. 4.to . . . . . . . Liptzk. 1516.

Erasmi Inſtitutio Principis Chriſtiani; Isocrates ad Nicoclem Erasmo interprete; Erasmi ad Philippum Panegyricus: *apud* Jo. Frobenium. (c) 4.to Baſil. 1516.

Inſtitutio Principis Chriſtiani ſaluberrimis referta præceptis, per Erasmum *Roterodamum* cum aliis nonnullis eodem pertinentibus: *apud* Theodoricum Martinum Aluſtenſem. (d) 4.to . . . Lovan. 1516.

An-

(a) His præmittitur ſequens Erasmi Epiſtola.

Erasmus Roterodamus
Guilielmo Neseno Naſtadienſi *ſuo* S.D.

*Sive tu iſthuc judicio facis, optime* Nesene, *ſive ſtudio quodam amoris erga me tui, certè de copiâ Commentariolos, antehac* οὐ πάνυ ἐρασμίους, Erasmo *commendas, dum illos ſic laudibus vehis, ſic ediſcis, ſic tuis prælegis, ut magis jam tui ſint uſucapione, quàm mei qui genuerim. Eos igitur ita, ut volebas, recognovi inter navigandum, ne vel hoc temporis mihi prorſus periret à ſtudiis. Tuæ partes erunt curare, ut* Frobenianis *formulis majuſculis quàm emendatiſſimè* * *rurſus exeant in publicum, quò hæc ſanè placeant, ſi eruditione parum commendantur lectori. Bene vale, chariſſime* Nesene. Antuuerpiæ, *Nonis* Septemb. *Anno à* Christo *nato* M.D.XVI.

(b) *Menſe* Februario. De Præfatione Rhodigini (in quâ Aldum laudat) lege *Frobenianam* ejusdem Editionem in anno 1517.

(c) *Menſe* Aprili.

(d) *Menſe* Auguſti. Theodoricus Martinus *Typographus Lectori* S. D. — *En, optime Lector, Officina noſtra ſemper utilitati publicæ ſudans, tradit hæc: Præfationem* Erasmi, *Præcepta* Isocratis *ad* Nicoclem *eodem interprete, Inſtitutionem Chriſtiani Principis nunc* † *primùm* ex-

* Prior (ut puto) Editio prodierat anno 1512. quo data eſt Erasmi nuncupatoria ad *Joannem* Coletum S. *Pauli* Decanum Epiſtola.

† Frobenius tamen hanc excuderat eodem anno menſe *Aprili*.

‡ Scil.

Andreæ Assaraci Sarrachi Dialogus elegiacus de Hiſtoriis novis ac veteribus à Franc. Sfortiæ temporibus ad Franciscum Regem *Francor.* & Ducem *Mediolani*: *apud* Gothardum Ponticum. (a) fol. . . . . . Mediolan. 1516.

Ejuſdem Trivultias, libri Carmine Elegiaco, cum Epigrammatis præliminaribus Alexandri Comitis & Hyacinthini Arpini : *apud* Gothardum Ponticum. (b) fol. . . . . . . Mediolan. 1516.

Thomæ Mori Utopia. (c) 8.°

Alphabetum Hebraïcum & Græcum ; Theodori Gazæ introductivæ Grammaticæ liber primus, ſecundus, tertius, quartus, Græcè : *apud* Ægid. Gourmont. (d) 4.to . . . . . Pariſ. 1516.

Theod.

*excuſam ex optimis Scriptoribus compoſitam* Erasmo *Authore*, *Panegyricum gratulatorium de reditu ex* Hispaniá *ad Principem* Philippum Maximiliani *filium eodem Authore*, *libellum* Plutarchi *de diſcrimine adulatoris & amici ad* Henricum VIII. Angliæ *Regem*, *cum* ‡ *aliis nonnullis. Bene vale*, *Lector*, *ac fruere.*

(a) Simler. *Bibliothec.*

(b) Simler. *Bibliothec.* „ Fortè idem „ Opus.

(c) Ad calcem cernuntur inſignia, lemma, & nomen *Gilles de Gourmont*. Nullo anno addito. Initio legitur hæc Præfatiuncula *ad lectorem. Habes*, *candide Lector*, *Opuſculum illud verè aureum* Thomæ Mori *non minùs utile quàm elegans de optimo reipublicæ ſtatu*, *déque novâ inſulâ* Utopiâ, *jam iterum ſed multo correctius quàm priùs*, *hâc enchiridii formâ*, *ut vides*, *multorum tum Senatorum tum aliorum graviſſimorum virorum ſuaſu editum*, *quod tibi ediscendum*, *non modò in manibus quotidie habendum cenſeo. Cui quidem ab innumeris mendis undequaque purgato*, *præter* Erasmi *annotationes ac* Budæi *Epiſtolam*, *addita eſt etiam ipſius* Mori *Epiſtola eruditiſſima. Vale.* Epiſtolæ *Petri* Ægidii ad *Hieronymum* Buslidium & *Hieronymi* Buslidii ad *Thomam* Morum hìc inſertæ exhibent annum M.D.XVI. Anno itaque (ut conjicio) 1516. prior prodiit *Utopiæ* Editio, cui poſterior *Gourmontiana* ſucceſſit.

(d) Hæc Opuſcula ſeorſim ſingula impreſſa ſunt. Singulorum initio affixa Gourmontii inſignia, lemma, & nomen ; ſed ultimo ſoli indicium temporis adjectum ſic, Ἐτυπώθη Παρισίοις παρὰ Γουρμοντίῳ ἔτει ἀπὸ τῆς θεογονίας χιλιοστῷ πεντακοσιοστῷ ἑκτῷ καὶ δεκάτῳ σκιροφοριῶνος ἐνάτῃ ἀπιόντος.

(a) *Menſe*

‡ Scil. Erasmi Epiſtola ad *Joannem* Paludanum, Carmen gratulatorium ad Philippum, Epiſtola ad *Nicolaum* Ruterium Episcop. *Atrebatenſem* ; Plutarch. de doctrinâ Principum, & de Philoſoph. Disputat. Erasmo interprete.

Præterea, Plutarch. de diſcrimine adulatoris & amici, ac de utilitate ab inimico capiendâ, Erasmo interprete. 4. per *Theodoricum* Martinum. Anno tamen non addito.

Theod. Gaz. Grammat. Introduct. liber primus, Græcè : *ex ædibus* Theodorici Martini Aluſtenſis. (a) 4.to . . . Lovan. 1516.

Idem translatus per Erasmum *Roterodamum*: *apud* Theodoricum Martinum Aluſtenſem. (b) 4.to . . . Lovan. 1516.

Idem translatus per Erasmum, ac etiam Græcè pro iis, qui jam aliquantulum profecerunt ; ac colloquiorum familiarium incerto authore libellus Græcè & Latinè, nunquam antehac typis excuſus : *apud* Joannem Frobenium. (c) 4.to . . . Baſil. 1516.

Enchiridium Grammatices ; in hôc libro hæc ſunt, Erotemata Chrysoloræ, Alphabetismus anomalorum, Demet. Chalcondyl. de formatione temporum, Theod. Gaz. Grammat. Introduct. liber quartus, Herodian. de Encliticis, Gnomæ monoſtichæ ex diverſis Poetis, Catonis *Romani* Sententiæ Planude interprete ; Græcè : *in ædibus* Philippi Juntæ Florentini. (d) 8.° . . . . . Florent. 1516.

Veteres Grammatici Latini duodecim à Jodoco Theodoro *Bellovaco* junctim editi : *ex Officinâ* Aſcenſianâ. (e) fol. . . Pariſ. 1516.

Ortus vocabulorum Alphabetico ordine ferè omnia, quæ in Catholicon, Breviloquio, Cornucopiâ, Gemmâ vocabulorum atque Medullâ

Gram-

(a) *Menſe* Martio.
(b) *Menſe* Julio.
(c) *Menſe* viiibri.
(d) *Decimo Cal.* Octob. *Pontificatûs ſanctiſſimi* Leonis *Papæ noſtri anno quarto.* Hanc Editionem *Aloyſio* Alamanno dicavit *Euphroſynus* Boninus.
(e) Fabric. *Bibliothec. Latin. Supplement.* ] Diomedis libri tres ; *Q. Rhemnii* Palæmonis ars ſecunda ; *Aſpri* Junionis Grammatici ars ; *Ælii* Donati Editio prior & poſterior, item de barbariſmo, vitiis & tropis ; *Servius* Honoratus in ſecundam Editionem : Sergius Grammaticus ; Phocas de nomine ac verbo, & aſpiratione ; Caper de Orthographiâ & Latinitate ; Agrætius de Orthographiâ & proprietate ; Probi Grammatici inſtitutiones artium, item catholica ; *Cornelius* Fronto de vocum differentiis ; Grammaticus alter de punctis & accentibus.

(a) *Die*

Grammaticæ ponuntur, cum vernaculæ Linguæ *Anglicanæ* expoſitione, continens: *impreſſus per* WYNANDUM DE WORD *ac in Urbe in Parochiâ Sanctæ* BRIGIDÆ (in the Fleteſtrete) *ad ſignum Solis moram trahentem.* (a) 4.to . . . . . . . . . Londoniis 1516.

Biblia Hebræa. (b) fol. . . . . 1517.

Biblia *POLYGLOTTA* : *per* ARNOLDUM GUILIELMUM DE BROCARIO. (c) fol. . . . . . Compluti. 1517.

To-

(a) *Die* XXVIII. Julii. In Prologo datur ratio vocis (*Ortus*) quâ hoc notatur Vocabularium : ——— *quem , propterea quod in eo fructuum copia reperiri poſſit*, Ortum vocabulorum *appellari decrevimus.* Ubi obſervandum eſt *Ortum* neglectâ aſpiratione dici pro *hortum.* Aſpiratio illa & in Manuſcript. & in impreſſ. vetuſt. Codicibus ſæpius omittitur. Lege DAUSQUII Ortograph. pag. 26. Libri ſuprà dicti titulus gerit ſignum Solis, & CAXTONI ſymbolum, & nomen *Wynkyn de Word*: hic enim in illius Officinâ artem didicerat & * exercuerat. CAXTONI autem ſymbolum erat binæ nominis initiales W. C. cum hâc figurâ  quâ forſan (utì nonnullis placet) ſignificatur *Caxtonianæ* Typographiæ Epocha, nempe (millenario & centenariis omiſſis) 74: figura enim numeri quaternarii, quâ veteres tam in impreſſis quàm Manuſcriptis uſos accepimus, non erat angularis (utì nunc 4.) ſed rotundata & ad ovalem accedens (  ). Nondum tamen mihi occurrit liber, qui à *Caxtono* excuſus diſertis verbis affirmetur † ante 1477.

(b) LONG, Biblioth. Sacr.] *diviſa binis columnis.* Ad calcem leguntur hæc verba charactere exiliori Rabbinico : *Omnis conſummationis vidi finem. Laus Deo O. M. & confeſſio ſummo nomini ejus. Quandoquidem improbi non invaluerunt , ut me perderent , benedicam Domino , qui me non dedit prædam dentibus illorum. Ecce enim pro miſericordiâ ſuâ ſuffulcit me , ut inchoarem & perficerem reſiduum libri mei ſancti ſupra omnes libros. Facta eſt autem illius conſummatio per manus minimi Typographicorum , exigui inter diſcipulos , unius ex filiis* SONCIM, *vulgò* Soncinatibus , *noti in* Judæâ *& in* Israel , *ann.* 277 *min. ſuppút.* ( *ſed* CHRISTI 1517.) *primo menſis* Adar. *Deus illuminet nos, & ponat inter nos benedictionem & pacem. Amen.*

(c) Hoc magnificum Opus ſex Voluminibus continetur.

1. Novum Teſtamentum Græcè & Latinè noviter impreſſum (de quo priùs) 1514. 10. *Jan.*
2. Vocabularium Hebraïcum atque Chaldaïcum totius Veteris Teſtamenti cum aliis Tractatibus (de quo etiam priùs) 1515. Ult. *Mai.*
3. Vetus Teſtamentum multiplici Linguâ nunc primùm impreſſum. Et in primis *Pentateuchus* Hebraïco , Græco atque Chaldaïco idiomate: adjunctâ unicuique ſuâ interpretatione.
4. Secunda pars Veteris Teſtamenti Hebraïco Græcóque idiomate nunc primùm impreſſa , adjunctâ utrique ſuâ Latinâ interpretatione. Pars hæc continet *Joſue*, *Judices*, *Ruth*, Libros quatuor

* *Annal. Typogr.* Vol. I. p. 329. † *Annal. Typogr.* Vol. I. p. 85. 128.

* In

TOBIÆ liber Hebraïcè ſine punctis. (a) 4.to . . . . CONSTANTINOPOLI. 1517.

Biblia Latina. (b) fol. . . Lugdun. 1517.

Biblia Gallica gloſſata : *per* ANTON. VERARD. (c) fol. . . . Pariſ. 1517.

Biblia Italica Malermi : *per* LAZARUM DE ZOARDIS & BERNARDUM BENALIUM. (d) fol. . . . Venet. 1517.

HUGONIS *de ſancto Victore* Allegoriarum in utrumque Teſtamentum libri decem : *in Officinâ* HENRICI STEPHANI *Chalcographi ac Bibliopolæ*. (e) 4.to . . . . . Pariſ. 1517.

JUDOCI CLICHTOVEI de puritate conceptionis Beatæ MARIÆ, libri duo; de ejus dolore in paſſione filii, liber; de ejus ſtatione juxta crucem, Homilia ; de aſſumptione ipſius, liber : apud HENRICUM STEPHANUM. (f) 4to . . . . . Pariſ. 1517.

STEPHANI *Eduenſis* Episcopi de Sacramento

tuor *Regum*, & duos *Paralipomenon* & Orationem *Manaſſis*.

5. Tertia pars Veteris Teſtamenti Hebraïco Græcóque idiomate, nunc primùm impreſſa, adjunctâ utrique ſuâ Latinâ interpretatione. Quæ in hôc Volumine continentur hæc ſunt : *Esdras*, *Neemias*; *Tobias*, *Judith*, * *Heſter*, *Job*, *Pſalterium*, *Proverbia*, *Eccleſiaſtes*, *Cantica*, *Sapientia*, *Eccleſiaſticus*.

6. Quarta pars Veteris Teſtamenti Hebraïco Græcóque idiomate nunc primùm impreſſa, adjunctâ utrique ſuâ Latinâ interpretatione. Quæ in hôc Volumine continentur, hæc ſunt : *Iſaias*, *Hieremias*, *Threni*; *Baruch* : *Ezechiel*, † *Daniel*, *Oſee*, *Johel*, *Amos*, *Abdias*, *Jonas*, *Micheas*, *Naum*, *Abachuc*, *Sophonias*, *Aggeus*, *Zacharias*, *Malachias*; *Machabeorum* libri tres. *Explicit quarta & ultima pars totius Veteris Teſtamenti Hebræo Græcóque & Latino idiomate nunc primùm impreſſa in hâc præclariſſimâ* Complutenſi *Univerſitate de mandato & ſumptibus Reverendiſſimi in* CHRISTO *Patris & illuſtriſſimi Domini*, *Domini Fratris* Franciſci XIMENII DE CISNEROS, *tituli ſanctæ* Balbinæ *Cardinalis*, *Archiepiſcopi* Toletani, *&c.* *Induſtriâ & ſolertiâ honorabilis viri* Arnaldi Guilielmi DE BROCARIO *Artis impreſſoriæ Magiſtri. Anno Domini milleſimo quingenteſimo decimo ſeptimo*, *menſis* Julii *die decimo*.

(a) LONG, *Biblioth. Sacr.* ex *Bodleian.*

(b,c,d) LONG, *Biblioth. Sacr.*

(e) Octobris *decimâ die*. Cum *Jodoci* CLICHTOVEI Præfatione.

(f,g) Biblioth. *Tellerian.*

(a) Bi-

* In quo Libro habentur & quæ Hebraïcè & quæ Græcè tantùm inveniuntur.

† In hôc habentur libri de *Suſannâ*, de *Belo* & *Dracone*.

mento Altaris Tractatus : *apud* HENRICUM STEPHANUM. (g) 4.to . . . . Pariſ. 1517.

JODOC. CLICHTOVEI Elucidatorium Eccleſiaſticum : *apud* FROBENIUM. (a) fol. . . . . . . . . . Baſil. 1517.

Horæ Beatiſſ. Virginis ſecundùm conſuetudinem Romanæ Curiæ ; ſeptem Pſalmi pœnitentiales cum Litaniis & Orationibus ; Græcè: *impreſſ. apud EUCHARIUM CERVICORNUM.* (b) 12.° . . . . Colon. 1517.

BENEDICTINA, ſive Conſtitutiones BENEDICTI XII. Papæ ad Monachos nigros: in priſtinam lucem redacta per MICHAELEM DE PUTEO presbyterum ſanctiſſ. Trinitatis *Fiſcaneñ.* Ordinis S. BENEDICTI Monachum : *per* JOANNEM DE PRATO *ac JACOBUM LE MESSIER in Vico olearum ſub Interſignio Sancti* Sebaſtiani *prope Collegium* Cluñ. *eorúmque expeñ. necnon* EGIDII DE GOURMONT *impreſſa ; per eóſque pro modico ære communicanda, ſummâque curâ ac diligentiâ (ut legentibus clarebit) exarata.* (c) 4.to Pariſ. 1517.

HIE-

(a) Biblioth. *Benteſian.*

(b) Ἐτυπώθη Κολωνίας παρ' Εὐχαρίῳ τῷ Ἐλαφοκέρωτι ἔτει ἀπὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ γεννήσεως χιλιοστῷ πεντακοσιοστῷ ἑπτακαιδεκάτῳ, μηνὸς Ὀκτωβρίου ὀγδόῃ.

(c) *Anno reparationis humanæ milleſimo quingenteſimo decimo ſeptimo. Venundantur* Parhiſiis *ab* Egidio DE GOURMONT *in Vico Sancti* JOANNIS Lateraneñ. *è regione Collegii* Cameraceñ. *& in Vico olearum ad Interſignium Sancti* Sebaſtiani *prope Collegium* Cluniaceñ. Cum præfatoriâ hac Epiſtolâ:

N. *Artis Impreſſoriæ ingenioſum artificem frater* MICHAEL DE PUTEO *Sanctiſſimæ Trinitatis* Fiſcaneñ. *Religioſus multâ impartitur Salute.*

*Cùm noſtri Cœnobii Bibliothecæ libros evolverem, aliquid religioſorum utilitate ſummopere perquirens, unum (quod* Benedictinam *vocant) Opuſculum à muribus corroſum & tineis aliiſque id genus vermiculis demolitum, necnon à multis imbecillioribus neglectum mihi occurrit: quod cùm perlegiſſem, non potui propter multa non lætari* &c. *Quâ de re, mi dilecte* N. *te monitum volui, ut illud animo libenti impreſſioni dares* &c. *Vale, è Cœnobio* Fiſcaneñ. XII. *Kal.* Februarii.

*Ad eundem Hexaſtichon.*

*Impreſſor quicunque cupis nunc arte libellos*
*Scribere, id excellens ede, precamur, Opus.*
*Grandia namque ſuo proceſſu continet illud:*
*Quæ nullâ clarè lecta fuere die.*
*Tu meritum cupiens igitur lucrúmque referre,*
*Huic Operi ſtudeas viribus ipſe tuis.*

Quis

HIERONYMI SAVANAROLÆ Eruditorium Confeſſorum : *apud* ASCENSIUM. (a) 12.° . . . . . . Pariſ. 1517.

Ejuſdem Expoſitio Orationis Dominicæ : *apud* ASCENSIUM. (b) 12.° . . Pariſ. 1517.

(c) ANDREE BARBATIE *Sicculi* ſecunda prime partis ſuper prima Decretalium : *impenſis JOANNIS DE FERRARIIS.* fol. in Oppido TRIDINI. 1517.

GALENI de Sanitate tuendâ libri 6, THO. LINACRO interprete : *impreſſ. per honeſtum virum* GULIELMUM RUBEUM *Typographum.* (d) fol. . . . . . Pariſ. 1517.

ARISTOTEL. Politicor. libri 8. Latinè, interpret. LEONARDO, ex emendatione JACOBI FABRI *Stapulenſis*, cum comment. ac annotationibus variorum : *apud* HENRICUM STEPHANUM. (e) fol. . . . Pariſ. 1517.

JACOBI FABRI Introductorium Aſtronomicum, theorias corporum cœleſtium duobus libris complectens, adjecto CLICHTOVEI commentario declaratum : *ex Officinâ* HENRICI STEPHANI. (f) fol. Pariſ. 1517.

La

Quis fuerit ille N. *Artis impreſſoriæ ingenioſus artifex*, nondum comperi.

(a) 10. *Cal.* April.

(b) *Ad Paſcha.*

(c) Sic ſe-habet illius Editionis tituli Orthographia, aut (ſi malis) Cacographia.

(d) *Undecim. Cal.* Sept.

(e) Bibliothec. *Faultrier.* Cujus Catalogum optimè digeſſit vir in his ſtudiis valde verſatus *Prosper* MARCHAND. Hujus viri peritiſſimi amicitiæ debere me lubens agnosco, quòd mihi per Epiſtolam multa in primo horum Annalium Volumine errata commonſtraverit, in Appendice poſtea cum aliis plurimis corrigenda.

(f) *Excudit hoc Opus*, & *impreſſit* Henricus STEPHANUS *efformandorum librorum ſedulus* & *induſtrius artifex* Pariſiis *in ſuâ Officinâ librariâ è regione Scholæ Decretorum. Anno Chriſti Cœlorum totiúsque Naturæ Conditoris.* 1517. *die nonâ* Decembris. Cum *Judoci* CLICHTOVEI *Neoportuenſis* ad *Petrum* GORRÆUM Doctorem Medicum Epiſtolâ : *Cùm* (inquit) *ad capeſſendam hanc diſciplinam preceptor noſter* Jac. FABER Stapulenſis *compendiariam ſuperioribus annis paraverit introductionem*, *ratus ſum me ſuppetias non aſpernandas illi negocio laturum*, *ſi*, *ut in cæteras ab eo elaboratas doctrinali artificio introductiones priùs factitavi*, *ita in hanc quoque commentarium excuderem* &c. FABRUM *noſtrum philoſophiæ naturalis publicæ interpretationi intentum* (*jam*

*multi*

La Toiſon d'or par GUILLAUME Eveſque de *Tournay*: *imprimé par* ANTOINE BONNEMERE *pour* FRANCOIS REGNAULT *marchand Libraire en la rue St.* Jaques *à l'enſeigne St.* Claude *aupres de St.* Yves. (a) fol. Paris. 1517.

PLUTARCHI *VITÆ* Parallelæ Romanorum & Græcorum quadraginta novem *GRÆCE*: *in ædibus* PHILIPPI JUNTÆ. (b) fol. . . . . . Florent. 1517.

OECOLAMPADII Oratio ad Clerum; Ex PLUTARCH. de Notâ Pythagoricâ PHILIP. MELANCHTHON. interprete; Epiſtola LYSIDIS ad HIPPARCHUM à CHURRERIO Latinitate donata: *apud* THOMAM ANSHELMUM. 4.to . . . Hagen. 1517.

PHILOSTRATI Icones & Heroic. CALLISTRATI Deſcriptiones & Vit. Sophiſtarum;

*multi fluxerunt anni*) *ſedulus audiviſti. Tunc enim primùm conciliatus noſter amborum amor* ——— *Adde, quòd Aſtronomica inſtitutio à Medicinæ perceptione non abhorret, quin immo cognatione quâdam & affinitate illi cohæret, magnóque eſt uſui. Jure igitur tibi dicatur opera noſtra* &c. Pariſiis, *anno Dominicæ Incarnationis* 1517.

Ad finem additur MICHAELIS PONTANI Sameracenſis *ad Lectorem* Carmen.

*Cœlorum Authorem Dominum laudare jubemur,*
*Lucida qui ſtabili ſidera lege movet:*
*Utque Deum laudet, lampas Phœbæa monetur,*
*Et vario lumen ſchemate Luna gerens.* &c.
*Eſt igitur pulchrum rapidos cognoscere curſus*
*Cœlorum, &, ſtellæ quo moveantur, iter.*
*Siquis id ingenuâ flagrat comprehendere mente,*
*Hunc librum vigili ſedulitate legat;*
*Quem* Faber *excudit* Stapulenſis: *at additus illi*
*Explicuit* Portus *condita ſenſa* Novus.
*Sit labor amborum, lector, tibi, candide; gratus;*
*Et facili munus ſuscipe fronte datum.*

(a) *Le dixiesme de* Decembre.

(b) MARCELLO VIRGILIO *Reip.* Florentinæ *à Secretis* PHILIPPUS JUNTA S. ——— *Jam viginti annos* Florentiæ *publicè profiteris* &c. *adeò ut non immeritò jam tot annos ſummo omnium conſenſu primùm à ſecretis locum* Florentiæ *tenueris* &c. *Suscipe munus hoc noſtrum, & quàm primùm potes,* DIOSCORIDEM *tuum, à te Latinitate donatum, emittere velis* &c. Et ad calcem libri; *Diis auſpicibus, libro, qui* Vitæ PLUTARCHI *inſcribitur, non ſinè maximâ diligentiâ multorúmque antiquorum Voluminum continuâ lectione, ſumma manus impoſita eſt* Florentiæ *in ædibus* Philippi JUNTÆ *anno Virginei partûs humanæque Salutis* M D.XVII. *die* XXVII. *menſis* Auguſti. LEONIS X. *Papæ noſtri anno quinto.*

(a) *Anno*

rum; *GRÆCE*: *ſumptu* PHILIPPI JUNTÆ. (a) fol. . . . . Florent. 1517.

PHILOSTRATI Heroica *LATINE*, à STEPHANO NIGRO ex *Caſali majore Cremonenſis* agri interprete JOANNI GROLIERO *Lugdunenſi* Regis *Francorum* à Secretis ac *Inſubriæ* Quæſtori primario dicata; ejuſdem NIGRI Dialogus, in quem quicquid apud PAUSANIAM ſcitu dignum legitur, quàm diligentiſſimè congeſſit STEPHANUS NIGER: *in Officinâ* Minutianâ. (b) fol. Mediolani. 1517.

CÆSAR Comment. *per AUGUSTINUM DE ZANNIS* DE PORTESIO. (c) fol. . . . . . . Venet. 1517.

VALER. MAX. cum Comment. OLIVER. *Arzignan.* & expoſitione BADII: *Væneunt in ædibus* VUOLPHANGI HOPIL. *ſub ſigno divi* GEORGII *in Viâ ad divum* JACOBUM. (d) fol. . . . Pariſ. 1517.

AMMIANUS MARCELLINUS: *typis* HIERONYMI DE BENEDICTIS Bononienſis. fol. . . . . . Genuæ. 1517.

JUSTINI Epitome TROGI: *impreſſ. per* JOANNEM SINGRENIUM *expenſis* LEONHARDI & LUCÆ ALANTSE *fratrum.* 4.to . . . . Vienn. Auſtr. 1517.

*ARISTIDIS ORATIONES GRÆ-*

*CE*:

(a) *Anno à Nativitate Domini* XVII. *ſupra mille.* [omiſſis, quod eſt infrequens, centenariis] *menſe* Octob. LEONE X. *Pontif.* Lege *Annal. Typogr.* Vol. I. p. 228, 229.

(b) *Prid. Kal.* April. Huic Editioni Privilegium in quinquennium indulſit FRANCISCUS *Francorum* Rex & *Mediolani* Dux.

(c) XIII. *Junii.*

(d) *Anno à* CHRISTO *nato milleſimo quingenteſimo decimo ſeptimo, quinto Calendas* Apriles. Libri titulus eandem, quæ in aliis apud HOPYLUM, configurationem binarum aquilarum exhibet. In quibuſdam Exemplaribus, præfiguntur PARVI Inſignia, cum his verbis, *Væneunt* Lutetiæ *in ædibus* Johannis PARVI *ſub Signo* Lilii aurei *in Viâ ad Divum* Jacobum. NICOL. BERALDUS REMIGIO CAILLIVO *Salutem P. D.* ——— *Animadverti quædam in his libris inverſa ac corrupta parum aptè explicata antehac fuiſſe.*

(a) *Die*

*CÆ*: *ſumptibus nobilis viri* PHILIPPI JUNTÆ *Bibliopolæ*. (a) fol. . . Florent. 1517.

Vita & Fabellæ ÆSOPI cum ALDI MANUTII interpretatione Latinâ è regione; GABRIÆ Fabellæ tres & quadraginta: *apud* THEODORICUM MARTINUM. (b) 4.to Lovan. 1517.

PLUTARCH. de Exilio, Latinè, ANGELO (c) BARBATO interprete; LUCIAN. Muſcæ Encomium, Latinè, NICOLAO (d) BERALDO interprete; & SCIPIONIS CARTEROMACHI *Piſtorienſis* Oratio de laudibus Græcarum litterarum: *in Officinâ* Gormontianâ. (e) 4.to . . Lutet. 1517.

LIBA-

(a) *Die* xx. Maii, *anno quinto* LEONIS X. *Pontificis*, *qui* Philippo DE GIUNTIS *& ejus filiis Bibliopolis* Florentinis in decennium Diploma conceſſit. Hanc Editionem *Bernardo* MICHELOTIO Episcopo *Forolivienſi* patritio *Florentino* dicavit *Euphroſynus* BONINUS Phyſicus *Florentinus*; in cujus Epiſtolâ hæc: ——— *ut facilè quivis & legere & legendo ſeipſo melior reddi poſſit*, Philippus JUNTA *Bibliopola tuæ Reverentiæ obſervandiſſimus* (repone *obſervantiſſimus*) *multa & Latinorum & Græcorum Auctorum Volumina cudere hactenus pulcherrimis curavit typis*, *nuncque Græci* ARISTIDIS *Operibus ſummam Diis concedentibus impoſuit manum* &c. *Docuit id quidem ante annos aliquot vir diligens ac doctus* Janus PARRHASIUS, *qui locos hic permultos contra receptam à Grammaticis opinionem explicuit*, *planéque oſtendit ſubeſſe uni verbo interdum aliquid priscæ reconditæque eruditionis*, *quod eos maximè fallat*, *qui antiquorum lectione poſthabitâ novitios quosdam ac plebeios Authores tantùm ſectantur* &c. *Vale.* Lutetiæ. IX. *Calendas* Apriles, *anno milleſimo quingenteſimo decimo ſeptimo*: Huic Epiſtolæ ſubjungitur alia *Jo.* BADII ASCENSII ad *Germanum* DE GANAIO data *ex Officinâ noſtrâ chalcographâ ad Nonas* Junias M.D.X.

(b) *Anno* M. *quingenteſimo decimo ſeptimo. Menſe* Auguſto.

(c) Qui huic Opusculo præmiſit ad LEON. X. Max. Pont. pro inopiâ ſuâ ſupplicationem. ——— *Jure* (inquit) MEDICUM *familiæ præclariſſimæ debetur*, *quicquid litterarum Græcarum adhuc extat*: *quarum nullum veſtigium reliquum eſſet*, *niſi* LAURENTIUS *pater tuus eas è* Turcarum *manibus vendicâſſet*; *grandi propoſitâ pecuniâ*, *ut boni Authores*, *qui impiiſſimæ gentis armis oppreſſi inter cadavera urbium quaſi ſepulti jacerent*, *prodirent in lucem*; *&* Florentiæ *ſemina illa omnium liberalium artium omniúmque virtutum propagarentur.* &c. *Quod tuum eſt*, *tuo nomine munitum exire debet. Paramus tamen & alia quædam Opuscula*, *de Juſtitiâ*, *de Pluto*, *de Sympoſiis* &c. *Neceſſitas*, *quæ ad hoc de Exilio Opusculum tibi dedicandum nos impulit*, *ea fuit*, *ut exilium noſtrum*, *non ullo ſcelere ſed rerum penuriâ & bellorum tumultu*, *tu re aliquâ ſoléris*, *& ſacerdoti jam in omni rerum inopiâ conſeneſcenti tua liberalitas tantum ex tot tantisque eccleſiaſticis bonis tribuat*, *quantum ad frigus dirámque famem propellendam ſatìs ſit* &c.

(d) Qui ſuam Verſionem *Ludovico* DEBERQUINO dicat.

(e) *Nonis* Octobris. REMIGIUS RU-

FUS.

LIBANII ΜΕΛΕΤΑΙ, ΛΟΓΟΙ, ΕΚΦΡΑΣΕΙΣ, GRÆCÈ: JOANNES MACCHIOCHUS BONDENUS *imprimebat.* (a) 4.to . . . . . . Ferrar. 1517.

LUCIANI Piſcator Latinè, BILIBALDO PIRCKEYMERO interprete: *apud* FREDERIC. PEYPUS. (b) 4.to . . Nuremberg. 1517.

MAXIMI TYRII Sermones Latinè, COSMO PACCIO interprete: *apud* JACOB. MAZOCHIUM Rom. *Academ. Bibliopolam.* (c) fol. . . . . . Romæ. 1517.

HOMERI Opera Græcè: *in ædibus* ALDI & ANDREÆ ASULANI *ſoceri.* (d) 8.° Venet. 1517.

*PORPHYRII HOMERIC. QUÆSTION.* & de Nymphar. antro, Opus LEONIS X. Pont. Max. beneficio è tenebris erutum: *impreſſúmque in Gymnaſio* Mediceo *ad Caballinum montem.* 4.to . . Romæ. 1517.

*Homericæ* Iliadis *INTERPRES* pervetuſtus *GRÆCE*: *in Gymnaſio collis Quirinalis in domo ANGELI COLLOTII* (e) fol. Romæ. 1517.

MUSÆUS, Græcè: *apud* EUCHARIUM CERVICORNUM *habitantem propè domum conſulatûs.* (f) 4.to . . . Colon. 1517.

Mus.

FUS CANDIDUS JOANNI LALIRIO S. P. D. ——— *Tempeſtivè veniſti nobis* τὸν κολοφῶνα *addentibus emendationi elegantiſſimi Libelli* PLUTARCHI de Exilio, *quem ab* Româ *nuper ad me miſit doctus vir* Joannes CARDUINUS *amicus meus integer. Hunc itaque tibi dicamus* &c. *Huic adjicere placuit* LUCIANI Muſcæ Encomium à Nicolao BERALDO *utriusque Linguæ citra livorem doctiſſimo nuper Latinum factum. Nam, quum vertebat, prelo committebam &c.* Pariſiis, *Nonis* Octobris M.D.XVII.

(a) IIII. *Menſ.* Auguſt. ALPHONSO EST. *Duce.* De hâc Editione dictum eſt priùs.

(b) *Sexto Non.* Octob.

(c) XV. Octob. *Triumphante Divo* LEONE X. *Pont. Max. Anno ejus quinto.*

(d) *Menſe* Julio. *QUINTI SMYRNÆI, TRYPHIODORI ac COLUTHI GRÆCAM* Editionem curavit *Aldus* MANUTIUS in 8. ſed ſinè anno.

(e) *Die* VII. Septemb. LEONIS X. *anno quinto.* De hâc Editione priùs De LASCARIS Epigrammatibus huic præfixis lege poſtea in ann. 1518. Comment. in SOPHOC. Hic Interpres pervetuſtus eſt idem, cui poſtea *Didymi* nomen additum eſt.

(f) Julii *decimâ ſeptimâ.*

(a) *Menſe*

MUS. de HER. & LEAND. Græcè & Latinè; ORPHEI Argonaut. Hymn. & *DE LAPIDIBUS* Græcè: *in ædibus* ALDI *&* ANDREÆ *ſoceri.* (a) 8.° . Venet. 1517.

OPPIAN. Halieutic. libri quinque, *CYNEGETIC. LIBRI QUATUOR*, Græcè; Halieutic. Latinis Hexametris verſa LAURENTIO LIPPIO *Collenſe* interprete: *in ædibus* ALDI *&* ANDREÆ *ſoceri.* (b) 8.° Venet. 1517.

Florileg. Epigramm. Græc. *in ædibus* ALDI *& ſoceri.* (c) 8.° . . . Venet. 1517.

Opera *Vergiliana* à SERVIO, DONATO, MANCINELLO & PROBO, cum adnotationib. *Beroaldinis*, AUGUSTINI DATHI, CALDERINI, BADII: *excuſſit in Officinâ ſuâ litterariâ* JACOBUS SACON; *impenſas autem protulit Bibliopolarum optimus CIRIACUS HOCHPERG.* (d) fol. . . Lugdun. 1517.

TEREN-

(a) *Menſe* Novembri.

(b) *Menſe* Decembri. Præfixæ ſunt *Franciſci* ASULANI binæ Epiſtolæ; in quarum primâ ad *Antonium* PASSERUM *Januenſem* (*Nicolai* filium maximâ in juvenili admodum ætate in diſciplinis omnibus eruditione) Philoſophiæ in Gymnaſio *Patavino* Profeſſorem, ſcribit ſe *mox ejusdem Authoris de aucupio Carmen, quod rarum admodum inventu, ſperare propediem editurum*: in alterâ ad Lectorem; *ſe in horum Voluminum Editione operam dediſſe, ut talem caſtigationis ſuæ & multorum doctorum perciperet lector diligentiam, qualem* —— *depravatio ſuperioris Editionis, quæ alibi facta eſt, merebatur. Nam, ut alia* (ait) *omittam loca, quæ enitescere poſſunt à nobis reſtituta, Index Operis, quod* Halieuticon *eſt, non tractationem de venatione exprimit, quod ſuperioris Editionis emendatores probârunt, ſed de piscatione.* Nondum tamen prodiit OPPIANI Opus *de Aucupio.* Lege FABRIC. *Biblioth Gr.* lib. 4. p. 629. & *Conr.* RITTERHUS in Procœmio ad OPPIANUM. *Conradus* GESNERUS in *Bibliothecâ* ſic —— *de Aucupio Poema* Franciscus ASULANUS Venetiis *mihi aſſeruit adhuc apud ſe extare, ſed nullo modo efficere potui, ut oſtenderet, & alii quidem affirmabant vanam eſſe & mendacem hanc ejus jactationem. Quod quidem huc aſcribo, ut is liber, ſi habet, vel per convicium extorqueatur. Jos.* SIMLER. in *Biblioth.* GESNER. ἰξευτικὰ *aiunt ſervari in Bibliothec. Cardin. S. Floræ. Nic.* GERBEL. in Præfat. ad annotat. BROD. in OPPIAN. —— OPPIANUS *compoſuit duos libros de Aucupiis; tametſi* ASULANUS *ſe quinque domi ſuæ habere commentus ſit, finxeritque, ut* GESNERO *viro candido & ſimplici imponeret.*

(c) *Menſe* Novembri.

(d) *Ad tertium Nonas* Decembres. Hæc Editio in duos tomos diſtribuitur Prior continet *Bucolica* & *Georgica* à SERVIO, DONATO & PROBO expoſita, cum adnotationibus *Beroaldinis*, item Opuscula, quorum quædam ab *Domitio* CALDERINO explicata. Ad finem, *Lugduni impreſſa ab* JACOBO SACHON. M.D.XVII.

Terentius: *in ædibus* Aldi & Andreæ Asulani 8.° . . Venet. 1517.

Ovid. Metamorphoſ. cum luculentis Raphaelis Regii enarrationibus *, quibus cùm alia quædam aſcripta ſunt, quæ in Exemplaribus antea impreſſis non inveniuntur; tum eorum apologia, quæ fuerant à quibusdam reprehenſa: *apud* Georgium de Rusconibus Mediolanenſem. (a) fol. . Venet. 1517.

Valer.

M.D.XVII. *Die vigeſimâ menſis* Auguſti. Priori huic tomo præmittuntur Epiſtolæ duæ; prima *Jo.* Badii ad Anselmum de Brievere utriusque juris Doctorem data *Ex Officinâ noſtrâ litterariâ* Pariſiorum Lutetiâ *ad* viii. *Kal.* Maias. M.D.V. *& jam Idus ad* Apriles. *anno* M.D.XV. in quâ Virgilii *Bucolicorum* & *Georgicorum* utilitatem commendat. Secunda *Antonii* Mancinelli *Veliterni* ad *Urſum* Ursinum Pontificis Theſaur. ac Gymnaſii almæ Urbis rectorem data *Romæ. tertio Idus* Octobres. M.CCCC.XC. in quâ ſcribit ſe Virgilii *Bucolica & Georgica in Romano Gymnaſio profeſſum, impreſſoribus, quicquid evigilaverat, tradidiſſe*; promittítque ſe *poſthac in* Juvenalem, *in Odas in Carmen Epodon* Horatii *paratos jam commentarios editurum.* Poſterior tomus continet *Æneidem* expoſitam à Servio & Donato, & ab *Auguſtino* Datho in principio. Familiariter verò tam Opera quàm Opuſcula ab *Jodoco* Badio *Aſcenſio* exponuntur. Omnia quidem tam *Bucolica*, *Georgica*, Opuſculorúmque nonnulla, & *Æneis*, quàm tertius decimus à *Mapheo* Vegio liber, expolitiſſimis figuris & imaginibus illuſtrantur.

(a) *Si quid fortè litterarum immutatione, tranſpoſitione, inverſione, appoſitione, omiſſione, aliâve depravatione offenderis, ſtudioſe lector, id correctionis difficultati aſcribas rogat* Georgius de Rusconibus Mediolanenſis, *cujus induſtriâ* Raphael Regius *in hôc Opere deſcribendo uſus eſt.* Venetiis *Principe feliciſ.* Leonardo Lauredano. *Die* xx. Aprilis. M.D.XVII. Cum *Veneti* Dominii privilegio *Raphaëli* Regio conceſſo: & ipſius Regii ad *Joannem* Lubrancium *Poſnanienſem* Episcop. & *Poloniæ* Conſiliarium Epiſtolâ datâ xii. Cal. *Mai.* M.D.XVII. in quâ ſic conqueritur. —— *Tantum abeſt, ut ab iſtis alienorum operum obtrectatoribus à ſcribendo deterrear, ut eò magìs magiſque in dies aſcendar, quòd nos quoque nonnihil ſtudiis contuliſſe videmur. Nam* Ovidii *Metamorphoſis, præclarum in primis Opus, poſtquam enarrationibus noſtris* * *fuit illuſtrata, ſic, ubicunque Romana eſt in uſu Lingua, lectitatur, ut in quinquaginta millia Exemplarium & ampliùs jam dicatur fuiſſe deſcripta, cùm antea vix à quoquam propter fœdas depravationes ac obſcuriores locos in manus ſumeretur. Quo autem majore in uſu habetur, eò mihi honeſtiùs facere viſus ſum, ut expoſitiones noſtras non ſolùm quàm diligentiſſimè caſtigarem, ſed etiam quæ contrà dicerentur, refutarem.* —— *Hanc lucubrationem atque recognitionem noſtram tibi dicavi, ut nomen tuum celebretur, & in magnificentiſſimâ Bibliothecâ tuâ hoc quoque præclarum* Ovidii *Opus undique, quoad fieri potuit, emaculatum (Nam omnes*

* Illæ enim enarrationes antea fuerant editæ (ann. 1493. & 1497.). Quod & in ſuâ innuit Epiſtolâ: *in* Metamorphoſin *breves enarrationes quas adoleſcens compoſueram, paucis antè annis emiſi* —— *Ac eruditorum quidem judicio comprobatæ, quorundam ſutorum ac potiùs veteramentariorum calumnias effugere non potuerunt* &c. *Neque me diffiteor me & in quibusdam lapſum fuiſſe, & nonnulla quoque cùm Opus edidi, ignoráſſe, quorum pleraque ex variâ Scriptorum & Græcorum & Latinorum lectione correxi, paucula quædam nondum invenire quivi* &c.

* Cujus

*nes vel Librariorum depravationes ſuſtulimus) reponeretur, ne ſtudioſæ juventuti tuæ Exemplar examuſſim caſtigatum deeſſet, ex quo ſua facilè corrigere poſſint. In dies namque magis magisque Librorum depravationes invaleſcunt, neque ſolùm Impreſſorum negligentiâ, ſed impudenti quorundam ſciolorum temeritate, qui, dum ſe aliquid emendâſſe putant, maculas Auctoribus fœdiſſimas inuſſiſſe deprehenduntur. Ac ut alios omittamus; qui tibi* VALERIUM MAXIMUM *quàm arrogantiſſimè nuncupavit, totum illud Opus & plerisque in locis corrupit, & quorundam capitum exemplorúmque penitus à* Valeriano *ſtilo abhorrentium aſſictione ita fœdavit, ut ſibi in quibusdam parum conſtare* VALERIUS *ipſe videatur. Idem* FABII QUINTILIANI Oratoriam Inſtitutionem *ita confudit, ut quæ ego ſubdubitatione in illius Operis depravationes annotâram, ea promiscuè cum ipſius* QUINTILIANI *verbis non minùs flagitioſè quàm imperitè contexere citra ullam Auctoris tanti rationem ſuſtinuerit. Et miramur, ſi Libri ſunt depravati, cùm ſciolos iſtos non ſolùm veterem ſcripturam pro captu ſuo immutare, ſed alienas quoque vigilias vel ineptiſſimis Epiſtoliis ſibi arrogare nihil pudeat. Sed de temerariis iſtius* (1) *hominis impoſturis plura aliás. Nunc breviſſimam eorum, quæ lynceis* (2) *quidam oculis in aliena Opera intuentes, in ſuis autem cæcutientes, in noſtras Enarrationes effutiverunt, deſcripſimus apologiam* &c. *Ex* Venetiis, XII. *Kalendas* Maias. M.D.XVII. Iterum ad calcem librum graviter clamitat in binis Epiſtolis: in primâ *ad clariſſ. Equites* ANTONIUM BULDUNUM, JOANNEM FRANCISCUM PASCHALICUM, DOMINICUM BOLLANUM *eloquentiſſ. Advocatores* datâ, *Imprudens ſimul & mei nominis neglector facilè haberi poſſem, niſi aliquot ex earum ineptiarum, quæ mihi falsò aſcriptæ fuerunt, erroribus annotâſſem* ——— *ut cognoscatis & me atrociſſimâ injuriâ fuiſſe affectum, & eum Librarium, quem falſi reum egi, vobis impudentiſſimè fuiſſe mentitum. Is enim, cùm pro tribunali ipſi denunciaſſetis, ut & ſe defenderet (vos namque in ipſum eſſe inquiſituros) & quotquot domi mearum Enarrationum Exemplaria haberet, publicæ cuſtodiæ traderet, veritus, ne (ut juſtum eſt) comburerentur, clamare cœpit, illa, quæ mihi aſcripſiſſet, ab homine docto compoſita fuiſſe, eóque mihi ab ſe injuriam illatam. Id verò falſum eſt, ut illarum ineptiarum auctor quisquis fuerit. Mihi enim ne nomine quidem eſt notus, non loquendi modò atque exponendi imperitus, verùm fatuus quoque ab omnique humanitate alienus.* ——— *Ut nullâ aliâ de cauſâ imperitus iſte à perfido illo Librario inductus eſſe videatur, qui Enarrationes meas iſtiusmodi ineptiis inquinaret, quàm ut me, ubicunque Romana vigeret Lingua, in omne tempus infamaret.* ——— *Ii omnes, qui* OVIDII Metamorphoſin *cum meis Enarrationibus ſe emere putârunt, iniquiſſimè fuere decepti.* &c. In alterâ item *ad* PETRUM CORNELIUM *patritium* Venetum *Senatorem: Ex relectione mearum in* OVIDII Metamorphoſin *enarrationum, quas* (3) Octavianus *quidam* SCOTA *primùm impreſſit, deprehendi quàm plurima & fœdiſſimè quidem, ſive Librariorum incuriâ ſive invidorum quorundam conſpiratione ſive potiùs utroque fuiſſe depravata* —— *Quæ niſi in hâc* (4) *ſecundâ Editione correxiſſem, de ſtudiis malè meritus eſſem* &c. Denique ſic compellatur lector in totius Operis fine: *Accipe, ſtudioſe lector, integras* Raphaëlis REGII *in* OVIDII Metamorphoſin *Enarrationes; ac in* QUINTILIANI Oratoriam Inſtitutionem *ejusdem Annotationes, quæ* (5) *iterum diligentiſſimè imprimi cœperunt, ſi potes, expecta. Quæ namque*

(1) Cujus nomen cùm taceri voluerit, non vacat nunc inveſtigare.

(2) Eos quoque, quos *Raphaël* nominare noluit, inpræſentiarum præteribo, alibi forſan per otium requirendos.

(3) Anno 1493. cum ipſius *Raphaelis* REGII ad *Franciſcum* GONZAGAM *Mantuæ* Principem Epiſtolâ nuncupatoriâ, *Venetiis Nonis* Septembris M.CCCC.XCIII. datâ, quæ in hâc (1517.) Editione recuſa eſt.

(4) Secunda Editio prodiit 1497. ad quam (ut puto) pertinet hæc ad CORNELIUM *Raphaelis* Epiſtola.

(5) *Raph.* REGII in quibusdam locis QUINTILIANI &c. Disputationes in 4. *Venetiis* 1490. apud GULIELMUM *Tridinenſem* prodierunt; deinde Ejusdem in depravationes (ita enim ſe habet Titulus) *Orato-*

Valer. Flacc. *ſumptu* Philippi Juntæ. (a) 8.° . . . . . Florent. 1517.

Valer. Flacc. cum Ægidii Maserii Scholiis : *apud* Badium. (b) fol. Pariſ. 1517.

Senec. Tragœdiæ : *in ædibus* Aldi & Andreæ *ſoceri.* (c) 8.° . . . Venet. 1517.

Ausonius *in ædibus* Aldi & Andreæ *ſoceri.* (d) 8.° . . . . Venet. 1517.

Idem à Michaele Humelbergio emendatus : *apud* Jodocum Badium Ascensium. (e) 4.to . . . . Pariſ. 1517.

Viridarium illuſtrium Poetarum : *in ædibus* Thomæ Anshelmi Badenſis. (f) 8.° Hagen. 1517.

Aul.

*que * ſuperiore anno perfidiâ cujusdam Librarii me inſcio emiſſa fuerunt, non plerisque modò in locis quorundam invidorum conſpiratione fœdiſſimè depravata fuerunt, verùm Præfatione quoque, Indice, Vitâ Poetæ, iis quæ προλεγόμενα Græci vocant, & ultimi quaternionis Expoſitionibus mihi compoſitis fraudata circumferuntur. Librarius enim ille eorum ſibi conſcius, quæ depravârat, noluit tantisper expectare, dum totum* Opus *castigarem* &c. *Quod quidem cùm reſciviſſem, plurésque errores quàm verba in Expoſitionibus nomini meo adſcriptis ineſſe deprehendiſſem, & Librarium ipſum falſi reum egi, & Enarrationes diligentiſſimè emendatas iterum imprimendas curavi. Quare in his invenies eadem aliqua, multa mutata, plurima adjecta, omnia verò compoſitiora, &, quàm nos potuimus, emendata. Caterùm, candide Lector, cave, ne in emendis quoque nostris in* Quintil. *Annotationibus decipiaris, quæ ejusdem imperiti ineptiis fœdata † citra ullam Præfationem noſtram venales circumferuntur.*

(a) *Anno* XVII. *ſupra mille; Menſe* Feb. Leone *decimo Pontifice.*

(b) *Non.* Aug.

(c) *Menſe* Octobri.

(d) *Menſe* Novemb.

(e) *Albert.* Fabric. in *Biblioth. Latin.* Sed Cheviller. p. 252. „ Cette même année (*ann.* 1511, *intelligit, uti ex antedictis conjicio*) „ un Savant nommé „ *Michel Humelberge* entreprit de travailler „ ſur l'*Auſone*, qu'il fit imprimer in 4. „ par *Joſſe Bade*, après l'avoir revû & „ corrigé ſur pluſieurs Manuscrits, il avoüa „ qu'il reſtoit encore dans ce Poëte pluſieurs endroits obscurs, qui avoient bien „ beſoin d'être éclaircis & expliquez par „ quelque habile homme. *Aleandre* promit de le faire publiquement dans ſes „ Leçons : *Non inficiamur non pauca in* „ *omnibus* Auſonii *Codicibus menda inveniri magno digna vindice : quæ* Hieron. „ Aleander *vir omni laudum præfatione* „ *major, dum hæc imprimerentur, alibi occupatus, ſibi in publico reſervat auditorio* „ *discutienda.*

(f) *Menſe* Junii, Max. æmiliano

*Oratoriæ* Quintiliani *Inſtitutiones* Annotationes in fol. *Venetiis* 1493. ſumptib. Octav. Scoti; Ejusdem in eamd. Caſtigationes in fol. *Venetiis* 1512. (Vide Fabric. *Biblioth. Latin. Supplem.*) impenſis Georgii de Rusconibus.

* Annus quis is fuerit, non ſatis intelligo.

† Editio anni 1493.

AUL. GELL. *in ædibus* JOANNIS KNOBLOUCHI, *ductu* MATTHIÆ SCHURERII. (a) 4.to . . . . . . Pariſ. 1517.

AUL. GELL. *per* JOANNEM DE TRIDINO *aliàs* TACUINUM. (b) fol. . Venet. 1517.

Aliquot Epiſtolæ ſanè quam elegantes ERASMI, & ad hunc aliorum, antehac nunquam excuſæ præter unam & alteram : *apud* THEODORICUM MARTINUM. (c) 4.to Lovan. 1517.

GRAPALD. de Partib. ædium : *apud* JOANNEM PARVUM. (d) 4.to . Pariſ. 1517.

Idem de iisdem : *impreſſ. per ALEXANDRUM DE BINDONIS.* (e) 4.to Venet. 1517.

LUDOVICI CŒLII RHODIGINI Lectionum

NO (ſic enim imprimitur, at repone MAXIMILIANO) *Pio imperante.*

(a) *Menſe* Martio : *regnante Imperatore Caſ.* MAXIMILIANO *.P. F. Aug. P. P. cum Privilegio Imperiali.* MAXIMILIANUS &c. *honeſto noſtro & Imperii ſacri fideli dilecto* Matthiæ SCHURERIO Schletſtatino *apud* Argentineñ. *Chalcographo , Gratiam* &c. *nobis* Jacobus SPIEGEL *Secretarius noſter expoſuit te cupere Hiſtoriam à Mundi initio ad* EUGENII III. *&* CONRADI III. *tempora digeſtam ab* OTTONE *Episcop.* Friſingeñ. *&* Rod. AGRICOLÆ *omnia Opera , item* AULI GELLII Noctes Atticas *ac alia pleraque præcellentium Autorum monumenta prælo tuo publicare* &c. *omnibus* —— *inhibemus , ne præfatam Hiſtoriam* —— *Opera* —— *Noctes* —— *ac alia , quæ tu primùm apud* Germanos —— *publicabis, per ſexennium imprimere*, &c. *Datæ in* Viennâ , *ſextâ* Maii , *anno milleſimo quingenteſimo decimo quarto, regnorum noſtrorum,* Romani *viceſimo nono*, Hungariæ *viceſimo quarto.*

Sequitur *Nicolai* GERBELLII *Phorcenſis* D D. Doctoris ad ſtudioſos Præfatio ; in quâ hæc : *Hunc* (Gellium) *diebus hisce ſuperioribus ſummâ diligentiâ atque curâ excudi fecit* Matthias *meus* SCHURERIUS ; *aliàs etiam pluribus modis benemeritus de his, qui ſtudia ſectantur humanitatis. Quòd ſi ad amuſſim non quadrant , respondeántque omnia, vel ſiquando indormiviſſe operi* Schurerius *Criticis videbitur , boni conſulant ſtudioſi rogamus. Nimirum quod in tam anguſto tempore curam etiam diligentiſſimi cujusque interpellare potuiſſet , rei tum magnitudo tum difficultas. Quin etiam ingenuè fatetur* Schurerius *Græcarum literarum peritiam haudquaquam ex pleno ſibi cognitam meditatámque eſſe. Quâ in re libens nos conſuluiſſet homo acerrimus in eâ provinciâ conſectandâ, ni Curiæ noſtræ Episcopalis munus, cui jam pridem alligati ſumus , penitus nos abstraxiſſet.* &c. *Peream , ni* Gellii *doctrinam , atque in eodem excudendo* Schurerii *labores maximopere ſint & admiraturi & laudaturi.*

(b) *Primo* Decemb.

(c) *Menſe* Aprili.

(d) *Eâ fide atque diligentiâ excuſum , ut vix erratum offendas.* Lege CHEVILLER. p. 123.

(e) *Ultimo* Januarii.

(a) *M.*

tionum Antiquarum Libri XVI.: *apud* JOANNEM FROBENIUM. (a) 4.to . Baſil. 1517.

SCIPIONIS CARTEROMACHI *Piſtorienſis* Oratio de laudibus litterarum Græcarum: *apud* JOANNEM FROBENIUM. (b) 4.to . . . Baſil. 1517.

*PHRYNICHI* Sylloge Atticarum vocum *GRÆCE*: *per* ZACHAR. CALLIERGUM. (c) . . . . . Romæ. 1517.

*THOMÆ MAGISTRI ECLOGÆ* Atticæ Dialecti *GRÆCE*: *apud* ZACHAR. CALLIERGUM. (d) 8.o . . Romæ. 1517.

NIC.

(a) *M. Martii* D.XVIII. cum RHODIGINI ad *Joannem* GROLIERIUM *Gallorum* Regis Secretarium nec non *Inſubriæ* primarium Quæſtorem Præfatione (eâdem quæ & *Venetæ* Editioni ann. 1516. præfigitur) ——— *Hoc, quicquid eſt, libellorum excipias lætus* &c. *Id quòd eò proclivius facturum te ſpondet animus, quoniam ex* Andreæ ASULANI *Officinâ publicum indipiſci ſunt exorſi primum. Nôſti, opinor, hominis diligentiam non in conformandis modò libris perpenſiore limâ, quàm cæteri ſoleant, quotquot ſunt omnes; ſed & conquirendis hinc indè, ac, quod aiunt, ex Orci faucibus, eruendis ingeniorum, quæ lucem nobis peperere, jam ferè abolitis monumentis. Et hoc præſtat ille quidem, ab* ALDI *generi veſtigiis nec latum utique unguem divulſus,* ALDI *(inquam) illius bene docti viri, cui plurimum debet ſtudioſiſſimus quiſque, quòd barbaricas vitiligines latè jam obrepentes detergere is adortus eſt primus. At eo immaturiùs rapto, ac è nobilis conſilii curſu medio (qui mortalibus nimio plus frequens eſt mos) revulſo, quamvìs interpellatam, non deſtituit curam ſocer, amplitudinis tuæ perſtudioſus, qui, dum ſubinde præcelſi animi tui laudes celebrat, nec munificentioris naturæ claritatem reticet, id perficit demum, ut ſacro nomini tuo deſtinatas diu lucubrationes noſtras libentiùs dicandas curaremus. Vale.* Initio adtexitur hæc ad lectorem monitio. *Sicuti Antiquarum Lectionum commentarios concinnârat olim* Vindex CESELIUS, *ita nunc eosdem per incuriam interceptos reparavit* Lodovicus CŒLIUS RHODIGINUS, *in corporis unam velut molem aggeſtis primùm Linguæ utriusque floribus, mox advocato ad partes* PLATONE *item, ac* Platonicis *omnibus, neccon* ARISTOTELE, *ac hæreſeos ejusdem viris aliis, ſed & Theologorum pleriſque ac Jureconſultorum, ut Medicos taceam & Matheſin profeſſos. Ex quâ velut lectionis farragine explicantur Linguæ Latinæ loca, quadringentis haud pauciora ferè vel aliis intacta, vel penſiculatè parum excuſſa. Opto valeas, qui leges, livore poſito.* Αὕτη γὰρ ἀντιπελάργωσις ἱκανή.

(b) *Menſe* Martio. *Habita fuit hæc Oratio* Venetiis *menſe* Januario. M.D.IIII. Quam CARTEROMACHUS *Danieli* RENERIO patritio *Veneto* nuncupavit.

(c) FABRIC. *Biblioth. Græc.* lib. 4. pag. 520.

(d) Μηνὸς Μαρτίου δ'. ἐπὶ Λέοντος δεκάτου Πάπα Ῥώμης. Cum ejus privilegio ad decennium. Initio præmittuntur hæc.

Μιχαήλῳ τῷ Συλβίῳ πρεσβευτῇ τοῦ θεοσεβεστάτου καὶ ἀνικήτου Ἐμμανουήλου Λυσιτανίας βασιλέως, Ζαχαρίας Καλλιέργης Κρὴς, χαίρειν.

Οὔμοι δοκεῖ προσῆκον εἶναι, βέλτιστε, τυπῶν ἐκεῖνα, ὧν ἐνδεεῖς οὐκ ἔχομεν, ἀλλ' ὧν ἐνδεεῖς τυγχάνομεν ὄντες, ὡς οὔπω περί τινος

Nic. Perott. Cornucopiæ ſive Comment. in quæd. Martial. Epigrammata : *in ædibus* Aldi & Andreæ *ſoceri.*(a) fol. Venet. 1517.

Prisciani Opera : *majore accuratione in ædibus* Oliveri Senant. (b) 4.to Pariſ. 1517.

Jo. Reuchlini de arte Cabaliſticâ libri tres : *apud* Thomam Anshelmum. (c) fol. . . . . . . Hagen. 1517.

Æneæ Sylvii libellus aulicorum miſerias explicans : *ex Officinâ litterariâ* Joannis Schœfferi Moguntini. (d) 4.to . . . 1517.

Biblia Hebræa Rabbinica : *typis* Danielis Bombergi. (e) fol. . Venet. 1518.

Biblia

τος μέχρι καὶ τοῦ νῦν τυπωθέντος. Διὸ —— τὰς Θωμᾶ τοῦ Μαγίστρου ἐκλογὰς —— χαλκοτύποις γλυφίσι τυποῦν ἠρξάμην. Ἅιτινες ἀγαθῇ τύχῃ πέρας εἰλήφασιν ἀφειδέσι δώροις, χάριτί τε καὶ ἐπιεικείᾳ τῇ σῇ. Χειμαζόμενος γὰρ ἐν πελάγει πολλῶν ἕνεκα, καὶ ὑπὸ κυμάτων θεινόμενος δεινῶς, λιμένα σε εὔδιον καὶ εὐπρόσοιστον εὗρον, καὶ ἔτι φιλέλληνα ὄντα τῷ ὄντι, βοηθοῦντι πλουσιοδώρως καὶ ἄφθονον χορηγὸν εἰς τὸ κοινωφελὲς τουτὶ τῆς τυπουργίας ἔργον. Ἀνθ᾽ ὧν —— ταύτας σοι προσφωνῶ τὰς ἐκλογὰς &c.

Λακταντίου Πτολεμαίου τοῦ Σεναίου.

Λυσιτανῆς γαίης Μιχάηλε φαεσφόρος ἀστὴρ,
Συλβιαδῶν βλάστημ᾽ εὐγενὲς ἀρχεγόνων·
Αὐσονίδος μούσης στερρὴν πάλαι, Ἀτθίδος ἄρτι,
Ἐς δὲ νέωθ᾽ ἱερῶν καὶ Σολύμων πρόπολος·
Ζαχαρίας ὁ κλυτὸς μολυβογράφος ἀρτιπόνητον
Σοὶ βίβλον ἠδὲ κομιδὴν τήνδε δίδωσιν ἔχειν,
Ἀντ᾽ εὐεργεσιῶν μεγάλων μικρόν τι χάρισμα.
Οὐδὲν γὰρ πενίη φεῦ ποτ᾽ ἔρεξε μέγα.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ζαχαρίας ὁ Κρὴς ὁ καλοῖο φερώνυμος ἔργου,
Τορνεύσας τόδε γράμμ᾽, οὐ γράμμ᾽ ἀτὰρ εὔπνοον ἀνθέων
Δράγματα περιστάζον λογοδαίδαλα κηρία μουσῶν,
Δίζετο ὃν κατὰ θυμὸν, ὅτῳ μερόπων γέρας ἴσαι
Θυμῆρες φρενοθελγὲς ἐράσμιον οὐκ ἀπόβλητον.
Ταῦτα δὲ πορφύροντι μελαίνης νυκτὸς ἀωρὶ,
Φοῖβος ἀκειρεκόμης ὄναρ ἤνεπε, καὶ τάδ᾽ ἔνισπεν·
Τὴν νῦν Πιερικὴν δίζῃ, κλυτότεχνε, μέλισσαν·
Δήεις ἐν σίμβλοισιν ἐκείνοις, ἔνθεν ἀρύειν
Νᾶμα Τάγοιο φέριστον, ὅταν διψῇς γε, θαμίζεις.

(a) *Menſe* Maio. De hâc Editione prius.

(b) *Ad Idus* Apriles. *Venundantur* Pariſius *ab* Oliverio Senant *ſub Inſigni Sanctæ* Barbaræ *in vico divi* Jacobi.

(c) *Menſe* Martio.

(d) Ad calcem ; *per* Joannem Schœffer *Typographum ſanè quàm accuratum* Maguntiaci , *ubi Divinum inventum ſtanneis typis excudendi Libros primò natum* : *Prid. Nonas* Julias. M. D. XVII.

(e) Long, *Biblioth. Sacr.* ] ,, Biblia ,, Hebræa , cum Maſora & Targum ſeu ,, Paraphraſi Chaldaïcâ ONKELOSI ,, in Pentateuchum , HIEROSOLY- ,, MI-

Biblia Hebraica: *operâ* DANIELIS BOMBERGI. (a) 4.to . . . Venet. 1518.

Pſalterium Hebræè, Græcè, Chaldaïcè (aut veriùs *ÆTHIOPICE*) & Latinè: *operâ* *JOANNIS POTKENII & JOANNIS SOTERIS.* (b) 4.to . . . Colon. 1518.

Liber ESTHER Hebraïcè cum comment. Ro. ISAAC ARAMAH. (c) 4.to . Conſtantinop. 1518.

Sacræ Scripturæ veteris novæ'que omnia, Græcè; in tres partes diviſa: *in ædibus* ALDI

& ANDREÆ

,, MITANA in eundem, JONA-
,, THANIS filii *Uzielis* in Prophetas,
,, R. JOSEPH COECI & aliorum in
,, Pſalmos, Proverbia, Job. & quinque
,, parva Volumina, & alterâ paraphraſi
,, in librum Eſther. *Item* cum commen-
,, tariis Rabbinorum, *unde Biblia* RAB-
,, BINICA *dicta*, R. *Salomonis* JARCHI
,, contractè RASI in Pentateuchum,
,, Esram, Paralipomena & quinque Me-
,, ghilloth: R. *Davidis* KIMHHI contractè
,, RADAK in omnes Prophetas & in
,, Pſalmos; KAV VENAKI vel potiùs
,, R. ELIESERIS F. JACOB in Prover-
,, bia Salomonis: R. *Moſis* NAHHAMAN,
,, contractè RAMBAN in Jobum: R.
,, *Abrahami* PERITSOL in Jobum: R.
,, LEVI F. GERSON, contractè RAL-
,, BAG in Danielem: R. SIMEONI
,, in Esram & Paralipomena. *Denique*
,, cum variantibus lectionibus *Ben.* ASER
,, & *Ben.* NEPHTALI in Pentateuchum,
,, &c. & cum Præfatione Latinâ LEONI
,, X. Pont. Max. nuncupata à FELICE
,, Pratenſi, *cujus curâ & ſtudio hæc omnia*
,, *primùm edita ſunt.* ——— " Et ex
Præfatione] ,, Multi quidem antea Ma-
,, nuſcripti circumferebantur, ſed adeò
,, nitore ſuo privati; ut par ferè menda-
,, rum numerus dictiones ipſas conſeque-
,, retur, nihilque magis ab his deſiderare-
,, tur quàm verus & nativus candor,
,, quem nunc à nobis illis eſſe reſtitutum,
,, qui legent, cognoscent omnes. *Da-*
,, *niel* enim BOMBERGUS . . . . neque
,, labori, neque ſumptibus parcens, publicæ
,, utilitatis gratiâ, plurimis collatis Exem-
,, plaribus hosce Libros ſtudio noſtro, fide
,, & diligentiâ caſtigandos, imprimendos
,, curavit. Rem equidem perdifficilem,
,, nec ob id ab aliis hactenus tentatam.
,, His autem addidimus Veterum inter-
,, pretationes Hebraicas & Chaldæas,
,, communem ſcilicet & *Hieroſolymitanam*,
,, in quibus multa ſunt arcana & recondita
,, myſteria Chriſtianæ pietati tam utilia,
,, quàm neceſſaria. (Reſecuit ex Rabbi-
,, norum Libris ea, quæ Religioni Chris-
,, tianæ erant adverſa; quod etiam præſti-
,, terunt qui ſequentes hujusmodi Biblio-
,, rum Editiones procurârunt). Hanc
,, Editionem (*ait* BUXTORFIUS *in Bi-*
,, *blioth. Rabbin.* p. 298.) vehementer re-
,, prehendit ELIAS *Levita* in Præfatione
,, Libri 3. Maſſoreth, propter notas Maſ-
,, ſorethicas iſti Editioni ad marginem ad-
,, jectas, ſuadens, ut nullus ad eas ani-
,, mum ponat; *nam*, inquit, *qui appoſuit*
,, *eas, non potuit discernere inter dextram &*
,, *ſiniſtram ſuam, quia non fuit Judæus*,
,, (ELIAS *neſcivit, quòd* FELIX Pratenſis,
,, *qui notas iſtas huic Editioni adjecit, Ju-*
,, *daismo relicto Chriſtianam Fidem ſuscepe-*
,, *rit*) *& in Maſorâ nihil quidquam intel-*
,, *lexit.* &c.

(a) LONG, *Biblioth. Sacr.*] *Anno* XVI. LEONARDI LOREDANI *Ducis* Venetiarum.

(b) De hôc lege priùs.

(c) LONG, *Biblioth. Sacr.*

(a) *Menſe*

| | | |
|---|---|---|
| & Andreæ *ſoceri.* (a) fol. . | Venet. | 1518. |
| Biblia Latina: *apud* Jacobum Sacon. (b) 8.° . . . . | Lugdun. | 1518. |
| *Nov: Teſtam.* Erasmi *Latinè.* (c) fol. | Baſil. | 1518. |
| Biblia Gallica Gloſſata: *apud* Jacob: Sacon: (d) fol. . . . | Lugdun. | 1518. |
| Biblia Germanica, 2. Vol. *ex Officinâ SILVANI OTTMAR:* (e) fol. . . | Aug. Vind. | 1518. |

Biblia

(a) *Menſe* Februario. Pars prima continet Pentateuchum, Joſue, Judices, Ruth, Regnorum libros quatuor, Paralipomenon duos, Esra, Eſther, Tobit, Judith, Job, Pſalterium. cum *Andreæ* Asulani Latinâ ad Ægidium *Viterbienſem*, Presbyterum Cardinalem, titulo ſancti *Matthæi*, & apud Catholicum Regem Legatum Epiſtolâ ——— *Quoties* (ait) *mihi venit in mentem, quanta tibi cum genero* Aldo *fuerit conſuetudo nullâ aliâ de cauſâ magis quàm ob admirabilem illam animi tui cupiditatem juvandæ rei litterariæ, quam neſcio an ille potiùs æquaverit quàm ſuperare potuerit: nullum arbitror eſſe amicitiæ genus, quod tu ſanctiùs colas, quàm quod mecum olim auſpice (ut ita dicam)* Aldo *contraxeris* ——— *Ego multis vetuſtiſſimis Exemplaribus collatis, adhibitâ etiam quorundam eruditiſſimorum hominum curâ Biblia (ut vulgò appellant) Græcè cuncta deſcripſi, atque in unum Volumen reponenda curavi tui nominis æternitati dicata* &c. Ad calcem 150. Pſalmorum adduntur hæc; *Pſalmus* David *contra* Goliath *pugnaturi; Odæ* Mosis *ex Cap*: 15. *Exodi & ex Cap*: 32. *Deuteronomii; Oratio* Annæ Samuelis *matris ex* I. *Regn.* C. 2. *Oratio* Abbacuc. C. 3. *Oratio ex* Esai. C. 26. *Oratio* Jonæ C. 2. *Oratio trium puerorum ex* Dan. C. 3. *Hymnus eorundem, Hymnus* Mariæ *Virginis, Oratio* Zachariæ; *& Ode quindecim verſuum trimetrorum incipiens*, Δαβὶδ μελῳδεῖ &c.

Pars ſecunda continet Proverbia, Eccleſiaſten, Canticum Canticorum (qui tamen Liber in reliquorum Librorum Indice non memoratur) Sapientiam Salomonis; Sapientiam Siracidæ, Eſaiam, Hieramiam, Baruch, Threnos, Epiſtolam Jeremiæ, Ezechiel, Daniel, Oſee, Joel, Amos, Abdiah, Jonah, Michæam, Naum, Abbacum, Sophoniam, Aggæum, Zachariam, Malachiam, Maccabæorum tres libros; cum *Federici* Asulani Latinâ ad *Danielem* Renerium *Veronæ* præfectum Epiſtolâ.

Parts tertia continet Evangelia quatuor, Acta Apoſtolorum, Epiſtolas S. Paul. ad Romanos, binas ad Corinthios, ad Galatas, Epheſios, Philippenſes, Coloſſenſes, binas ad Theſſalonicenſes, binas ad Timotheum, Titum, Philemonem, Hebræos: Epiſtolam S. Jacobi: Epiſtolas, binas S. Petri, tres S. Johannis: Epiſtolam S. Judæ, & Apocalypſin S. Joannis: cum *Franciſci* Asulani Latinâ ad Erasmum Epiſtolâ ——— *Siquidem* (ait) Aldus, *cujus memoria nullis unquam litterarum monumentis aut doctorum hominum prædicatione ſatis celebrabitur, & nomen tuum apud* Italos *illuſtre reddidit, & accuratè operam dedit, ut optimarum disciplinarum cultores diligentiam in recognoſcendâ vetuſtate admirarentur tuam* &c. *Nil ardentiùs optavi quàm ut intelligeres me omnem voluntatem convertiſſe ad virtutis tuæ laudem* &c. *Nec ad id aliquâ ex parte nunc efficiendum aliunde facultatem nobis ſuppetere poſſe putavi, quàm ſi ſacri hi libri characteribus noſtris effecti nomen tuum præferentes divulgarentur.* &c.

(b, c, d, e, f,) Long, *Biblioth. Sacr.*

(a) Long,

| | | |
|---|---|---|
| Biblia Belgica: DE GRAVE. (f) fol. | Lovan. | 1518. |
| D. HIERONYMI Opera : *typis* AMERBACHII. (a) fol. . . | Baſil. | 1518. |
| NILI Sententiæ morales ; BILIBALDO PIRCKHEYMERO interprete: *apud PAMPHILUM. G.* (b) 4.to . . . | Baſil. | 1518. |
| BERNONIS Abbatis libellus de Officio Miſſæ, quem edidit *Romæ* : *ex Officinâ librariâ* HENRICI STEPHANI: (c) 4.to | Pariſ. | 1518. |
| PETRI GALATINI Ordin. Minor. Opus de arcanis Catholicæ Veritatis : *per* HIERONYMUM SUNCINUM. (d) fol. | ORTHONÆ MARIS. | 1518. |
| Horæ Canonicæ litterâ Gothicâ: *per* HENRICUM STEPHANUM *ſumptibus* BRIENSIS. (e) . . . . . | Pariſ. | 1518. |
| Poſtilla ſive expoſitiones Epiſtolarum & Evangeliorum: *impreſſ. pro THOMA LAISNE.* (f) 4to . . . | . . | 1518. |
| F. MALACHIÆ *Hibernici* libellus ſeptem peccatorum Mortalium venena eorúmque remedia deſcribens, qui dicitur Venenum Malachiæ: *apud* HENRICUM STEPHANUM. (g) 4.to . . . . . | Pariſ. | 1518. |

De pœnitentiâ Canones PETRI Archiepiſc. *Alexand.* & GREGOR. *Neocæſ.* de Simoniâ

(a) LONG, *Biblioth. Sacr.* Cap. I. pag. 50.

(b) *Menſe* Januario.

(c) *Anno* CHRISTI *Salvatoris*, *qui eſt Altare*, *Victima & Sacrificium noſtrum*, *ſuperbenedictus in ſæcula ſæculorum* M.D.XVIII. *Secundâ die* Decembris. *Amen.*

Epiſtolâ *Pariſiis* M.D.X. cum *Jacobi* FABRI ad Sacerdotes quâ indicat hoc BERNONIS Abbatis *Augienſis* Opus ſibi ſuperiore *Julio* Bibliothecas *Moguntinas* luſtranti inventum & ſuo rogatu *Andreæ* VESTUSENNI Doctoris curâ exſcribi juſſum, ſibique in *Galliam* miſſum.

(d) *Quinto decimo Kalendas* Martias. *De arcanis Catholicæ Veritatis in Hebraïcis Libris, præſertim in Talmud inventis, in defenſionem præſtantiſſimi viri* Johannis CAPNIONIS.

(e) CAILLE pag. 83.

(f) Licèt loci nomen non adjiciatur, opinor illum *Pariſiis* habitâſſe ; ex cujus forſan poſteris fuit *Jacobus* LAISNE *Joanni* DE LA CAILLE memoratus anno 1648.

(g) *April.* 26.

(a) *Menſe*

niâ GENNADII Patriarch. *Conſtantinop.* Epiſtolâ; de ligandi & ſolvendi poteſtate NICEPHORI CHARTOPHYLACIS *Conſtantinop.* Archiep. Epiſtolâ; Jo. OECOLAMPADIO interprete: *apud* Jo. FROBENIUM. (a) 4.to . . . . . . . Baſil. 1518.

MARCI DE GRAND. VAL. non tres Magdelenas ſed unicam colentis Apologia: *in ædibus* JODOCI BADII. (b) 4.to . Pariſ. 1518.

GALEN. de Sectis Medicorum, GEORGIO VALLÂ interprete; ALEXANDR. APHRODIS. de Febribus, eodem interprete; HIPPOCRAT. de naturâ humanâ, ANDREÂ BRENTIO *Patavino* interprete: *apud* HENRICUM STEPHANUM *in conſpectu Scholarum Decretorum.* (c) 4.to . . . Pariſ. 1518.

DIOSCORIDES, Græcè: *in ædibus* ALDI *&* ANDREÆ *ſoceri.* (d) 8.o . . . . Venet. 1518.

DIOSCORID. Latinè interprete MARCELLO VIRGILIO Secretario *Florentino* cum ejusdem Annotationibus: *per Hæredes* PHILIPPI JUNTÆ Florentini. (e) fol. . Florent. 1518.

ARISTOTELIS Phyſicorum libri 8, & aliorum Opusculorum Phyſicæ libri 20; interpretibus JOANNE ARGYROPYLO & FRANCISCO VATABLO; acceſſit è regione

(a) *Menſe* Novembri.

(b) *Decim. Kal.* Septembris.

(c) 20. *April.*

(d) *Menſe* Junio. cum *Franciſci* ASULANI ad *Hieronymum* ROSCIUM *Patavinum* Philoſophum & Medicum Epiſtolâ. —— *Nos autem* (ait) *eo conſilio hæreditatem* ALDI, *quem loco patris habebamus, adire voluimus, ut illam integram filiis ejus, qui ex ſorore noſtrâ ſuſcepti eſſent, conſervaremus.* &c. *Cùm* DIOSCORIDIS *libros de materiâ medicâ & venenatis animalibus, atque de remediis* —— *diligenter à te caſtigatos, ac ex collatione multorum vetuſtiſſimorúmque Codicum ad me informandos miſeris* —— *Itaque tuis potiſſimùm auſpiciis legetur* DIOSCORIDES *magnâ ex parte integritati ſuæ reſtitutus* &c. Nicolaus LEONICUS *vir doctiſſimus Codicem emendatiſſimæ lectionis tibi commodavit, cujus fidem ſecutus cùm alia immutanda duxiſti, tum apponendum aſteriſcum nonnullis capitibus curâſti, quæ veluti ſuppoſititia ſunt tibi judicata, cùm ea omnia animadvertiſſes in Codice illo antiquiſſimo deſiderari.* &c.

(e) *Idibus* Octobris.

gione tralatio vetus recognita ab eodem VATABLO: *apud* HENRICUM STEPHANUM. (a) fol. . . . . . . . Pariſ. 1518.

ALBERTI PIGHII *Campenſis*, Philoſophi Mathematici ac Theologiæ Baccalaurei formati adversùs prognoſticatorum vulgus, qui annuas Prædictiones edunt, Aſtrologiæ defenſio, ad AUGUSTINUM NYPHUM *Sueſſanum* : *ex Officinâ* HENRICI STEPHANI. (b) 4.to . . . . Pariſ. 1518.

*ARTEMIDORUS, & SYNESIUS DE INSOMNIIS, GRÆCE*: *in ædibus* ALDI & ANDREÆ *ſoceri.* 8.° . . Venet. 1518.

THEOPHILI VEGGII ſeu DE VECCHIIS Canonici regularis *Lateranenſis* breve Memoriale pro interrogationibus fiendis circa pœnitentes cum multis caſuum decifionibus &c. *per Mag. ANTONIUM DE VIOTTIS.* (c) . . . Parmæ. 1518.

PLATONIS Opera Latinè FICINO interprete, adjectis ad ejus Vitæ & Operum Enarrationem AXIOCHO ab RODOLPHO AGRICOLÂ & ALCYONE ab AUGUSTINO DATHO translatis : *in ædibus* Aſcenſianis. (d) fol. . . . Pariſ. 1518.

FRANCHINI GIFURII *Laudenſis* Regii Muſici publicè proficientis delubríque *Mediolanenſis* phonasci de Harmoniâ Muſicorum Instrumentorum Opus : *impreſſum per* GOTARDUM PONTANUM Chalcographum. (e) fol. . . . . . . . Mediola. 1518.

PLUTARCH. de tuend. bonâ valetudine,

utrùm

(a) *Bibliothec.* FAULTRIERAN.

(b) At in calce Libri, XV. *Calendas* Aprilis. 1519.

(c) *Die* 22. *menſis* Maii. *Cremon.* Litterat. Tom. II. pag. 51.

(d) *Quinto Kalendas* Junias.

(e) XXVII. Novemb. *Authoris præfectura anno trigeſimo quinto.* LEONE X. *Pont. Max. ac Chriſtianiſſimo Rege* Francorum FRANCISCO *Duce* Mediolanenſi.

(a) *Menſe*

utrùm graviores animi morbi quàm corporis; num bene dictum ſit, λάθε βιώσας; de cupiditate divitiarum, interprete ERASMO; conſolatoria Oratio ad APOLLONIUM, interprete STEPHANO NIGRO; de Exilio, interprete ANGELO BARBATO; de ſerâ Numinis vindictâ, & vitandâ Uſurâ, interprete BILIBALDO PIRCKHEYMERO; convivalis Quæſtiuncula de not. *Pythagoric.* interprete PHILIP. MELANCHTHONE: *apud* JOAN. FROBENIUM. (a) 4.to . Baſil. 1518.

ORUS APOLLO *Niliacus* de Hieroglyphicis notis BERNARDINO TREBATIO *Vicentino* interprete: *per* JO. FROBEN. (b) 4.to . . . . . Baſil. 1518.

PLIN. Natural. Hiſtor. *typis* THOMÆ ANSHELMI Badenſis *ductu & auſpicio* LUCÆ ALANTSEÆ Viennenſis *incolæ*. fol. Hagen. 1518.

EUSEBII Chronicon cum additamentis ad annum 1511.: *per* HENRICUM STEPHANUM *in formulariâ litterarum arte Opificem, illius maximâ curâ & diligentiâ.* (c) 4.to Pariſ. 1518.

POMPONIUS MELA; JULIUS SOLINUS; Itinerarium ANTONINI Auguſti; VIBIUS SEQUESTER; P. VICTOR de Regionibus Urbis *Romæ*; DIONYSIUS AFER de ſitu Orbis PRISCIANO interprete: *in ædibus* ALDI *&* ANDREÆ *ſoceri.* (d) 8.o Venet. 1518.

SUETON. DIO. CASS. SPARTIAN. CAPITOLIN.

(a) *Menſe* Septembri.

(b) *Menſe* Februario.

(c) Octobris *trigeſimâ die.*

(d) *Menſe* Octobri. FRANCISCUS ASULANUS Lectori. S. — *Tanta eſt juvandæ rei litterariæ avita quædam in nobis cupiditas, ut* —— *omnem diligentiam* —— *nullâ ſumptûs aut laboris ratione habitâ conferre conemur. Ut igitur è noſtrâ Officinâ* POMPONIUS MELA &c. *vos hortor* —— *ne patiamini tot exhauſtos labores, quos (ut olim* ALDUS *ſororius meus)* ANDREAS *Pater, ego, &* FREDERICUS *frater quotidie veſtræ utilitati deſtinamus, averſâ (ut aiunt) Minervâ perire.*

PITOLIN. LAMPRID. GALLICAN. TREBELL. VOPISC. AUREL. VICT. EUTROP. Diacon. POMP. LÆT. EGNAT. ex recognitione ERASMI : *apud* JOANNEM FROBENIUM. (a) fol. . . Baſil. 1518.

TITI LIVII Decas prima: *in ædibus* ALDI *&* ANDREÆ *ſoceri.* (b) 8.° . . Venet. 1518.

FLORUS cum JOANNIS CAMERTIS Indice & Annotationibus : & SEXT. RUFI Hiſtor. Rom. cum ejuſdem Indice & Scholiis : *per* JOANNEM SINGRENIUM. (c) fol. . . . . . . Baſil. 1518.

QUINT. CURTIUS cum Annotationibus ERASMI curante BEAT. RHENANO : *ex ædibus* SCHURERII. (d) fol. . Argent. 1518.

Calen-

(a) *Menſe* Junio. cum ERASMI ad FEDERICUM *Saxon.* Elector. & ejus patruelem GEORGIUM Epiſtolâ: ——— SUETONIUM *neſcio quo Deo propitio, & antehac non ita paſſim depravatum, nunc eruditorum meâque operâ purum, ni fallor, & integrum habemus, ſuffragante mihi ad hoc negotii pervetuſto quodam Codice, quem è Bibliothecâ Monaſterii, apud* Nervios *olim, nunc* Tornacenſes, *vulgato cognomine divi* Martini, *nobis exhibuit nobiliſſimus ille* Gulielmus MONTJOIUS, *qui id temporis regias vices eâ in urbe gerebat. Reliquos, quoniam nullo hujuſmodi præſidio ſublevabamur, quod unum licuit, multo certè minùs depravatos dedimus* &c. Antverpiæ. *Nonis* Juniis. M.D.XVII. Ac ejuſdem ad lectorem alterâ : *Cùm hanc æditionem jam adornâſſem, commodùm allatus eſt* SUETONIUS Aldinis *typis excuſus, ſed emendatus operâ* Baptiſtæ EGNATII, *viri cum primis tum integri tum eruditi. Nam utrumque juxtà requirendum arbitror in eo, qui veterum lucubrationes emendandas aut explicandas ſuſcipit. Equidem* ALDI *mei hòc fero moderatiùs, quòd in hanc reſtituendi bonos Autores provinciam is ſucceſſerit, qui demortui per ſe clari gloriam obſcuret, ſi tamen hoc eſt obſcurare, virtute virtutem vincere. Atque utinam ut* SUETONIUM, AURELIUM VICTOREM, *&* EUTROPIUM *dedit, itidem &* ÆLIUM SPARTIANUM, *cæteróſque huic adjunctos nobis dediſſet! in quibus nos permulta reſtituimus; nam omnia, qui poteram, niſi Codicum antiquorum auxilio adjutus! Tametſi & in* Tranquillo *nonnulla reſtituimus, quæ* Egnatium *licèt oculatiſſimum ſuffugerant. Velut* &c. *An.* M.D.XVII.

(b) *Menſe* Decembri.

(c) Privileg. conceſſ. *Leonardo* & *Lucæ* ALANTSEE fratribus & civibus & Bibliopolis *Viennæ* pro Commentariis in *Pompon.* MEL. & nonnullis aliis Operibus.

(d) *Menſe* Junio. cum Epiſtolâ ERASMI ad HERNESTUM *Bavariæ* Ducem. *Si* M. TULLIUS (ait) *omnium ſuffragiis uberrimus & inexhauſtus facundiæ fons fatetur eloquentiæ venam facilè inareſcere, ni quotidianâ legendi dicendique exercitatione ſufficias; quid mihi credis accidiſſe, cui cùm vix tenuis quidam orationis rivulus contigerit, jam anni complures in eo ſtudiorum genere conſumpti ſunt, quod adeò ad expoliendam orationem non facit, ut quamlibet etiam benignè fluentem copiam poſſit exſtinguere, ac dictioni quantumvis nitenti ſitum ac rubiginem obducere. Quid enim inutilius ad tuendam Rhetoricæ*

Calendarium Romanum magnum, JOANNE STŒFFLER *Juſtingenſi* Mathematico Auctore : *impreſſum per JACOBUM KOBEL.* (a) fol. . . . . . OPPENHEYM. 1518.

Diarium de Nuptiis SIGISMUNDI *Polon.* Reg. & BONÆ, per JODOCUM LUDOVICUM DECIUM *Wiſſemburgen. impreſſum per* HIERONYMUM VIETOREM Philovalleſi. (b) 4.to . . . . . . Cracoviæ. 1518.

LUCIANI Charon & Tyrannus, PETRO MOSELLANO *Protegenſe* interprete : *ex Academiâ* Anshelmianâ. (c) 4.to . . . Hagen. 1518.

ISOCRATIS Oratio de Bello fugiendo & Pace ſervandâ, PETRO MOSELLANO *Protegenſe* Interprete. (d) 4.to . . . . . . .

CICER. Offic. cum notis MARSI, MATURANTII, ASCENSII; LÆLIUS, cum not. OMNIBONI, ASCENSII; CATO *maj.* cum not. PHILETICI, ASCENSII; Paradox. cum not. OMNIBONI, MATURAN-

TII,

*torices politiem, quàm tumultuariâ lectione ſurſum ac deorſum per omnes Authores, eóſque interim inconditos raptari? Quod usque nobis faciendum fuit, in Novo Teſtamento, in cudendis ac recudendis Chiliadibus, in inſtaurandis* HIERONYMI *Libris. Proindè quò contractam hisce ſtudiis Orationis vel ſcabritiem vel inopiam aliquâ ex parte corrigeremus, dum proximo vere* Britanniam *adirem,* QUIN. CURTIUM *itineris ac navigationis comitem adjunxi; qui mihi olim puero lectus, mirè candidus ac terſus eſt viſus, nec alius ſanè viſus eſt ex tanto reguſtatus intervallo.* &c. *An.* M.D.XVII. *prid. Non.* Novembres. Libris frons picturis & ſcutis nobilibus gentilitiis adornatur. Medium locum poſſidet tituli ipſius inſcriptio. Partem ſuperiorem vendicat Imperatoris in ſolio ſedentis imago inter duos ſtantes, Regem alterum, alterum Ducem : Subſcriptio hôc nomine MAXIMILIANVS AVG. & ſubjectis Imperii Inſignibus cum hôc circumeunte Hemiſtichio ΤΟΥ ΓΑΡ ΚΡΑΤΟΣ ΕΣΤΙ ΜΕΓΙΣΤΟΝ (ex HOMER. Iliad. I. v. 25.) Ab utroque paginæ latere pendent varia Scutorum genera. Oræ inferiori inſcribitur hæc nuncupatio.

IMPER. CÆS. MAXIMILIANO. P. F. AVG. PATRI PATRIÆ. LIBERTATISQVE ADSERTORI. BEAT. RHENANVS. F. C.

(a) 24. *Martio.*
(b) 31. *Maii.*
(c) *Menſe* Octobri.
(d) Epiſtola præfixa datur *Lipſiæ Idib.* Aug. M.D.XVIII.

(a) XXIII.

| | | |
|---|---|---|
| TII, ASCENSII: *diligentiâ & ſumptu* GEORGII DE RUSCONIBUS Mediolanenſis. (a) fol. . . . . . | Venet. | 1518. |
| CICER. Rhetoric. & de Inventione: *ex ædibus* SCHURERII. 4.to . . . . | Argent. | 1518. |
| Compendium Rhetorices ex *Tulliano* Theſauro concinnatum per JACOBUM LOCHER: *excuſum per RENATUM BECK.* 4.to . . . : | Argent. | 1518. |
| PLINII Epiſtolæ: *arte* JOANNIS DE PRATO & JACOBI LE MESSIER, *ſumptibus* ÆGIDII DE GOURMONT. (b) 8.° . . . . . | Pariſ. | 1518. |
| JO. GARZONIS *Bononienſis* de rebus *Saxonicis* libri duo: *apud* JO. FROBENIUM. (c) 4.to . . . . . . | Baſil. | 1518. |
| ERASMI STELLÆ *Libonothani* de *Boruſſiæ* Antiquitatibus libri duo: *apud* JOAN. FROBENIUM. (d) 4.to . . | Baſil. | 1518. |
| PLIN. Epiſtol. Panegyric. & de Viris illuſtrib. & SUETON. de Gramm. & Rhetor. & JUL. OBSEQ. de prodigiis: *in ædibus* ALDI & ANDREÆ *ſoceri.* (e) 8.° . . | Venet. | 1518. |
| Epiſtolæ ab ERASMO & ad ERASMUM: *in ædibus* Frobenianis. (f) 4.to . . | Baſil. | 1518. |
| Auctarium ſelectarum aliquot Epiſtolarum ERASMI ad Eruditos, & horum ad illum: *apud* JO. FROBENIUM. (g) 4to . | Baſil. | 1518. |

ÆSOPI

(a) XXIII. Maii. *regnante inclyto Duce* LEONARDO LAUREDANO.

(b) *Die* XXV. Januarii.

(c) *Menſe* Martio.

(d) *Menſe* Martio.

(e) *Menſe* Julio.

(f) *Menſe* Januario.

(g) *Menſe* Auguſto. cum *Beati* RHENANI ad *Michaelem* HUMELBERGIUM *Ravenſpurgenſem* Jureconſultum Epiſtolâ. ——— *Nactus ſum hîc ex* ERASMI *Bibliothecâ nuper propitio Mercurio faſciculos aliquot Epiſtolares, è quibus nonnullas ſtatim Epiſtolas ſublegi, nempe inſigniores, quarum illius quadam ſunt, quædam doctiſſimorum hujus ævi virorum illis reſpondentes. Animavit*

ÆSOPI Vita & Fabellæ Græcè cum Latin. interpretatione; GABRIÆ 43 Fabellæ Græcè, cum Latin. metric. interpretat. *apud* JOANNEM FROBENIUM. (a) 4.to — Baſil. — 1518.

HOMERI Batrachomuomachia Gr. Latin. *apud* JOANNEM FROBENIUM. (b) 4.to — Baſil. — 1518.

*ÆSCHYLI TRAGOEDIÆ GRÆCE : in ædibus* ALDI *&* ANDREÆ *ſoceri.* (c) 8.° . . . . . — Venet. — 1518.

*COMMENTARII GRÆCI* in ſeptem Tragœdias SOPHOCLIS, quæ ex aliis ejus compluribus injuriâ temporum amiſſis ſolæ ſuperfuerunt : *Opus exactiſſimum rariſſimúmque in Gymnaſio* Mediceo *Caballini Montis à* LEONE *Decimo Pont. Max. conſtituto recognitum repurgatúmque; atque ad communem ſtudioſorum utilitatem in plurima Exemplaria editum.* (d) 8.° — Romæ. — 1518.

SOPHO-

*mavit autem ad hoc me furtum, in primis, quòd quemadmodum beatos iſtos rebus omne genus cumulatiſſimos quadam etiam ſublata fallunt, ſic* ERASMUM τοῖς μυσῶν κειμηλίοις *inſtructiſſimum non ſenſurum putabam, etiamſi aliquid ſuſtuliſſem: Deinde, quòd hic vir me minùs quidem merentem ſic amat ex animo, ut etiam in ſe gravius aliquod admittenti noxam ſit facilè condonaturus. Vide, quam fiduciam amicitia ſyncera pariat.* —— *Quid* ERASMO *vel doctius vel eloquentius? Quid* BUDÆO *politius aut excuſſius aut* Atticum *magìs? Quid* TUNSTALLO *vel candidius vel terſius vel modis omnibus abſolutius? Ut de aliis interim taceam. Eas Epiſtolas poſt* ERASMI *diſceſſum* FROBENIO *typis excudendas tradidi* &c. *Literarium ſodalitium hujus Urbis recentem, quem ex tanti viri diſceſſu triſtitiam contraxit, his legendis aut diſcutiet, aut certè ſolabitur.* &c. *Vale.* Baſileæ, XI. *Calend.* Sept. *An.* M.D.XVIII.

(a) *Menſe* Januario. Cum Præfatoriâ FROBENII ad Lectorem Epiſtolâ; de quâ lege *Annal. Typograph.* Vol. I. pag. 43.

(b) *Menſe* Januario.

(c) *Menſe* Februario.

FABRICIUS in *Biblioth. Gr.* lib. II. p. 615. *Primus omnium* Aldus MANUTIUS *Tragœdias* ÆSCHYLI *Græcè publici juris fecit* Venetiis 1518. 8. *ſed parum emendatè, atque ita ut* Agamemnonis *poſtrema pars cum* Choëphoris *capite mutilis confuſa pro unâ Fabulâ exhiberetur* Agamemnone: *ut etiam fecit* Aldum *ſecutus* Adrianus TURNEBUS, Pariſ. 1552. 8. At verò hanc Editionem non curavit *Aldus* MANUTIUS, qui jam antea obierat. ANDREAS autem ALDI ſocer, honoris gratiâ, generi defuncti nomen in Editionum Subſcriptionibus ſolebat ſuo præponere : *in ædibus* ALDI *&* ANDREÆ *ſoceri.*

(d) *Non ſinè privilegio, ut in cæteris.* Ἔτει ἕκτῳ τῆς ἀναῤῥήσεως Λέοντος δεκάτου τῆς ἄκρου ἀρχιερίας. Huic Editioni præfigitur LASCARIS Epigramma, quod ab *Henrico* STEPHANO & aliis prætermitti queritur in ſuâ *Bibliothecâ Græcâ* FABRICIUS, majuſculis litteris (de quibus lege *Annal. Typogr.* Vol. I. pag. 268.) excuſum.

Βασ-

SOPHOCLES cum Scholiis Græcis. (a) 8.° . . . . . Florent. 1518.

NICOLAI VALLÆ translatio verſib. Heroic. HESIOD. Oper. & dier. cum eodem Græco Poæmate ſeorſim : *apud* JO. FROBEN. (b) 4.^to^ . . . Baſil. 1518.

EURIPID. Hecub. & Iphigen. in Aulid. Latinæ factæ ERASMO interprete : *apud* JOANNEM FROBENIUM. (c) 4.^to^ Baſil. 1518.

ARISTOPHANIS Plutus, Græcè. (d) 4.^to^ . . . . . . . . . . .

PLAUTI

Λασκάρεως. Εἰς Σοφοκλέα.

Πόλλ' ἐκ τεῶν σελίδων ἔιποιμί κεν, υἱὲ Σοφίλου,
Δείγματα σῆς πινυτῆς· πόλλ' ἀπὸ μαρτυρίης.
Ὅσσα μεθηρμόσαο τραγικῆς περὶ κόσμον ἀοιδῆς,
Ὡς μέρος, εἶδος ἅπαν, πᾶν πάθος ἠυτρέπικας.
Κάλλους, εὐστομίης, ὕψους τέλος ἐξεπόνησας,
Ζῆλον Ὁμηρείης γνήσιον εὐεπίης.
Ὡς σε Δίων, Ξενοφῶν, σκώπτης σῶν τ' ἤνεσ' ἑταίρων.
Ἀρχέτυπον τραγικοῖς θῆκεν Ἀριστοτέλης.
Σόντε κόθορνον ἄεισεν ὁ κ' εἰς ἶσον ἡγεμονῆα
Ἀγνώμων ὄκνου ἔκγονος Ἀσίου.
Ἀρκάδης βασιλεὺς μετάπεμπτον σύμμαχον ἔχεν.
Ἴσα τε Μαιονίδου τέρπετο σοῖς ἐάροις.
Πολλὰ τεῶν ἀρετῶν σημειώματα· ἓν δὲ μέγιστον,
Κρέσσονας ἡμερίους ἔπλασας ἢ φύσις.
Λῆμμά τε γενναῖον λαοῖς πόρες· ὡς ὑποφήταις
Ὧν βατὸς, οἷα πάρος θέλγε διδασκαλίη.

Ejusdem LASCARIS bina (quæ antè promiſeram) Epigrammata Græco HOMERI interpreti *Romæ* 1517. excuſo adfixa hîc ſubjicere (neque ſcio an alibi ſint obvia) non pigebit.

Λασκάρεως εἰς τοὺς ἐν τῇ βύβλῳ Ὁμήρου ὑπομνηματιστάς.

Πάντ' ἀνέφαιν' εἰδὼς γ' ὡς ἥλιος, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς
Αὐτὸν ὁ Μαιονίδης τοῖς ἀναλεξαμένοις.
Ὡς δέ γ' ἐπισκιάει νέφε' ἥλιον, αἰόλος αἰὼν
Ἠρέμ' ἐπισκότεει ῥήσεσιν Ὑμναγόρου.
Τοὔμπαλι δ' ὡς Βορέης νέφε' ἤλασε, γράμμ' ὑποφητῶν
Τοῦτο παλαιγενέων τὸ σκότος ἐσκέδασε.
Τοὔνεκά μιν κτήσασθ', ὡς ἵμερος ἀνέρος αἱρεῖ,
Ἀττικίος σοφίης κάλλος ἐσοψόμενοι.
Οἱ δ' ὑπερβαλλόμενοι σμῆνος σοφιῶν ἀναπέρων
Χαίρετε· κηφῆνες κηρία μαιόμενοι.

Τοῦ αὐτοῦ εἰς Ὅμηρον.

Ὁππότε δὴ μακάρων ἐς ὁμήγυριν ἤγαγεν Ἑρμῆς
Μαιονίδην, σοφίης εἵνεκ' ἀπειρεσίης·
Μῶμος ἀλαστήσας, τοῦτ' ἦν ἔτι λοιπὸν, ἔειπεν,
Ἄντυγος αἰθερίου τυφλὸς ἀνὴρ ἐπέβη.
Τὸν δ' αὖ Λητοΐδης ἐνένισπεν· βάσκανε Μῶμε,
Ἀφραδέως σκώπτων αὐτὸς. ἔφυς γ' ἀλαός.
Οὗμος ὅδε τρόφιμος, Διὸς ἔκγονος, ἔδρακεν, ὅσσα
Γαῖα, θάλασσ', ἀὴρ, οὐρανὸς ἐντὸς ἔχει.
Ταῦτα φανῶν μερόπεσσι κατήλυθεν ἐκ Διὸς ἐς γᾶν·
Νῦν δ' εὖ πάντα περῶν, οὐ ξεῖνος ὧδ' ἔμολεν.

(a) FABRIC. *Biblioth. Græc.*
(b) GESNER. & SIMLER. *Biblioth.*
(c) *Menſe* Februario.
(d) Cum Epiſtolâ *Theodori* MARTINI *Aloſtenſis* ad ſtudioſam *Lovanienſis* Academiæ juventutem datâ ann. M.D.XVIII.

(a) GES-

| | | |
|---|---|---|
| Plauti Comœdiæ: *per* Melchiorem Seſſam & Petrum de Ravannis *ſocios.* fol. . . . . | Venet. | 1518. |
| Raphael. Reg. comment. in Ovid. Metamorphoſ. *apud* Jo. Tacuinum. (a) fol. . . . . . . | Venet. | 1518. |
| Sil. Italic. *in ædib.* Philippi Juntæ. 8.° . . . . | Florent. | 1518. |
| Martial. Epigramm. *in ædibus* Jacobi Myt, *ſumptu honeſti Bibliopolæ* Bartholomæi Trot. (b) 8.° . . | Lugdun. | 1518. |
| Mantuani Parthenice prima: *per* Joan. Knoblouch. (c) 4.to . . | Argent. | 1518. |
| Ejusd. Parthenice ſecunda: *per eundem.* (d) 4.to . . . | Argent. | 1518. |
| Ejusd. Parthenice tertia, cum aliis: *per eundem.* (e) 4.to . . . . | Argent. | 1518. |
| Ejusd. de Calamitatib. temporum: *per eundem.* (f) 4.to . . . | Argent. | 1518. |
| Jani Pannoni *Quinque Eccleſienſis* Episcopi Sylva panegyrica & Epigrammata quædam: *apud* Jo. Froben. (g) . | Baſil. | 1518. |
| Joannis Aurelii Augurelli Chryſopœïæ libri 3. Carmine Heroïco; & Geronticon liber 1. Jo. Frorenius *excudit.* (h) 4.to . . . | Baſil. | 1518. |
| Erasmi Epigrammata: *apud* Jo. Froben. (i) 4.to . . . | Baſil. | 1518. |

Fran-

(a) Gesner. & Simler. *Bibliothec.*
(b) 26. *Octobr.*
(c) *Decimo Cal.* Febr.
(d) *Non.* Febr.
(e) *Poſt divi* Mathiæ *Natalem.*
(f) *Idib.* Martiis.
(g) Simler. *Biblioth.*
(h) Gesner. & Simler. *Bibliothec.*
(i) *Menſe* Decembri. Huic Editioni præmiſit Frobenius Epiſtolam, cu-jus

FRANCISCI PHILELFI centum Satyræ: *per viros fideles* ROBERTUM & JOANNEM GOURMONT *fratres apud* Clauſum Brunellum *ſub ſigno cornu damei.* (a) 4.to in almo Gymnaſio Pariſior. 1518.

Carmina RAPHAELIS PLACENTINI JUSTINEI: *per FRANCISCUM RICARDUM DE LUERE excuſa.* (b) Cremonæ. 1518.

PET. BEMBI de imitatione Liber, cum

Jo.

jus elegantiam Lectori commendare non verebor.

JOANNES FROBENIUS
*candido Lectori* S. D.

*Accepimus jampridem* ERASMI Roterodami *Compatris noſtri Epigrammata à ſtudioſis ſummopere flagitari. Proinde dedimus operam, ut quicquid illius verſiculorum aut apud* Beatum *noſtrum* RHENANUM *eſſet, aut* Brunonem AMORBACCHIUM, *id omne uno complexi Libello typis noſtris excuderemus. Quanquam intelligebamus plurimùm nos hâc in re ſtudioſis,* ERASMO *verò minimùm gratificaturos. Nam magnam horum Epigrammatum partem non in hoc ſcripſit, ut ederentur, ſed ut amiculis ſuis (ut eſt minimè moroſus) obſequeretur. Quin ipſi vidimus, cùm abhinc ſeſquiannum apud nos ageret, Evangelica & Apoſtolica monumenta partim Latinè vertens, partim recognoſcens, & doctiſſimas illas in Novum Inſtrumentum Annotationes, necnon in divum* HIERONYMUM *Scholia ſcriberet, Deum immortalem! quàm laborioſis lucubrationibus, quámque pertinaci ſtudio, quantum ſudoris illi cotidie exhauriebatur! ipſi, inquam, vidimus non defuiſſe è magnatibus, qui virum occupatiſſimum (ſi quisquam in litteris unquam fuit occupatus) interpellare de nugis auderent, aliquod Epigrammation aut Epiſtolium eblandientes. Sed enim quid ageret vir ſuaviſſimâ morum facilitate præditus? Negaret? Incivile hoc exigentibus videretur. Scriberet? At animus aliis cogitationibus impediebatur: nec ab inceptis laboribus quicquam reſpirare licebat. Nihilo ſecius ſcribebat, ſed ex tempore & obiter ad Muſarum ſacra divertens. Quanquam hujus extemporalia planè talia ſunt, ut aliorum diu meditatis anteponi mereantur. Et veniet nunc triobolaris aliquis pædagogulus, qui inſtar* Momi *tantùm carpendi ſtudio ſingulis curioſiſſimè exploratis verbulum aliquod reperiet, quod ſibi non probetur, ut non* Baptiſtinianicum *aut* Fauſtinum, *aut denique, ſi Diis placet,* Marullicum. *Hic ſtatim ſucclamabit, ô virum Carminis indoctum! Regererem in illum ego, ſi quem ſuperbè ſic ineptientem audirem, ô nebulonem! ô furciferum! Túne tantum tibi tribuis, ut tanti viri cenſuram agas? Decem totis menſibus non poſſes vel unum verſiculum ſcribere, caput ſcabens, & arroſis antè digitis, quod genus hic multos (ut* HORATIUS *inquit)* ſtans pede in uno, *minimâ parte horæ, amanuenſi ſuo dictat. Sed hæc in malignos iſtos. Candidi vel infeliciora boni conſulunt; tantum abeſt, ut, quæ docta ſunt, vellicent. Bene vale.* Baſileæ. *Cal.* Martiis. M.D.XVIII. Hanc Epiſtolam præcedit PHILIPPI MELANCHTHONIS *in* ERASMUM *Opt. Max.* Græcum Carmen Iambicum dimetrum, ſcriptum *Tubingæ* XIII. *Calend.* Septemb. *Anno* M.D.XVI.

(a) *Octavo Calendas* Octobres. *Menagian.* Vol. IV. p. 232.]. „ Ne manqués „ pas les Satires de *Philelſe* de quelque „ Edition qu'elles ſoient. La premiere „ eſt de *Milan* de 1476: du vivant de „ l'Auteur; la ſeconde de *Veniſe* 1502; la „ troiſiéme de *Paris* 1518.: toutes trois „ in 4.

(b) *Cremon. Litterat.* Tom. II. p. 52.

(a) GES-

Jo. Franc. Pici Mirandulæ Opuſculis: *apud* Jo. Froben. (a) 4.to Baſil. 1518.

Nanceis Petri de Blarrorivo Parhiſiani : *impreſſ. per PETRUM JACOBI pbrm loci paganum.* (b) fol. in celebri Pago LOTHORINGIÆ. 1518.

Concordata inter Papam Leonem decimum & Regem Franciscum, Milleſimo quingenteſimo decimo ſeptimo vigeſimâ ſecundâ Martii : *ſumptibus fideliſſimorum JACOBI MOLNIER, JOANNIS DE CLAUSO & JOANNIS MACE Bibliopolarum in vico arietis moram trahentium per JOANNEM MAGNI JOANNIS.* (c) 8.° . Tholoſ. 1518.

Thomæ Mori *Londinenſis* Civis & Vicecomitis Utopia : *apud* Jo. Frobenium. (d) 4.to . . . . Baſil. 1518.

Ortuini Gratii Lamentationes obscurorum virorum. (e) 4.to . . Colon. 1518.

Fabricii Capitonis Hebraicæ Institutiones: *apud* Jo. Frobeniun. (f) 4.to Baſil. 1518.

De Accentibus & Orthographiâ Linguæ Hebraicæ à Joanne Reuchlin *Phorcenſi* L. L. Doctore libri tres Cardinali Adriano dicati: *in ædibus* Thomæ Anshelmi Badenſis. (g) 4.to . . . Hagen. 1518.

Theo-

(a) Gesner. & Simler. *Bibliothec.*

(b) M. D. XVIII. *Non.* Januar. *quo die Bellum* Nanceianum *peractum eſt* M. CCCC. LXXV.

(c) *Regiſtrata* XXII. Novembr. *milleſimo quingenteſimo decimo octavo.* Subſequitur Heliæ Turonenſis *Archiepiſcopi Tractatus contra Pragmaticam Gallorum Sanctionem editus ; cis Alpes antehac Characteribus impreſſoriis nusquam editus.*

(d) *Menſe* Martio.

(e) Valer. Andr. *Bibliothec. Belgic.*

(f) *Menſe* Januario.

(g) *Menſe* Februario. Hujus Libri initio adſigitur pro inſigni Typographico ARA CAPNIONIS, fini Signum *Thomæ* Anshelmi *Badenſis*, cum Angelis duobus & vocibus ΙΗΣΟΥΣ יהשוה quæ vox Hebræa rectiùs imprimeretur יהושע

(a) Cum

THEODORI GAZÆ de Linguæ Græcæ Inſtitutione liber ſecundus *ERASMO* interprete: *apud* THEODORICUM MARTINUM Aluſtenſem. (a) 4.^to . . Lovan. 1518.

JO. OECOLAMPADII dragmata Græcæ litteraturæ: *ex ædibus* ANDREÆ CRATANDRI & SERVATII CRUFT. (b) 8.° Baſil. 1518.

DIOMEDIS Grammatici Opus: *apud* CERVICORNUM. (c) 4.^to . . Colon. 1518.

Specimen Epithetorum JOANNIS RAVISII TEXTORIS *Nivernenſis* omnibus Artis poëticæ ſtudioſis maximè utilium: *Emiſſum ex Officinâ* HENRICI STEPHANI *pro Scholis Decretorum*; *venale in ædibus REGINALDI CHAUDIERE in vico* Jacobæo *ſub Inſigni Hominis ſylveſtris.* (d) 4.^to . . Pariſ. 1518.

Biblia

(a) Cum ERASMI ad *Joannem* CÆSARIUM Epiſtolâ datâ *Lovanii decimo Calendas* Martias. M.D.XVIII.

(b) *Menſe* Septembri.

(c) GESNER. *Bibliothec.*

(d) *Die* 2. Septemb. *cum privilegio.* Opus hoc TEXTOR dedicavit Cardinali Presbytero LUDOVICO BORBONIO. ——— *Recordatus tuæ illius benivolentiæ, quâ puerum me tantopere complectebaris, dum ſub eodem Archididascalo* Joanne BOLVACO, *homine (ut tu ipſe nôſti, & ego quotidie experior) inculpatiſſimo, atque ſub eodem Præceptore doctiſſ.* Joanne CALVIMONTIO *militaremus; multos jam annos mihi malè volui; quòd me tuæ illius modeſtiæ benignæque familiaritatis memorem nullo me teſtimonio docuiſſem.* &c. *Vile eſt, fateor, & puerile, quod offero.* ——— *Faciet ſaltem (quæ jucundiſſima eſt recordatio) ejus temporis te reminiſci, quo laudis ſtudio (quod commendat* QUINTIL.) *Muſis intendebas: dum tu & magni adoleſcens ingenii doctrinæque reconditæ* Jacobus OLIVERIUS, *primarii Præſidis* Lutetiani *filius, nôſque omnes alii condiſcipuli tui de palmâ contendebamus. Melior præterea futurus eſt partus & plura daturus in receſſu, quàm promittat in fronte: dum integro Commentario manum ſupremam adjecerimus. Quod Diis faventibus propediem ſumus facturi. Interim Vale.* Adjecit etiam aliam ad ROBERTUM à LENONCURIÂ Sancti *Porciani* Priorem: in quâ, *Abſolverant*, inquit, *jam hoc Opus Chalcographi* ——— *quum aliud mox ſtudium ac laborem molienti mihi, tui protinus venit in mentem* ——— *non putavi te inſalutatum oportere dimitti* ——— *Has propterea frugum mearum primitias* LUDOVICO BORBONIO *Presbytero Cardinali imprimis reverendo nuncupatas tibi offero, ut mei amor ſemper tibi creſcat uberiùs, tantiſper dum integrum aliud Opus nomini tuo conſecrandum & meæ in te reverentiæ obſervantiæque futurum pignus ipſe recipias.* &c. *Vale. Pridie Calendas* Septembris. Sic nonnulli ſolebant iſtius temporis Scriptores unâ quaſi fideliâ plures parietes dealbare, uníque plures Operi nuncupationes adfigere; unam nempe primariam ſolenniorem, alteram ſecundariam & (ut ita loquar) ſuccenturiatam; uno munere amicitias multas demerentes. Hoc Opus TEXTORIS *Nicolaus* BERALDUS ſcriptâ ad ipſum Epiſtolâ commendat, utpote *non* Navarræis *modò, quos jampridem optimis ſtudiis ac litteris feli-*

*citer*

*citer* TEXTOR *excoluit*, *ſed cunctis etiam adulescentibus tum jucundum tum frugiferum futurum.* Idem laudat Hendecaſyllabo *Salmonius* MACRINUS, elegiaco Carmine *Ægidius* MASERIUS. Opus totum claudunt aliquot TEXTORIS ad diverſos Carmina, & ejusdem apud Lectorem de livore quorundam criticorum querela, & graviſſima in multos tunc degeneres Typographos cenſura. *Satis*, inquit, *conſtat multos carpendi magìs quàm proficiendi ſtudio* (*ſiquid in lucem fœtu recenti prodierit*) *revolvere* ——— *ut*, *ſiquid Chalcographorum* (*quos ferè omnes omnium ignaros artium ipſi non ignorant*,) *inſcitiâ fuerit aberratum*, *id ipſum Authoribus aſcribant Operum* &c. *Neque tamen eò ſum arrogantiæ perventurus*, *ut eam ſcriptis meis vel elegantiam vel incaſtigabilem dexteritatem aſcribi velim*, *quam nulli omnino carpere vel debeant vel poſſint vel audeant.* &c. *Ab eorum ſcuticis mihi timendum video*, *quòd plerisque in locis Authores quosdam neotericos advocare non dubitaverim.* &c. *Id feci*, *ut qui adhuc rudi & non ſatìs aperto ſunt ingenio pueri*, *eos faciliùs imitentur*, *quorum ſtylo propiùs accedunt. Neque enim dubium eſt*, *quin faciliùs & promptiùs multò triviales effingant verſus*, *quàm primore ſtatim aſpectu* Virgilianam *deguſtent majeſtatem. Memini puerum me* CICERONIS *Epiſtolas* (*quas mihi prælegebat Magiſter quidam*) *ita ſpreviſſe aut faſtidiſſe*, *ut potiores illis mihi viderentur Epiſtolæ quadam* Marii PHILELFI. *Cur ita? Nónne quia ad has quàm illas propiùs ingenii mei captus accedebat?* &c. *Siquis in priscorum verba adeò juraverit*, *ut nihil omnino poſteris velit aſſurgendum*, *is certè videbitur laboribus fructum invidere*, *quibus authoritatem deneget* &c. *Quum apud me cogitarem eos verſus commendari*, *qui decentibus & appoſitis ornantur Epithetis*, *neque tamen adhuc reperiri ullum*, *qui ſuper his ſcriptum quicquam reliquerit*; *hôc aliquando factus audacior mei opinionem judiciis hominum* (*licèt fortaſſis temere*) *commiſi. Erant præterea discipulorum meorum plerique litterarum ſitientes*, *qui quotidiano penè convicio hoc efflagitabant.* &c. *Nunc hoc abs te precariò peto*, *Lector candide*, *ut*, *ſi cauſæ meæ patrocinium recuſes*, *non priùs ſaltem me mordeas aut vellices*, *quàm tibi ſit compertum*, *cujusnam culpâ hoc Opus in lucem prodierit maculoſum. Nam quum ſimul ſtare ac ſorbere ſit difficile*, *non poteram erudiendis juvenibus incumbere*, *& auferendis Typographorum erratis eodem momento vacare. Quòd ſi quando è ſcholâ ad prælum me furtim ſurriperem*, *id ipſum niſi moleſtè ferre non poterat meus Gymnaſiarcha* JO. BOLVACUS, *vitæ homo inculpatiſſimæ*, ——— *malui Opus meum offendi maculis*, *quàm me ab ejusdem benivolentiâ relegari. Improperabit aliquis aut meum exemplar fuiſſe mendoſum*, *aut à caſtigato maculas errataque oriri non potuiſſe. Hoc*, *ſcio*, *nemo mihi objiciet*, *niſi fortaſſe qui Chalcographorum mores neſciverit. Quos ſi cognosceret*, *miraretur univerſa* (*quotquot imprimuntur*) *Volumina non tot ſcatere mendis*, *quot abundant vocabulis. Nam præter inſcitiam* (*quam ſibi habent genuinam*) *homines ſunt cerebroſi & inexorabiles*: *maximè dum exhauſtâ jam crumenâ ſitiunt*, *neque eſt*, *qui vinum ſuppeditet. Quò furoris ſi venerint*, *& litteram vel craſſam nimis vel indispoſitam juſſeris commutari*; *non ſolùm verbis tuis non obediunt*, *ſed & te* (*quantuscunque fueris*) *vel afficient probro*, *vel quod priùs rectum fuerat*, *obliquum facient. Habent tamen quandoque lucida rationis intervalla*, *&*, *ut comitiales*, *ad ſe nonnunquam redeunt. Neque tunc omnino quidem ſunt indociles*, *atque etiam inſtar equi ſternacis frenum volentes capiunt*, *& plura*, *quàm juſſeris*, *tunc emendabunt volentes. Sed hoc ipſum* (*quo reſipiscunt*) *breve eſt momentum. Nam ut canis ad vomitum*, *ſic ad ſolitam phreneſin paulò pòſt revertuntur*, *atque ita revertuntur*, *ut vel ab agreſtibus Centauris vel immanſuetis* VULCANI *Cyclopibus ortum duxiſſe videantur.* &c. *Utinam Grammaticorum omnium diligentiſſimus*, *& veterum nulli meo ſaltem judicio poſthabendus* Joannes DESPAUTERIUS, *communi vel ſummi Pontificis vel Imperatoris* (*ſiquis eſt*) *edicto paſſim legeretur*, *& exularent neſcio qui barbari*, *docilem pravè juventutem peſſimè corrumpentes! Alia ſunt à nobis in ſecundâ* * *Editione retractanda*, *vel ſaltem limatiùs ac puriùs dicenda. Quæ nunc quoque præcipitanter nimis ſcripſiſſe me pœnitet. Ea quum noſtris lituris ſint vapulatu-*

* Cujus fiet mentio anno 1524.

*latura* , *Lectorem poſtulo* , *ut mecum agat mitiùs aliquantò* , *ſuóſque obelos ac ſpongias contineat* , *tantiſper dum Operi ſummum colophona impoſuerimus. Porrò autem eramus adjecturi Auctarium poëticum de Diis*, *Deabus* , *Deorum filiis* , *Sacerdotibus* , *Victimis* &c. *& alia ejusmodi permulta* , *niſi ea nobis ſatis prolixa viſa eſſent* , *quàm in juſtum quoque Volumen conſurgerent. Quare hæc omnia in aliud Opus* * *diſtuli* , *quod inſcribetur* Specimen Ephemeridum TEXTORIS , *ac propediem imprimetur.* Adjiciuntur demum *Jacobi* ALEI Carmina in TEXTORIS laudem ; nempe *Apoſtropha ad* PLATONEM , & *Epigramma* , *ubi Ars Oratoria de* RAVISIO TEXTORE (quaſi jam deinceps præ Poeſi contemneretur) *conqueritur.*

TEXTORIS de Criticorum & Typographorum vulgo querelam nemo non admittet juſtiſſimam. Veruntamen inſcitia illa craſſiſſima & perverſa indocilíſque barbaries , quam acerrimè (ut meretur) caſtigat, ad mechanicum iſtud operarum, quæ manuali inferioríque Typographices miniſterio adhibentur , famulitium magis pertinet , quàm ad ipſos Architypographos Chalcographicarum Tabernarum Dominos, quibus (iis præſertim temporibus) erat non modo liberale ingenium, ſed & (pluribus ſaltem) magna liberalium artium peritia. Quod autem de Neotericis rudiorum diſcipulorum imitationi proponendis videtur ſentire , haud forſan omnes recipient. Tyronum ſanè permagni intereſſe arbitror , ut † *quod iis diſcendum eſt* , *non ſerò diſcere incipiant* ; *neu primum ſtatim perdatur tempus*, *atque eò minùs* , *quòd memoria non modò jam ſit in parvis* , *ſed etiam tenaciſſima ſit. Ingenii* præterea *ſignum in parvis*, uti *præcipuum memoria* , ita *proximum imitatio.* Quid igitur impedit , quominus eos ediſcant , eos imitentur parvuli , qui in ſuo genere primi , habentur, Authores? Si autem Antiqui , quos ediſcamus & imitemur , digniores ſint , quàm Neoterici; quidni ab illis potiùs ſumant exemplum tyrones ; Neque erit , cur quis cauſetur *Virgilianum* aut *Ciceronianum* ſtylum effingendi prioribus tentamentis difficultatem. Ea enim & in VIRGILIO & in CICERONE loca, quæ & diſcipulis placeant, & eorum captui accommodentur , deligere poterit Præceptor ſolers & ſuæ artis (quales pauci in tam numeroſâ magiſtellorum imperitorum plebe occurrunt) Magiſter, tantiſper dum matureſcente paulatim cum annis judicio , & imitandi facultate ex uſu quotidiano confirmatâ, poſſint tandem *Virgilianam & Ciceroniam deguſtare majeſtatem.* Tunc licebit tutiùs legere Neotericos, cùm *guſtu* (quod TEXTOR ipſe ad Neotericorum lectionem neceſſarium ducit) *non caruerint* , *ut vehemens à languido* , *proprium ab improprio* , *amœnum à duriuſculo facilè diſcernant.* Ea puerilis inſtitutionis ratio multis eruditioribus docendæ juventutis artificibus probabatur , *Rogero* cumprimis ASCHAMO , qui hâc de re ‡ Libellum quantivis pretii & auro contrà non carum , ac Ludimagiſtris omnibus attentiſſimè legendum edidit. Ne autem mihi quiſquam Neotericorum patronus iniquior injuriarum dicam ſcribat , id palàm edico me , dum prima à principibus puriſſimæ Latinitatis arbitris exempla ſcribendi ut petantur contendo, nolle reverentiam elevari debitam viris illis celebribus , ERASMO putâ aliíſque veteris Litteraturæ Aſſertoribus & ejusdem in *Europam* reducendæ adminiſtris : quorum abſque induſtriâ & ſcientiâ fuiſſet, precioſa illa , quorum veſtigiis innitéremur , antiquitatis monumenta prorſus interiiſſent; quique ea ab oblivione haud aliam ob cauſam vendicaverunt, quàm ut ea ſimul cum ipſis poſteri admirarentur ac ſequerentur. Quò igitur ſuum cuique tribuatur; habemus ab Antiquis optima imitationis Exemplaria , à Neotericis eruditis optimam imitandi rationem.

(a,b,c,d,e,f,g)

* Quod dubito , an unquam prodierit.

† QUINTILIAN. Inſtitut. Lib. I. Cap. 1. 3.

‡ The Schole maſter, in two books ; the firſt teaching the bringing up of youth , the ſecond teaching the right way to the Latin tongue. printed in 8. 1579. at *London* by JOHN DAYE.

*PREVEL.* (a) 8.° . . Pariſ. 1519.

Eadem : *apud* JOANNEM CLERERET. (b) 8.° . . . . . Pariſ. 1519.

Eadem: (c) 4.to . . . Lugdun. 1519.

Eadem : *apud* JACOB. MARESCHAL. (d) fol. & 8.° . . . Lugdun. 1519.

Eadem : *apud* LUCAM DE GIUNTÂ. (e) 8.° . . . Venet. 1519.

Nov. Teſtam. Latin. ERASMI. (f) 8.° Lovan. 1519.

Epiſtolæ Apoſtolorum Latinè: *apud* JOANNEM à PRATO. (g) 8.° . Pariſ. 1519.

Novum Teſtamentum omne Græcè & Latinè, multò quàm antehac diligentiùs ab ERASMO *Roterodamo* recognitum, emendatum & translatum, non ſolùm ad Græcam veritatem, verùm etiam ad multorum utriusque Linguæ Codicum, eorúmque veterum ſimul & emendatorum fidem, poſtremò ad probatiſſimorum Auctorum citationem, emendationem, & interpretationem, præcipuè ORIGENIS, ATHANASII, NAZIANZENI, CHRYSOSTOMI, CYRILLI, THEOPHYLACTI, HIERONYMI, CYPRIANI, AMBROSII, HILARII, AUGUSTINI, unà cum annotationibus recognitis ac magnâ acceſſione locupletatis, quæ Lectorem doceant, quid quâ ratione mutatum ſit: *in ædibus* JOANNIS FROBENII. (h) fol. Baſil. 1519

GREGOR. *Nazianz.* de amandis pauperibus interprete OECOLAMPADIO : *in Officinâ SIGISMUNDI GRIM Medici ac*

*MAR-*

(a, b, c, d, e, f, g,) LONG. *Biblioth. Sacr.*

(h) *Menſe* Martio. *Salvo ubique & illabefacto Eccleſiæ Judicio.* Hæc Editio à LEONE X. ad ERASMUM Epiſtolâ datâ x. *Sept.* 1518. incipit, & FROBENII ad Lectorem Epiſtolâ clauditur. De hâc Editione ſatis antea dictum eſt.

(a) *Cal.*

*MARCI WIRSUNG.* (a) 4.to . Aug. Vindel. 1519.

Ejuſd. in Paſcha, in dictum MATTHÆI XIX. [cum conſummâſſet &c.] Laudes CYPRIANI; eodem interprete: *apud eoſdem.* (b) 4.to . . . . . Aug. Vindel. 1519.

GREGOR. *Nazianz.* Sermo in ſecunda Encenia, quæ verna quoque dicuntur, PHILIPPO MELANCHTHONE interprete: *MATTHÆUS MALER excuſſit.* 4.to . ERPHURDIÆ. 1519.

DIONYS. *Areopag.* de Myſtic. Theolog. Græcè & Latinè, JOANNE SARACENO, AMBROSIO *Camaldul.* MARSILIO FICINO Interpret. cum Comment. JOAN. ECKII: *in Officinâ* JOANNIS MILLER. (c) 4.to . . . . Aug. Vindel. 1519.

Paræneſis prior D. CHRYSOSTOMI ad Theologum lapſum WOLFGANGO FABRITIO CAPITONE interprete: *in ædibus* JO. FROBENII. (d) 4.to . . Baſil. 1519.

*THEODORITI CYRENSIS* Epiſcopi de *CURATIONE GRÆCARUM AFFECTIONUM* libri 12. ZENOBIO ACCIAOLO *Florentino* interprete: *in Officinâ* HENRICI STEPHANI. (e) fol. Pariſ. 1519.

Theologia

(a) *Cal.* Apr.
(b) XXII. *Maii.*
(c) XXV. *Maii.*
(d) *Menſe* Novembri.
(e) *Menſe* Julio. *cum privilegio.* Hanc THEODORITI verſionem LEONI X. Pont. Max. dedicat ACCIAOLUS —— *Magnificus* (inquit) LAURENTIUS *pater tuus annos me natum quatuor de viginti exterrem in Patriam, ubi apud nobiles conſanguineos ſuos eoſdémque meos affines, in bonarum artium ſtudiis, quæ tunc* Florentiæ *veſtris præſidiis floruerunt, jucundiſſimè diu vixi. In Cænobio divi* MARCI, *quod magnus* COSMUS *proavus tuus à fundamento extruxit, Deo jam annos aliquot famulatus, è publicâ gentis veſtræ Bibliothecâ, quam* COSMUS *ibi luculentam aperuit, & ex ea, quam juſſu patris tui* Johannes LASCARIS *generoſus homo atque doctiſſimus è Græcis latebris* Florentiam *importavit, fructus maximos ſuaviſſimóſque percepi: ſæpe etiam ibi cum patribus illis meis ab ingruentibus maximis periculis bonitatis tuæ præſidio liberatus. Ad quæ patris in me tui majorúmque tuorum beneficia tu id mihi ſeorſim contuliſti, quòd in Urbano ſancti* Sylveſtri *Oratorio ad honeſtam ſtudiorum quietem humaniſſimè collocâſti, noſtræque ætati jam ad ſenectutem vergenti deeſſe nil pateris, quod ad religioſi ſtudioſique hominis neceſſarios uſus commodáque pertineat.* &c. *Equidem non ſinè Dei conſilio factum*

Theologia DAMASCENI quatuor libris explicata, FABRO interprete, & adjecto CLICHTOVEI Commentario elucidata: *Hæc* DAMASCENI *cum expoſitione ſecunda emiſſio typis abſoluta eſt ex Officinâ* HENRICI STEPHANI *è regione Scholæ Decretorum.* (a) fol. . . . . Pariſ. 1519.

JACOBI FABRI *Stapulenſis* de MARIÂ MAGDALENÂ, triduo CHRISTI, & unâ ex tribus MARIÂ Diſceptatio ad FRANCISCUM MOLINUM Regis FRANCISCI primi Magiſtrum: *ex Officinâ* HENRICI STEPHANI. (b) 8.° . . . Pariſ. 1519.

JOAN. FYSSCHERI Epiſcopi *Roffenſis* de unicâ MAGDALENÂ libri duo: *in ædibus* JODOCI BADII ASCENSII. (c) 8.° Pariſ. 1519.

JACOBI FABRI de tribus & unicâ MAG-

DA-

*factum puto, quòd hos mihi* THEODORITI *libros* Johannes Franciſcus PICUS *Princeps ætatis noſtræ doctiſſimus indicârit, méque ut Latinos facerem, magnopere adhortatus ſit. Etenim ſicut olim cùm* PHILOSTRATI *de* APOLLONIO Tyaneo *Hiſtoria* * *typis excuſa in vulgum prodiit, ego* Cæſarienſis EUSEBII *librum mihi ab* Johanne LASCARI *indicatum Latinum feci, qui contra* PHILOSTRATI *venenum antidotum quoddam eſſet; ita nunc cùm* † PLATONEM *Græcè impreſſum circumferri audiam, cujus quidem Philoſophi ſingularis eſt eloquentia, ſed plurimis tamen locis pernicioſa Chriſtianæ Eccleſiæ ſemper fuit authoritas & doctrina, non ab re feciſſe me putem, qui libros eos* THEODORITI *Latinos fecerim, quibus &* PLATONIS *& multorum præterea Philoſophorum pugnantes ſibi maximis de rebus ſententiæ, pernicioſáque inſtituta humanæ vitæ moribus proderentur.* &c. Marſilius FICINUS, *qui proavi tui liberalitate adjutus* PLATONEM *ſæculi noſtri hominibus ac* PLOTINUM *Latinos fecit, ſæpius mihi dicere inter loquendum ſolebat, factum providentiâ* Florentini *Præſulis* ANTONINI, *quò minùs è* PLATONIS *lectione, quam indè à pueris ſummopere adamavit, in pernicioſam hæreſin prolapſus fuerit.* &c.

(a) *Pridie Idus* Januarias.

(b) *Ad Dei gloriam, Evangeliſtarum concordiam, &* ANNÆ, MARIÆ, *atque reliquarum Sanctarum Mulierum honorem. Tres ſitti ex unâ, tres ex tribus, ex tribus unam.* Cum *Jud.* CLICHTOVEI præmiſſâ ad *Franciſcum* MOLINUM Sancti MAXIMI Abbatem à Secretis & Conſilio FRANCISCI I. ordinario Epiſtolâ, quâ ſuam de MAGDALENÂ ſententiam aperit.

(c) *Ad octavum Calendas* Martias. *Cum privilegio in biennium.* FYSHERUS ſcribit ſibi oblatam ſcribendi occaſionem ex Jacobi FABRI *libello de tribus* MAGDELENIS *edito & jam denuo impreſſo; quo eum donaverat* STEPHANUS *Epiſcopus* Pariſienſis.

(a) *Menſe*

* Anno 1502.
† Anno 1513.

DALENÂ Diſceptatio ſecunda ad DIONYSIUM BRICONNETUM Epiſcopum *Maclovienſem* apud LEONEM X. FRANCISCI I. Oratorem: *ex Officinâ* HENRICI STEPHANI. 8.° . . . . Pariſ. 1519.

JUD. CLICHTOVEI Diſceptationis de MAGDALENÂ Defenſio Apologiæ MARCI GRANDIVALLIS reſpondens: *ex Officinâ* HENRICI STEPHANI. (a) 8.° . Pariſ. 1519.

HIERONYMI *Stridonenſis* Vita per ERASMUM: *apud* JOANNEM FROBENIUM. (b) 4.to . . Baſil. 1519.

Contemplationes Idiotæ: *in ædibus* HENRICI STEPHANI. (c) 8.° . Pariſ. 1519.

JUD. CLICHTOVEI de Vitâ & moribus Sacerdotum Opuſculum ad LUDOVICUM GUILLIARDUM Epiſcopum *Tornacenſem*: *ex Officinâ* HENRICI STEPHANI. (d) 8.° Pariſ. 1519.

Ejuſd. de neceſſitate peccati ADÆ & fœlicitate culpæ ejuſdem apologetica Diſceptatio ad JOANNEM GOZTHON *Jaurienſem* in *Pannoniâ* Epiſcopum: *in Officinâ* HENRICI

STE-

(a) *Menſe* Aprili; *ad* CHRISTI *Domini & glorioſæ ejus hoſpitis* MARIÆ *Sororis* MARTHÆ *honorem.*

(b) *Menſe* Maio.

(c) *Menſe* Auguſto. Ad finem libri additur hæc Sententia *Idiotæ rapiunt Cœlum.* Præfixit Epiſtolam ad MICHAELEM BRICONNETUM Epiſcopum *Nemauſenſem* JACOBUS FABER. ——— *Cœnobiis aliquot perluſtratis, tandem in manus incidere contemplatorii libelli cujuſdam pii ac ſancti viri, qui ſe non alis quàm Idiotæ nomine prodit, quos illico typis noſtris informandos commiſi* &c. *Stilus humilis eſt, ſed purus, ſyncerúſque & planè Chriſtianiſmum ſapiens. Quòd ſi te cultius & elegantius Opus legere delectabit, nuper ex eâdem Officinâ noſtrâ & eiſdem characteribus, quibus hoc Opus excuſum eſt, exierunt* THEODORITI Cyrenſis *Epiſcopi* de curatione Græcarum affectionum *libri duodecim non minùs Chriſtiani quàm ornati, ad* LEONEM X. *Pont. Max.* Zenobio ACCIAOLO *viro rariſſimo doctiſſimóque interprete, qui ut varietate lectionis oblectant, ita multiplicem continent eruditionem.* In hôc Idiotæ Opere continentur *Contemplationes de Amore Divino, de Virgine* MARIÂ, *de verâ patientiâ, de continuo conflictu Carnis & Animæ, de innocentiâ perditâ, de morte.*

(d) *Expletum eſt hoc Opuſculum atque in lucem editum* Pariſiis *in Officinâ* Henrici STEPHANI *è regione Scholæ Decretorum ſitâ. Anno ab Incarnatione Domini (qui eſt Sacerdos in æternum, & ſummus quidem Sacerdos) decimo nono ſupra milleſimum & quingenteſimum, die verò* Auguſti *quartâ.*

(a) *Anno*

STEPHANI *è regione Scholæ Decretorum.* (a) 8.° . . . . . Pariſ. 1519.

Ejuſd. de dignitate & excellentiâ Annuntiationis B. MARIÆ V. & benignitate & gratiâ ejus Viſitationis: *apud* HENRICUM STEPHANUM. (b) 4.to . . Pariſ. 1519.

Ejuſd. de Regis Officio Opuſculum ad LUDOVICUM *Pannoniæ* & *Bohemiæ* Regem : *in Officinâ librariâ* HENRICI STEPHANI *è regione Scholæ Decretorum ſitâ.* (c) 8.° Pariſ. 1519.

JUVENCI Preſbyteri *Hiſpani* de Evangelicâ Hiſtoriâ libri quatuor : *per* JOANNEM SINGRENIUM *expenſis ejuſdem.* 4.to Viennæ Pannoniæ. 1519.

Beat. FULGENTII *Aphri* Opera: *apud* KOBERGERUM. (d) . . Norimb. 1519.

GALEN. de differentiis Febrium libri duo, LAURENTIO LAURENTIANO *Florentino* interprete : *venalis habetur in Officinâ DESIDERII MAHEU Chalcographi in vico S.* JACOBI *ſub Interſignio divi* NICOLAI *moram trahentis.* fol. . . . Pariſ. 1519.

GALENI Methodus medendi THOMÂ LINACRO interprete : *ſumptu* GODEFRIDI HITTORPII *ſpectatâ fide mercatoris apud* DESIDERIUM MAHEU. (e) fol. . Lutetiæ. 1519.

HULDRICI HUTTENI de Guiaci ligni Medicinâ & morbo Gallico liber : *apud* JOAN. SCHŒFFER. (f) 4to . . Mogunt. 1519.

HUL-

(a) *Anno ab Incarnatione Domini* (*qui illud peccatum delere venit & nos redimere*) *decimo nono ſupra milleſimum quingenteſimum, die verò* Februarii *decimâ ſextâ.*

(b) *Biblioth.* TELLERIAN.

(c) *Anno ab Incarnatione* CHRISTI (*qui eſt Rex Regum & Dominus dominantium*) *decimo nono ſupra milleſimum quingenteſimum, die verò* Auguſti *triceſimâ.*

(d) GESNER. *Biblioth.*

(e) *Menſe* Junio.

(f) GESNER. & SIMLER. *Bibliothec.*

(a) GES-

Huldrici Hutteni ſuper interfectione propinqui ſui Joannis Hutteni Equitis à Duce *Wittenbergenſi* Deploratio Heroicis Verſibus; item ad Ludovic. Huttenum ſuper interemptione filii Oratio conſolatoria ; in Ulricum *Wittenbergenſem* quinque Invectivæ, & Dialogus *Phalariſmus* ; Apologia pro *Phalariſmo* , & aliquot Epiſtolæ. (a) 4.to *excuſ. in Arce* . STEKELBERKAM. 1519.

Albert. *Magn.* de Animalibus libri 26: *apud Hæredes* Octaviani Scoti. (b) fol. . . . . . Venet. 1519.

Marini Becichemi *Scodrenſis* in C. Plinium Prælectio; Ejusd. Plinii Præfatio recognita & in veram ac planè *Plinianam* lectionem reſtituta ; Ejusd. *Scodrenſis* Collectanea in primum Plinii; Nicol. Perotti Commentariolus in eundem primum Enarratiuncula : *abſolutus eſt hic liber in Officinâ impreſſoriâ* Petri Vidoue *Chalcographiariæ artis peritiſſimi* , *impendio & ære CONRADI RESCH* Alemani *Academiæ* Pariſienſis *Bibliopolæ commorantis in Vico divi* Jacobi *ad ſignum Scuti* Baſilienſis. (c) fol. . . Lutet. Pariſ. 1519.

Fior de Virtu : *ſtampato per GIAN STEPHANO di CARLO da* Pavia , *ad petitione di* Bernardo *di ſer* Piero Pacini *da Peſcia.* (d) 4.to . . in Firenze. 1519.

Plutarchi Problema , num in convivio philoſophandi ſit locus , Ottomaro Luscinio *Argentino* interprete: *apud* Joannem Scotum *indigenam in* Thomæ *loco.* (e) 4.to . . . Argentor. . .

Plu-

(a) Gesner. & Simler. *Bibliothec.*

(b) Gesner. *Biblothec.*

(c) *Ad decimum Kalendas* Auguſti , *anno à Partu Virgineo milleſimo quingenteſimo decimo nono. Cum privilegio.*

(d) *A di.* vii. *di* Maggio.

(e) *Epiſtola data eſt anno ſeſquimilleſimo undevigeſimo.*

(a) Fran-

PLUTARCHI Vitæ Græcè: *in ædibus* ALDI & ANDREÆ ASULANI *ſoceri.* (a) fol. . . . Venet. 1519.

T. LIVIUS *Patavinus* Hiſtoricus *DUOBUS LIBRIS* auctus, cum L. FLORI Epitome, Indice copioſo, & annotatis in libros VII. belli *Macedonici*: *apud* JOANNEM SCHŒFFER. (b) fol. . . . Mogunt. 1519.

COR-

(a) FRANCISCUS ASULANUS PETRO BEMBO LEONIS X. Pont. Max. à Secretis S. D. —— *Ne omni te ſinè munere adirem*, *hoc* PLUTARCHI *Opus mecum afferre decrevi. Sunt autem quas* Vitas *appellant*, *non certè omnes*, *quotquot olim ille conſcripſit*; *quin neque omnes illius*, *nam &* EVAGORAS ISOCRATIS *eſt &* AGESILAUS XENOPHONTIS; *ſed quæ paulò antè* Florentiæ *nullo ordine velut tumultuariâ operâ in lucem exiverant* &c. Et ad calcem libri; *Venetiis in ædibus* ALDI *&* ANDREÆ *ſoceri*, *menſe* Auguſto M.D.XIX.

(b) *Privilegium à Cæſareâ Majeſtate conceſſum.* MAXIMILIANUS *Divinâ favente clementiâ* &c. *honeſto noſtro & Sacri Imperii fideli nobis dilecto* Joanni SCHEFFER *Chalcographo* Moguntino *gratiam noſtram Cæſaream & omne bonum. Cùm*, *ſicut docti & moniti ſumus fide dignorum teſtimonio*, *ingenioſum Chalcographiæ Authore avo tuo inventum felicibus incrementis in univerſum Orbem promanaverit*, *& ferè omnes Chalcographi non modò per Imperii noſtri ditionem*, *ſed alia etiam Regna gratiâ ſeu Privilegio de non imprimendis Libris ex Officinâ emanatis ſecundùm vim obtenti cujuslibet Privilegii gaudeant*, *ne eorum labor irritus fiat*, *& ſibi jacturam officio ſuo pariant*, *ſicut tibi in publicatione* Livianâ *contigiſſe accepimus*; *proinde volentes tibi tum ob avum tuum tam omni vel ob hoc Divinum Inventum favore & commendatione dignum*, *tum pro damni tui recuperatione*, *quod accepiſti ex præcipiti ſecundariâ Operum à te publicatorum Editione* —— *ſuccurrere*, —— *omnibus Chalcographis* &c. *inhibemus*, *ne* TITUM LIVIUM *per decennium*, *quem ſub incude inpræſentiarum habes*, *&* Latinum *&* Germanicum, *ac etiam auctiorem*, *quàm hactenus unquam publicatus*, *edere proximè intendis*, *ac alia pleraque Opera*, *quacunque in Linguâ*, *quæ tu primùm apud* Germanos, *licèt apud exteros impreſſa fuerint*, *publicabis*, *per ſexennium* —— *imprimere* —— *præſumant* —— *Datum in Oppido noſtro* Vuels *die nonâ menſis* Decembris, *Ann.* M.D.XVIII. *Regnorum noſtrorum* Romani XXXIII. Hungariæ *verò* XXIX.

*Ad illuſtriſſ. Principem* ALBERTUM Brandenburgen̄ *Cardinalem Archiepiſcopum* Moguntiæ *&* Magdeburg. *Princip. Electorem Primatémque* ULRICHI HUTTENI *Equitis Præfatio.* —— *Si vel locum voluit* LIVIUS *aliquem ſuo decorare egreſſu*, *quem debuit urbi*, *Artis omnium*, *quæ usquam ſunt aut unquam fuerunt*, *præſtantiſſimæ inventrici ac alumnæ* (*Impreſſoriam puto*, *quam hæc dedit*) *præferre?* —— *Jam diu eſt*, *quòd cupidè tempus expectat* LIVIUS, *quo nunc oborto* —— *petit dedicari maximo* (*non in* Italiâ LEONI, *jam ille* TACITUM *habet enim*, *præſtante* BEROALDO *juniori*) *ſed in* Germaniâ *Tibi. Ingerunt hoc illi bonæ eruditionis viri*, Vuolfgangus ANGUSTUS, *&* NICOLAUS CARBACHIUS, *qui imprimendis apud nos Libris eandem navant operam*, *quam poſt* ALDUM Venetiis EGNATIUS, Romæ *docti quidam*, Baſileæ BEATUS *&* AMORBACHII, Argentinæ GERBELLIUS, *apud alios alii. Nam hi abreptum me nudiustertius coëgerunt*, LIVIUM *ut aſcriberem tibi* &c.



ERAS-

Cornel. Taciti Eq. *Ro.* Hiſtoria Auguſta Actionum diurnalium additis *QUINQUE LIBRIS* noviter inventis, cum Andr. Alciati Annotationibus: *ex Officinâ* Joannis Frobenii. (a) fol. . . Baſil. 1519.

Cæsaris Commentarii: *in ædibus* Aldi & Andreæ *ſoceri.* (b) 8.° . Venet. 1519.

Hiſtoriæ

Erasmus *Roterodamus* Miſobarbaris atque iisdem Philomuſis omnibus S. D.

*Si laudem haudquaquam vulgarem meruerunt olim, qui* Origeni *&* Hieronymo *notarios ac membranas ſuppeditârunt, quantum verò laudis debetur Typographorum Officinis, quæ nobis quotidie bonorum Voluminum effundunt Examina, idque minimo pretio* ——— *Atque hujus quidem laudis præcipua portio debetur hujus, penè Divini dixerim, Opificii repertoribus, quorum princeps fuiſſe fertur* JOANNES FAUST *avus ejus, cui* Livium *hunc tum auctum duobus Voluminibus, tum innumeris locis ex Codice vetuſtiſſimo caſtigatum debemus, ut hoc egregium decus partim ad* JOANNEM SCHEFFER *velut hæreditario jure devolvatur, partim ad* Moguntiaci *Civitatis & aliàs multis nominibus inclytæ gloriam pertineat,* &c. *Atque hic rurſus malim Veterum monumentis reſtituendis, quàm novis adglomerandis operam dari.* ——— *In hujus laudis ſtudium incumbat noſtra* Germania, *cui multos bonos Authores ab inferis in lucem revocatos cùm olim debet Orbis, tum nuper* Cornelii Taciti *libros aliquot* &c. *Tametſi ex hâc Editione non ita multum acceſſit* Tito Livio, *tamen habenda non mediocris gratia* Theodorico Tzobel *ædis* Moguntinæ *ſummæ Scolaſticæ & Reverendiſſ. Domini* Mogunt. *Vicario, qui curavit hoc laudis Civitati ſuæ aſſerere; deinde non vulgariter erudito viro* Nicolao Carbachio, *quinquennium jam publico ſalario* Livium *ſummâ cum laude profitenti; tum* Volfgango Angusto; *à quibus quantum laboris exhauſtum ſit, dum ex Codice non ſcripto, ſed picto coguntur addivinare, quid ſit legendum, difficile fuerit æſtimare. Nullum autem tam depravatum Exemplar, unde ſolers conjectator non multa queat reſtituere* &c. vii. *Cal.* Mart. *Ann.* M.D.XIX.

Deinde ſequitur Index, tum Floræ Epitome, demum Livii Textus. Ad finem; *Moguntiæ in ædibus* Joannis Scheffer, *menſe* Novembri. *An.* M.D.XVIII.

Nicolaus Carbachius Lectori Salutem.

Joannes Scheffer *Chalcographus, à cujus avo Chalcographice in hâc primùm Urbe inventa exercitáque eſt, quom ex Bibliothecâ ædis* Moguntinæ *maximæ ac Metropolitanæ perquam vetuſtum nactus eſſet Codicem,* Longobardicis *ſcriptum in membranis characteribus, ad hæc usque tempora inibi cum curâ aſſervatum, in quo* T. Livii *quædam inſunt à nullo unquam antea impreſſa, quadrageſimi nempe libri pars extrema cum trigeſimi tertii parte maximâ, amplum id ſibi decus ac Lectoris demerendum gratiam putavit, ſi ex Officinâ ſuâ in manus emitteret ſtudioſorum* ——— *Quin & in eodem illo Codice vetuſto quia ultimi libri ſeptem* Livii *de Bello* Macedonico *&* Aſiatico *continebantur* ——— *mihi &* Vuolfgango Angusto *homini impensè docto negotium dedit conferendi illius Codicis cum hactenus impreſſis libris, annotandique, ſi vel plura vel meliora invenirentur in eo* &c. *Vale.* Moguntiæ, *Idibus* Martiis. M.D.XIX.

Denique ſubjiciuntur *Annotata in quartum, quintum, ſextum, ſeptimum, octavum, nonum, decimum* T. Livii *libros de Bello* Macedonico *&* Aſiatico *ex vetuſto Exemplari.*

(a) *Menſe* Auguſto.
(b) *Menſe* Novembri.

(a) D.XIX.

Hiſtoriæ Auguſtæ Scriptores : *per Hæredes* PHILIPPI JUNTÆ. (a) 8.° . Florent. 1519.

JUSTINI Hiſtorici Epitome in TROGI POMPEJI Hiſtorias ; LUCII FLORI de rebus Romanis Epitome ; SEXTI RUFI Viri conſularis libellus : *impreſſit Chalcographus fideliſſimus ANTONIUS AUSSURDUS impenſis* JOANNIS PARVI. (b) fol. Pariſ. 1519.

Opera *Salluſtiana* cum Expoſitione ASCENSII : *per* JOANNEM MARION. (c) 4.to . . . . . . Lugdun. 1519.

TITI LIVII Decas tertia : *in ædibus* ALDI & ANDREÆ *ſoceri.* (d) 8.° . Venet. 1519.

POMPON. MELA, SOLINUS, ANTONINI Itinerarium , VIB. SEQUESTER : *per Hæredes* PHILIPPI JUNTÆ. (e) 8.° Florent. 1519.

FRANCISCI ALBERTINI Opusculum de mirabilibus novæ & veteris Urbis *Romæ* : *induſtriâ & impenſâ THOMÆ WOLFF Chalcographiæ gnari exaratum nuper.* (f) 4.to *ex propriâ Officinâ Urbis* Baſileæ. 1519.

CUTH-

(a) D.XIX. *ſupra mille : menſe* Januarii.

(b) *Vaneunt in ædibus* JOANNIS PARVI *in Viâ ad divum* Jacobum *ſub Signo aurei Lilii. Hæc omnia ad vetus Exemplar repoſuit* Petrus DANESIUS : cujus Epiſtolam ad AUSSURDUM Typographum habemus JUSTINO præfixam , alteram FLORO ad *Franciſcum* HAMONEM *Nannetenſem* Epiſcopum. Ad JUSTINI finem , *ad Idus* Maias M.D.XIX. Ad FLORI , *octavo Calend.* Julias , *anno ſupra milleſimum* D.XIX. Indici, qui claudit omnia præmittitur Epiſtolium. DANESIUS *candido Lectori S.* —— *Meminiſſe te velim , Lector , dum noſtram hanc recognitionem evolves, nullam poſſe tam exactam præſtari diligentiam , ut nihil omnino deſideretur. Id certè argumento eſt. Dederam ego Chalcograghis noſtris fideliter repoſitum Exemplar , quod imitarentur. At interim dum abeſſe per occupationes meas non licet (tertia enim mihi temporis pars docendis juvenibus impenditur) notæ quædam irrepſerunt , ſed non tanti ponderis , quæ Lectorem ipſum , vel mediocriter eruditum, remorari poſſint. Itaque candide Lector, boni conſules , ſiquid in Orthographiâ & punctis peccatum erit , non meâ quidem culpâ, ſed Impreſſorum potiùs indoctâ feſtinatione. Concinnavimus hunc quoque litterarium Indicem , quò faciliùs digniſſima quæque notatu inveniantur. Vale.*

(c) *Anno* M. *quingenteſimo* XIX. *Die verò* VII. Julii.

(d) *Menſe* Februario.

(e) *Anno* D.XIX. *ſupra mille ; menſe* Aprili.

(f) Martii *viceſimo ſecundo.*

(a) *Menſe*

CUTHBERT. TONSTALL. in laudem Matrimonii Oratio habita in Sponſalibus MARIÆ HENRICI VIII. filiæ & FRANCISCI Regis *Francorum* primogeniti: *apud* JO. FROBENIUM. (a) 4.to . . . Baſil. 1519.

GUIDONIS DE COLUMNIS *Meſſanenſis* Hiſtoria Deſtructionis *Trojæ* à PETRO NUÑEZ DELGADO Hispanicè verſa. (b) fol. . . . . . Hispali. 1519.

STEPHANI SERVA Sacerdotis Vita & Miracula UBALDI Episcopi: *per* FRANCISCUM UGOLETUM. (c) . . Parm. 1519.

CICER. Epiſtol. Familiar. cum *Aſcenſianis* Introductiunculis recognitis & auctis & Argumentis illuſtratis, ex tertiâ Recognitione: *in ædibus* MATTHIÆ SCHURERII. (d) 4.to . . . . . Argentor. 1519.

GEORG. VALL. de expeditâ argumentandi ratione libellus: *apud* JO. FROBENIUM. 4.to . . . . . Baſil. 1519.

Epiſtolæ à REUCHLINO & ad REUCHLINUM: *ex Officinâ* THOMÆ ANSHELMI. (e) 4.to . . Hagenoæ. 1519.

Epiſtolæ JACOBI ANTIQUARII *Peruſini*: *impreſſæ apud LEONEM operâ COSMI* Veroneñ. *cognomento BLANCHINI.* 4.to PERUSIÆ. 1519.

BARTHOLOMEI *Anglici* Ordinis Fratrum Minorum Opus de proprietatibus rerum: *per* FRIDERICUM PEYPUS *Civem* Nuremberg. *impreſſum expenſis providi viri* JOHANNIS KOBERGER *ejusdem Civitatis Incolæ.* (f) fol. . . . Nuremberg. 1519.

Ho-

(a) *Menſe* Februario.
(b) *Bibliothec. Sicul.* Tom. I. p. 267.
(c) *Cremon. Litterat.* Tom. II. p. 54.
(d) *Menſe* Auguſto.
(e) *Menſe* Maio.
(f) *Anno à Virginis nuncio* D.XIX. *ſupra*

HOMERI Opera Græcè : *in ædibus Hæredum* PHILIPPI JUNTÆ. 8.° . Florent. 1519.

Florilegium diverſorum Epigrammatum in ſeptem libros, Græcè : *per hæredes* PHILIPPI JUNTÆ. (a) 8.° . . . Florent. 1519.

HORATII Opera cum Comment. ACRONIS, PORPHYRIONIS, MANCINELLI, BADII, MATTHÆI BONFINIS & ALDI MANUTII : *impreſſa eſt quartùm hæc* Horatiana *Poeſis accuratione ipſius* ASCENSII. (b) fol. . in nobiliſſimo Gymnaſio Parhiſior. 1519.

STATII Opera : *in ædibus* ALDI & ANDREÆ *ſoceri.* (c) 8.° . . Venet. 1519.

VALER. FLACCI Argonautic. cum comment. JOH. BAPTISTÆ PII, & ad calcem Anonymi poeticâ ORPHEI Argonautic. metaphraſi. (d) . . . . Bonon. 1519.

JU. JUVENALIS unà cum AU. PERSIO nuper recogniti : *per Hæredes* PHILIPPI JUNTÆ Florentini. (e) 8.° . . Florent. 1519.

ÆGID.

(a) *Anno à Virginis nuncio* D.XIX. *ſupra mille.* LEONE X. *Pont. Max. Chriſtianam Remp. adminiſtrante.*

(b) *Ad quart. Calend.* Octob.

(c) *Menſe* Januario. cum præfixâ Epiſtolâ *Franciſci* ASULANI ad *Domitium* & *Paſchalem* MARINOS fratres.

(d) FABRICIUS hujus Editionis meminit in ſuâ *Bibliothecâ Græcâ.* Lib. I. p. 112. Penès me eſt ORPHEI Metaphraſis (in fol. ſinè anno, loco, Typographo) Latina ; cujus character accedit propè ad PLATONIS DE BENEDICTIS *Bononienſis* Typographi characterem. In eâ Editione ſunt Signaturæ & Reclamantes, nullæ autem Ciphræ. Ad calcem REGESTVM. Aiii Biii Ciii. In initio, *Joannis Baptiſtæ* PII ad Senatorem *Franciſcum* ELEPHANTUTIUM *Bonon.* cujus hæc ſunt verba ; PINDARUS *tempus omnium patrem, potens operibus imponere finem, vocat.* &c. Pindarica *ſententia nobis convenit, qui ſecundis temporis auſpiciis uſi* APOLLONII FLACCI*que noſtri pelagus eremigavimus. Felicitas quoque tempeſtiva ſubvenit. Etenim inter Muſas noſtras ſecretiores* ORPHEI Argonautica *Latio tranſcripta, Opus adespoton, non ingratum tamen, invenimus per me quidem ſcriptum, non ex me.* &c. Unde facilè credo hanc ORPHEI Verſionem impreſſam fuiſſe cum Libro, quem FABRICIUS memorat in *Biblioth. Lat.* pag. 419. *Libri* (ſcil. VALER. FLACC.) *octavi partem poſteriorem nonúmque ac decimum librum ex quarto* APOLLONII *ſupplevit* Johannes Baptiſta PIUS Bononienſis, *quæ ejus Supplementa in Editione* FLACCI *cum* PII *Commentationibus.* Pariſ. 1519. *fol.* Illa tamen ORPHEI Metaphraſeos Editio ſuprà dicta *Bononiæ* potiùs quàm *Pariſiis* excuſa mihi videtur.

(e) *Menſe* Maii, LEONE X. *Pontifice.* Cum hâc joculari & non vulgari Præfatione.

POETA AD LECTOREM.

*Miraris fortaſſe, Lector candidiſſime, cùm me tam lætum, hilarem, præque gaudio ferè pſallentem videas. Ne mireris, quæſo : ve-*

Ægid. Maſerii Comment. in Valer. Flacci Argonaut. *apud* Bad. Aſcens. (a) fol. . . . Pariſ. 1519.

Aul. Gell. cum Scholiis *Aſcenſianis* in ſingula capita collectis ferè ex Annotatis ſanè docti hominis Ægidii Maserii *Pariſienſis : in ædibus* Jodoci Badii. (b) fol. Pariſ. 1519.

ΠAN. OMNE. Joannis Alexandri *Braſſicani* Carmen : *ſumptibus* Joannis Knoblochi *Incolæ* Argentineñ. *formulis* Anshelmianis. (c) 4.to . . . . 1519.

Pon-

*nio ex* Elyſiis Bacchi *quidem monitu, qui, cùm iſthic* Euripidem *quæreret, in me & Au.* Persium *mortalium incuriam, negligentiam, ſocordiam ignaviámque accuſantes, fortè incidit (dolebamus namque Satyras noſtras adulteratas ſuiſque penitus numeris perturbatas corruptáſque legi) atque inquit, Salve,* Juvenalis, *ô euge, & tu* Persi, *ambo opportunè, bono ſitis animo.* ——— *Veſtræ enim Satyræ* Bernardi Juntæ *beneficio, qui ob ſuum maximum in bonas diſciplinas amorem eas, collatis in unum plurimis & illis antiquiſſimis Exemplaribus, caſtigandas excudendáſque curavit, ſunt in integrum ad veram lectionem reſtitutæ. Venio ergo* Persii *etiam nomine (ſic enim convenit inter nos) mortalibus congratulatum,* Bernardóque *gratias agimus; & ſi reviviſcere fas ſit* ——— *alias profectò ſcriberemus uberiores; ſuppeditatur enim hâc tempeſtate materia. Verùm has, quales quales ſunt, ſuſcipe* ——— *neque te obſcœnitates quædam noſtræ deterreant,* ὧν γὰρ ἀκούοντα ἔνεςιν αἱρεῖσθαι τὰ βελτίω, *invenies namque plurima, quæ ad humanæ vitæ inſtitutionem pertineant, & ex medio ferè Philoſophiæ fonte decerpta. Vale; ad inferos revertor.*

(a) Gesner. *Biblioth.*

(b) *Menſe* Octobri. Cum Badii ad Ludovicum Deberquinum *nobilium juvenum doctiſſimum & doctorum nobiliſſimum* Epiſtolâ : in quâ, *Nos* (ait) *quanquam vix manus cohibere potuimus, quin ſcintillam aliquam lucis* (obſcuris ſcil. locis) *inferremus, tamen ex* Italiâ *nuper emiſſis Exemplaribus ferme contenti fuimus. Maluerimus tamen* Plautinum *illum verſiculum, qui citatur Lib.* iii. *Cap.* iii. Nam me puero uterus erat ſolarium &c. *Pluſculos locos ex ſententiâ* Ludovici Cœlii Rhodigini *repoſui, & pauciſſimos ex meâ. Neque tamen nomen Antiquarii mihi vindicare volui cum iſtis novis Impreſſoribus, qui, quod majores noſtri ad levandos legentium labores & vocum ambiguitates tollendas excogitaverunt, ut ipſi labores mortalium augerent & ingenia confunderent, aut ſuſtulerunt, aut inverterunt.* ——— *Quis natus tam averſo ſole, aut tam obtuſo ingenio, ut non agnoſcat ab antiquis* quod, quam, que, *etam conjunctiones ſcriptitatas, & tamen, ut diſcrimen à nomine fiat, non damnandos, qui ſcribant* ꝑ, q̃, ꝓ *& id genus alia? Verùm inquient,* ꝑ, *quia vocali caret, nullam vocem continet; fateor, at vocis ſignum eſt nunc ab omnibus cognitum. Quòd ſi characteribus uti non liceat, quare iſti.* ſ. *pro* ſcilicet, n. *pro* enim, d. *pro* quingentis, *& ſexcentis Græcanicis utuntur, niſi ut ſe indicent inventæ luci tenebras præferre?* —— *Vale. Pridie Nonas* Septemb. M.D.XVII. (Quo nempe anno *Badiana* Gellii Editio præcedens prodiit) *Sed heus* Ludovice, *quod ſuperioribus annis vix potui, nunc tot ſollicitantibus amicis,* —— *lucernulas neſcio quas in* Noctes *iſtas* Atticas *concinnavi, ſufficiente mihi ferè oleum prædocto viro* Ægidio Maserio Pariſienſi ——— *Vale. Rurſus ex Chalcographiâ noſtrâ, ad* xv. *Calend.* Novemb. M.D.XIX.

(c) *Anno* (omiſſis majoribus numeris) xix. *Menſe* Aprili.

(a) Vol.

PONTANI Opera: *apud* ALDUM & ANDREAM *ſocerum.* (a) 8.° . Venet. 1519.

FRANCISCI PATRITII *Senenſis* Pontificis CAIETANI Enneas de Regno & Regis Inſtitutione: *operâ* PETRI VIDOUE *Chalcographiariæ artis peritiſſimi*, *impenſis* GALIOTI *à* PRATO *Academiæ* Pariſienſis *Bibliopolæ*. (b) fol. . . . . Pariſ. 1519.

ERASMI Opera, 9. Volumin. *apud.* Jo. FROREN. (c) fol. . . . Baſil. 1519.

ERASMI Latina Verſio metrica IPHIGENIÆ *in Aulide.* (d) . . . Londini. 1519.

Familiarium Colloquiorum Formulæ, & alia quædam per ERASMUM recognita: *in ædibus* THEODORICI MARTINI Aluſtenſis. (e) 4.to . . . Lovan. 1519.

Familiarium Colloquiorum Formulæ, & alia quædam per ERASMUM: *in ædibus* MICHAËLIS HILLENII HOOCHSTRATANI. (f) 4.to . . . Antverp. 1519.

ERASMI Apologia contra LATOMUM: *apud* HENRICUM STEPHANUM. (g) 4.to Pariſ. 1519.

PETRI *Bleſenſis* Opera ex recenſione JACOBI MERLINI: *operâ & induſtriâ magiſtri* ANDREÆ BOUCARD *impenſis* JOANNIS PETIT. fol. , . . Pariſ. 1519.

PHIL.

(a) Vol. I. 1518. *Menſe* Junio. Vol. II. *Menſe* Aprili. Vol. III. 1519. *Menſe* Septemb.

(b) 16. *Cal.* Maii.

(c) CAILLE, p. 34.

(d) FABRIC. *Biblioth. Gr.*

(e) *Cal.* Mart.

(f) *Cal.* April.

(g) CHEVILLER. p. 163.] „ *Henri* „ *Eſtienne* le pere, (à qui eſt dû cette „ loüange, qu'après avoir fait par ſon „ induſtrie pendant près de vingt ans un „ grand nombre de très-bonnes Impreſ- „ ſions, il a encore laiſſé après lui de ſes „ fils, qui ont porté l'Art à un point, „ où il ne reſtoit plus rien de conſide- „ rable à y ajoûter, pour le perfection- „ ner) imprima l'année 1519. in 4. l'*A-* „ *pologie d'*ERASME *contre* LATOMUS, *&* „ *contre* JEAN *d'*ATH. Il confeſſe inge- „ nûment

Phil. Melanchthon. de Rhetoricâ libri tres : *apud* Jo. Frobenium. (a) 4.to . . . . Baſil. 1519.

Ulrichi Hutteni Equitis *Germani* Poemation, cui titulus οὔτις *Nemo* : *apud* Jo. Frobenium. (b) 4.to . . Baſil. 1519.

Joannis Despauterii Ninivitæ Ars Epiſtolica: *per* Badium. (c) 4.to Pariſ. 1519.

Joannis Aventini, natione *Boii*, Rudimenta Grammaticæ, de Græcorum declinatione &c. ex optimis quibusque Authoribus collecta: *ERHARDUS SAMPACHIUS excudit*. (d) 4.to . . . Aug. Vindel. 1519.

Joannis Cocklei Rudimenta Grammatices: *apud* Jo. Knoblouch. (e) 4.to Argentor. 1519.

Aldi Pii Manutii Inſtitutionum Grammatic. Latin. libri quatuor ; Opusculum de Græco Alphabeto ; Introductio perbrevis ad Hebr. Linguam ; Erasmi libellus de octo partium Orationis conſtructione : *per Hæredes* Philippi Juntæ. (f) 4.to Florent. 1519.

Vulga-

„ nûment qu'il a fait quelques fautes „ dans cette Edition, & il n'en charge „ perſonne que lui-même, avoüant ſa „ propre faute, & diſant ſincerement : „ *Locis aliquot incuriâ noſtrâ aberratum „ eſt* : & fait ſon *Errata* de vingt fau- „ tes.

(a) *Menſe* Maio.

(b) *Menſe* Januario. Poematio illi ſubjicitur *Ulrichi* Hutteni ad *Julium* Pflugk Equitem Epiſtola, in quâ de ſtatu *Germaniæ* ſcribit, & ad finem hæc: Erasmus Baſileæ *agit*, *nova iterum cudens.* Philippus Melanchthon *præter ætatem eruditus juvenis* Vuittenbergam *accerſitus eſt*, *non illiberali ſalario Græcas litteras ut doceat. Quò etiam qui Hebraïca prælegat, quæritur.* Thomas Anshelmus Hagenovi Plinium *unà cum Indice typis excudit.* —— *Vale, & me ama.* Auguſtæ Vindelicorum. IX. *Calen.* Septembris. *Anno* M.D.XVIII. Quo prodiiſſe Fabricius (in *Bibliothec. Latin.*) teſtatur *Hagenoënſem* Plin. Hiſtor. Editionem *ex* Barbari *emendatione per* Jo. Baptiſtam Palmarium Plinio *diligentiùs, quàm in* Brixienſi *Editione factum, applicatâ. fol. cum Indice* Joannis Camertis.

(c) XIII. *Cal.* Novemb. Hanc Editionem aliâ poſteriorem fuiſſe liquet ex ipſius Despauterii ad *Jacobum* Sauvagium *Verviacenſem* Juris Pontificii Baccalaureum Epiſtolâ Bergis VII. *Idus* Junias *anno ſesquimilleſimo tertio decimo* datâ.

(d) Gesner. & Simler. *Bibliothec.*

(e) Gesner. & Simler. *Bibliothec.*

(f) *Menſe* Januario. Leone X. *Pont. Max.* Libello binæ præeunt Epiſtolæ ; prior

Vulgaria Guil. Hermani *Cæſarisburgenſis.* 4.to . . . apud Urbem Londini. 1519.

Inter prior *Joannis* Coleti S. *Paul.* Decani ad *Gulielm.* Lilium novæ Scholæ ab ipſo inſtitutæ Moderatorem primarium, M.D.XIII. data, quâ iſtum Libellum pueris profuturum commendat, ſed nullâ Erasmi mentione factâ; poſterior Erasmi ad candidos Lectores; quam hìc integram addidiſſe non gravabor. *Ipſâ re comperio verum eſſe, quod olim Græcorum Proverbio dictum eſt,* ἴυνοι' ἄνχιρ@ ἐδὲν ἴχθρας διαφέρει. *Video paſſim exoriri mei nominis, & quàm ipſe velim, ſtudioſiores, qui Libros mihi aſſerunt, quos aut non ſcripſi, aut non certè in hoc ſcripſi, ut ederentur. Vetus hic mos ſtudioſorum hominum, ut omnes animi affectus, chartis ceu fidis, ut ait* Flaccus, *ſodalibus committant. Neque protinus evulgari velimus, quicquid cum amiculo congerrone vel ſtomachamur, vel nugamur. Ediderunt Epigrammata, à me quidem ſcripta (non inficior) ſed non in hoc ſcripta. Ea (ſicuti conjicio) famulus ſuffuratus Typographis vendidit. Alius quispiam ex pauculis paginis iisque depravatiſſimè ſcriptis, velut ex Opere edito, dictu mirum, quàm multa citet & inculcet de ratione conſcribendarum Epiſtolarum. Et ut de cæteris minutioribus ſileam nuper hunc* περὶ συντάξεως *Libellum mihi velut poſtliminio vindicârunt, primitus nullius editum titulo. Quærebat* Joannes Coletus, *Theologus inter* Anglos *eximius, novæ Scholæ ſuæ novum de conſtructione libellum, qui ſimul & compendio pueris commendaretur & perſpicuitate. Eum ejus juſſu ſcripſerat* Gulielmus Lilius, *vir utriusque literaturæ haud vulgariter peritus, & mirus rectè inſtituendæ pubis artifex. Abſolutum ab illo mihi tradidit, immo obtruſit emendandum. Quid enim facerem, cùm vir ille rogandi finem non faceret, tam amicus, ut nefas eſſe ducerem quicquam negare precanti, tantæ verò authoritatis, ſic de me meritus, ut ſuo jure quidvis etiam imperare poſſet* Erasmo. *Quoniam autem ſic emendâram, ut pleraque mutârim, (nam id nihil videbam eſſe facilius) nec* Lilius, *ut eſt nimiâ quâdam modeſtiâ præditus, paſſus eſt Librum ſuo vulgari nomine; nec ego judicavi mei candoris eſſe, uſurpare mihi, in quo quicquam eſſet alienum. Proinde magnopere ſum interminatus cujusvis titulum aſcriberent, modò ne meum. Itaque recuſante utroque, liber* ἀνώνυμ@ *prodiit,* Coleti *duntaxat præfatiunculâ commendatus. Quem quidem libellum in præſentiâ nec laudaturus ſum, ne cui videar arrogantior, nec vituperaturus, ne parum candidus habear. Verùm hæc præfari viſum eſt, ne poſthac quisquam ut meum amplectatur, quod ipſe Præfatiunculâ mihi aſſero. Plus ſatìs erratorum & in iis quæ publicantur à nobis, ut nemo alius edat, quæ vel non ſcripſimus, vel non emendavimus. Bene vale, Lector amice,* Baſileæ III *Kalendas* Auguſti. M.D.XV. Ex tempore, quo datæ ſunt Coleti & Erasmi Epiſtolæ, conjicio illum libellum prodiiſſe primò ἀνώνυμον anno 1513; Deinde cùm idem Erasmo plerumque vindicaretur, recuſum fuiſſe anno 1515. cum hâc, quâ Erasmus interminatus eſt, ne ſuum nomen aſcribatur, Epiſtolâ: poſtea tamen & anno 1519, & ſæpius deinceps, eundem ſub Erasmi nomine vulgatum conſtat. Ad finem hujus *Florentinæ* Editionis adjicitur Introductio perbrevis ad Hebraïcam Linguam cum *Aldinâ* compellatione, in quâ Aldus ſtudioſis promiſerat ſe, *ſi hæc placuiſſe cognoverit, Inſtitutiones Grammaticas, Dictionarium, & ſacros Libros, Deo volente, daturum.* Sed ei (utì antea adnotavi) ſtare promiſſis non datum eſt. *Aldinum* prælum, utì & *Juntinum*, vix quicquam (quod ſciam) Hebraïcis characteribus, præter hanc Introductionem, emiſit.

Inter Typographos Latinis & Græcis jam paſſim per totam *Europam* litteris ſuus honos in *Germaniâ*, *Italiâ*, & *Galliâ* habebatur.

*Baſileæ*, VALENTINUS CURIO, ADAMUS PETRUS, JOANNES BEBELIUS, HENRICUS PETRUS, FROBENII, NICOLAUS EPISCOPIUS, JOANNES HERVAGIUS, & JOANNES VUALDERUS, iiſdem circiter temporibus inclaruerunt.

VALENTINUS CURIO anno 1522. Lexicon edidit Græcolatinum, cujus mentionem facit *Gourmontiana* ejuſdem anno proximè ſequente Editio. Græcas GAZÆ & URBANI Grammaticas (a) bis è prelo ſuo emiſit, ſingulas ſuâ Præfatione ornatas. In illâ repetitæ CONRADI (b) HERESBACHII caſtigationi fatetur ſe multum debere; huic (ann. 1530.) aurea PYTHAGORÆ Carmina cum Latinâ interpretatione præmiſit ex ALDO MANUTIO (ut agnoscit) *mutuata*. CURIONIS Inſigne Typographicum erat manus calamo tabulam exarans.

JOANNES BEBELIUS anno 1524. in Novi Teſtamenti Græci Editione artis poſuit fundamenta, quam denuo anno 1535. prælo ſubjecit. Præmittitur utrique JOANNIS OECOLAMPADII ad ſacrarum litterarum lectionem Exhortatio. Ut ſciat Lector, quorum adjumentis uſus fuerit BEBELIUS brevem ejus hìc adjiciam Epiſtolam.

JO. BEBELIUS *Lectori* S.

„ Habes, Chriſtiane Lector, Enchiridion totius Novi Teſta-
„ menti Græcè, meis quidem elaboratum manibus, ingenio verò
„ CEPORINI haud vulgariter de Linguis meriti probè caſtiga-
„ tum: ſumptus ad hoc *Joanne* VUATTENSCHNE, viro præ-
„ claro, liberaliter nobis ſuppeditante. Porrò ne Libellus hic En-
„ chiridii formam excederet, Vitas, Argumenta, atque id genus
„ adventitium apparatum omnem amovimus. Tametſi *Joannis*
„ OECOLAMPADII Theologi noſtri docta ac pia ad Chriſtianum
„ Lecto-

(a) GAZ. 1523. 1529. URBAN. 1524. 1530.

(b) Huic *Conrado* HERTZBACHIO *Michael* BENTINUS Epiſtolam nuncupatoriam ſcripſit ACRONIS in HORAT. Commentariis apud CURIONEM ann. 1527. excuſis præfixam; in quâ ſuum erga CURIONEM ejuſque Officinam ſtudium teſtatur, & HERTZBACHII à *Clevia* ac *Juliæ* Duce ad unicum ſuum filium inſtituendum delecti labores, quos tamen nonnulli inſectabantur, literarios laudat. BENTINUS etiam ſcribit ſibi antiqui, unde HORATII Vitam deſcripſit, Codicis copiam à *Joanne* SICHARDO factam.

(a) Nov.

„ Lectorem ſit adjecta Exhortatiuncula, ne Liber prorſus ἀκέφαλος exiret: Tu hæc noſtra qualiacunque auſpicia boni conſule, Lector candide: Atque novam parúmque notam hactenus, literariam Officinulam, in dies magìs magíſque tibi notam, ac tuo ſervituram uſui ſperato.

Habuit aliquando hoc (a) lemma [*Durum patientia frango*]. Elegit Inſigne Typographicum (b) Palmam, cum his verbis [*Palma* BEB.] ramis adversùs onus, quod eos deprimit, ſurſum erectis, in quibus (c) homo reſupinus cernitur contra onus impoſitum obnitens; nonnunquam leguntur (d) hæc moli eum deprimenti inſcripta [Verdruck mich armen nit] Hujus promptiſſimam induſtriam & ſedulitatem laudavit (e) JANUS CORNARIUS. Ejus Officinam ERASMO & GRYNÆO etiam placuiſſe conſtat ex Græcâ *Ariſtotelicorum* Operum (f) Editione, quam hic emendavit, ille (g) Epiſtolâ ad JOAN. MORUM inſcriptâ ornavit. Ex

(a) CON-

(a) Nov. Teſt. 1524.
(b) ARISTOPH. 1532.
(c) Epigr. Gr. Lat. 1529.
(d) BAYF Veſt. 1526.
(e) Lege ejus Epiſtol. præfix. Epigr. Gr. Lat. 1529.
(f) Ann. 1531.
(g) Hæc etiam habetur in ERASM. Epiſtol. pag. 1353.] ——— *Reliquum eſt, ut paucis attingam, quid hâc poſtremâ, hoc eſt,* Bebelianâ *Editione acceſſerit ſtudioſis. Principio fateor plurimum gratiæ deberi* ALDO, *qui primus omnium ſuâ induſtriâ typis evulgârit Auctorem, quo vix alius lectu dignior, nam antehac illum habebamus, ſed ita verſum, ut ad intelligendum* Delio, *quod aiunt*, natatore eſſet opus, *ſi modò excipias, quæ vertit* Theodorus GAZA, *in hôc genere feliciſſimus, &* Leonardus ARETINUS. *Nam* ARGYROPILUM *arbitror poſt Editionem* Aldinam *eam provinciam aggreſſum. Sed* Aldina *Volumina quoniam magno emebantur, ſubmovebant tenues Philoſophiæ Candidatos, nec ferè inveniebantur niſi in* Italiâ: *pòſt vix unquam reperiri cœperunt, divenditis omnibus aut certè pleriſque. At hoc præſtitit* Joannes BEBELIUS, *ut inæſtimabilem theſaurum typis multò elegantiſſimis evulgatum, quamlibèt tenuis non magno precio ſibi poſſit comparare. Imò non prorſus idem nobis prodiit* ARISTOTELES, *ſed multò quàm antea fuit emaculatior, idque potiſſimùm ſtudio, vigilantiâ, fidéque* Simonis GRYNÆI, *juvenis in omni genere literarum haudquaquam vulgariter eruditi: at non ſinè præſidiis fidelium Exemplariorum. Si quidem in* Dialecticis *adhibitus eſt emendatiſſimus Codex, in quo vix ulla fuit pagina, quæ non aliquod operæ precium attulit. In* Phyſicis Auſcultationibus *conſulta ſunt* SIMPLICII *Commentaria, & in hujus argumenti libro ſeptimo pro* Themiſtianâ *paraphraſi, repoſita ſunt ipſius* ARISTOTELIS *verba, idque ex auctoritate* SIMPLICII, *ut confidamus in his duobus Operibus aut nihil aut quamminimum fore quod Lector deſideret. In Libris* de Animalibus *loca non pauca repurgata ſunt, præſidio tranſlationis* Theodoricæ. *Liber τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ minimùm erat inquinatus mendis, niſi quòd huic Operi Auctor ipſe non videtur extremam addidiſſe manum.* Ethica ad NICOMACHUM *rectè habebant, nec admodum egebant emendatoris induſtriâ. Atque utinam licuiſſet in Opuſculis minutioribus omnes explere lacunas, &, quod depravatum erat, ad plenum reſtituere. Imò utinam liceret omnia, quæ in hujus viri lucubrationibus deſiderantur, adjungere. Certè quicquid ab* ALDO *fuit editum, hìc & ſolidum habetur, & multò caſtigatius, denique longè minori precio parabile. Id meo periculo non dubitem* polli-

(a) CONRADO GESNERO disco BEBELIUM, *poſtquam* Ariſtotelica & *plurima alia utriusque Linguæ Volumina maximo ſtudioſorum applauſu excepta publicaviſſet, negotioſo hôc vitæ genere relicto, tranquillius ſecutum fuiſſe.* Neſcio quo cognationis gradu JOANNES BEBELIUS HENRICUM BEBELIUM *Inſtigenſem*, cujus in ERASMI Epiſtolis (b) mentio, attigerit.

ADAMUS PETRUS JOANNIS FROBENII (c) olim Socius anno 1527. artem exercebat. Ejus operâ JOANNES SICHARDUS in PHILONIS (d) Libris aliquot Latinè vulgandis uſus eſt. PETRUS pro Inſigni Typographico, ad ſuum nomen (qui mos erat apud

*polliceri, meámque fidem facilè probabit diligens Lector, ſi non gravabitur conferre. Jam ſi quis expendat, quantis vigiliis, quantis ſudoribus, quantis etiam impendiis parata ſit hæc ſtudioſis omnibus commoditas, fatebitur plurimum & favoris & gratiæ deberi* Joanni BEBELIO, *qui, quum poſſit aliorum exemplo, frivolis ac mox emorituris Libellis venari præſens lucrum, maluit in egregios Auctores maximam facultatum ſuarum partem periclitari.* Lacon *ille nihil morabatur divitias de funibus penſiles: ſed haud ſcio an incertiora ſint, quæ pendent de chartis. Æquum eſt autem, ut omnes literarum ſtudioſi talium virorum induſtriæ faveant, & favendo ad ſimilia audenda ſtudeant accendere. Id fiet, ſi quanto ſtudio ille tantum theſaurum offert, tantâ aviditate rapiant, quibus illo eſt opus: & cui tandem non eſt opus? ut jam hoc multò magis ſit favere ſibi quàm* BEBELIO.

(a) Lege Epiſtolam, quam ei & ISINGRINIO nuncupatam præfixit ſuo libro de Dialectic. in Pandect.

(b) Lege *Henr.* BEBEL. Epiſtol. ad ERASMUM ex *Tubingâ* ann. 1515. (p. 1536.) & *Thom.* POLY ad ERASM. *Londino.* 1532. (p. 1752.) in quâ illum BEBELIUM ſcribit *ſecum nuper fuiſſe*, non addito HENRICI nomine quod nec additur in ERASM. Epiſtolâ (p. 1747.) anno 1530. datâ; in quâ hæc: ——— BEBELIUS *edidit Epigrammata Græca à ducentis verſa, inter quæ ſunt aliquot* CANII, *ſed aliquot puerilibus vitiis reſperſa. Adeò verò ſibi placebat, ut mihi non dignaretur oſtendere.* Indicis ad calcem ERASM. Epiſtol. adjuncti Author hæc ad *Henricum* BEBELIUM refert. *Joannes* quidem BEBELIUS anno 1529. edidit ſelecta Epigrammata Græca Latinè à variis verſa, inter quæ tria ſunt CANNII: Sed Verſionum Authores non ſunt plures ſexaginta; quorum nomina hìc alphabeticè enumerare libuit.

ÆDITUUS, PET. ÆGIDIUS, ALCIATUS, M. APIARIUS, ARNOLDUS *Veſalienſis*, AUSONIUS, BENTINUS, BERGIUS, *Germ.* BRIXIUS, *Gerard.* BUCOLD, *Anto.* CALCATERRA, N. CANNIUS, *Jan.* CORNARIUS, *Pet.* CRINITUS. B. DARDANUS, ERASMUS, *Fauſtus* ANDREL. *Pompo.* GAURICUS, GAZA, JO. GAZOLDI, GELLIUS, C.GERMANICUS, *Aug.* GUARINUS *Veronenſ.*, *Georg.* HERMONYMUS, HERM. *à Novâ Aquilâ* Co., Interpres LAERTII, Interpres STRABONIS, LABERIUS. *Chriſt.* LANDINUS, *Jan.* LASCARIS, G. LILIUS, LUSCINIUS, *Gulielm. de* MARÂ, M. V. MARTIALIS, MARULLUS, *Philip.* MELANCHTHON, MORUS, OVIDIUS, *Janus* PANNONIUS, *Fran.* PHILELFUS, *Jo. Bap.* PIUS, Poeta anonymus, antiquus, Author Priap. POLITIANUS, *Portius* LIGINIUS, QUINTIANUS, *Raynutius* ALEMANUS, *Beat.* RHENANUS, *Jac.* SANNAZARIUS, *Barptolom.* SIMONETA, *Jo.* SLEIDANUS, *Jo.* SOTER, *Laur.* VALLA, C. *Urſ.* VELIUS, VIRGILIUS, VITUS, *Raph.* VOLATERRANUS.

(c) Vol. I. *Annal. Typogr.* p. 221.

(d) In hujus Editionis fronte hæc leguntur; *Quod ſummis vigiliis, optime Lector, aſſequi potuimus, id abunde per nos eſt præſtitum; alienam verò culpam nobis, quâ es humanitate, non imputabis. Vale, & expecta hujus generis à nobis & majora & emendatiora.*

(a) *Je-*

apud Typographos familiaris) alludenti erat Malleus petram contundens, ore in eum flammas deſuper vomente, cum hoc (a) textu:

הלא כה דברי כאש נאם יהוה וכפטיש יפוצץ סלע :

Οὐκ ἰδοὺ οἱ λόγοι μου, ὥσπερ πῦρ φλέγον, λέγει Κύριος, καὶ ὡς πέλυξ κόπτων πέτραν;

*Nunquid non verba mea ſunt, quaſi ignis, dicit Dominus, & quaſi malleus contra petram?*

Eodem hôc ann. ſcil. 1527. in filii HIERONYMI PETRI gratiam quoſdam Latinos rei Grammaticæ Scriptores excudit; quem in Epiſtolâ præfixâ ſic affatur: ADAMUS PETRUS HIERONYMO PETRO *filio dulciſſimo S. D.* —— *Diu nos tenuit dubitatio, dulciſſime fili, quânam viâ ingreſſi litteris, quibus tu nunc initiaris, quáſque publicus quidam caſus graviſſimè quotidie affligit, opem aliquam adferremus: cùm hactenus nihil, quod huc pertineat, non tentaverimus, ut ſi aliàs nihil aſſequeremur, diligentiam ſaltem noſtram in proferendis optimis quibusque Autoribus ſtudioſis literarum probaremus: cujus gratiâ cùm labore eſſemus perfuncti longè maximo in* PHILONE, *ejúsque farinæ reliquis, quos nunc magnâ ſumptuum, vigiliarúmque impenſâ parturimus: & viderem hoc ſcripti genus per ætatem tibi minimè convenire, libuit tandem ſubciſivos aliquot dies tibi, tuæque indoli addicere, de quâ incredibile eſt dictu, quam ſpem conceperim; & imitari eos, qui difficili aliquâ confectâ viâ, ut ſe recipiant, in umbram aliquò ſe abjiciunt, aut confabulatiunculâ ſe reparant ad id quod reliquum eſt viæ. Ita cùm viderem paulò pòſt graviſſimorum mihi Autorum Editionem incumbere, & à ſeveris illis necdum ſatìs ad me eſſem reverſus, in manum ſumpſimus de re Grammaticâ Libellos impendio eruditos, & qui ſi nullâ aliâ virtute placerent, brevitate tamen ipſâ gratiam eſſent merituri: aut ſi præter ſententiam omnia caderent, id tamen quod vix nobis perſuadere poſſumus, utut ſe inſtituant nonnullæ literarum publicæ faces, ſaltem* equitans *interim, ut ille dixit*, in longâ arundine, *in utranque aurem indormiſcerem. Habes ergo paterni in te animi ſponſorem, Libellum eruditum* &c.

HENRICUS PETRUS, qui anno 1529. innotuit, ADAMI filius idem cum patre habuit Inſigne typographicum.

Huic ſeptimum ſuarum Pandectarum Librum de Muſicâ CONRADUS GESNERUS dedicavit.

(a) *Jerem.* C. XXIII. ℣. 29.

*Eximio Typographo* Baſilienſi HENRICO PETRO,
*de bonis ſtudiis optimè merito, Domino & Amico ſuo chariſſimo,*
CONRADUS GESNERUS *S. D. P.*

*Cùm fama ſuperioribus annis, quo tempore primum Bibliothecæ Tomum conſcribebam, incerta ad nos veniſſet de clariſſimi & doctiſſimi viri* Henrici GLAREANI *Poetæ laureati Muſicâ, non rectè dubius mecum eram, ſuóne Marte & per ſe hoc Argumentum tractâſſet, an Commentariis Veterum aliquem illuſtrâſſet: utrumque enim à* GLAREANO, *ſi à quoquam alio, feliciſſimè poſſe præſtari non ignorabam: nunc verò Volumine illo pulcherrimo in lucem ex Officinâ tuâ ædito, non ipſius modò Marte conſcriptum, ſed hâc in Scientiâ perfectiſſimum & longè doctiſſimum eſſe intelligo. Quanquam enim ego ipſe his de rebus judicii nihil habeam, eruditorum tamen ſententias, quas quidem ſæpe conſulo, facilè & libenter ſequor. Propter hoc igitur Opus, quocum ex fœcundiſſimâ Officinâ tuâ perpulchre nato, tota ferme veterum Latinorum & Græcorum Muſica renata videtur, & propter* Severini BOETII *de Muſicâ libros quinque, quos cum omnibus ejusdem ſcriptis evulgâſti, non ineptè futurum exiſtimavi, ut Liber hic de Muſicâ, ſeptimus Partitionum noſtrarum, in tuo nomine appareret. Quòd autem ſimpliciter & ſine arte hoc facio, tu ipſe mihi in cauſa es. Tanta enim tua in me humanitas eſt, & multis jam annis fuit, tot tantáque beneficia tua, ut his pignoribus de familiari prorſus & candidiſſima inter nos amicitia nihil diffiſus,* ἄνευ παθῶν καὶ προοιμίων *animum tibi meum, qualis qualis eſt, audacter exponam. Hoc interim non tacendum mihi eſt, licèt vel Medica vel Theologica vel aliâ quævis merito tibi tuo nuncupâſſem, cùm in omni propè Scientiarum genere, Latinè, Græcè, Hebraïcè, & Germanicè, tu & felicis memoriæ pater tuus, multa præclara Volumina excuderitis, non alium tamen præter te, cui præſentem hunc Libellum æquiùs inſcriberem, reperiſſe. Proinde quicquid hoc eſt munusculi, tu tantò humanior liberaliórque (nam & in parvis donis non aſpernandis liberalitas quædam ſita eſt) quantò Libellus ipſe tenuior, hilari, quæſo, fronte ſuscipere & aliqua Bibliothecæ noſtræ pars eſſe digneris. Locus hic poſtulabat cæteros quoque omnes vel plurimos & ſaluberrimos Libros qui ex uberrimo Officinæ tuæ fonte manârunt, nominatim referri, utpote in omnem poſteritatem memorari digniſſimos, ſed neque Catalogus eorum ad manum mihi nunc eſt, neque moram illam Librariorum opera patitur. Dicam tamen ex innumeris pauca, quæ ex tempore mihi occurrunt. In re medicâ abs te habemus,* ALEXANDRUM TRALLIANUM, [1] CONSTANTINI Afri *Opera omnia*, [2] JO. SERAPIONEM (*quem* JANUM Damascenum ALBANUS TORINUS *inſcripſit*) [1] Sym-

[1] Ann. 1536. fol. Vide SIMLER. *Biblioth.* [2] 1543.

[1] 1547.

[1] Symphoriani CAMPEGII *Practicam*, *ut vocant* (*cujus etam* [2] *de omnibus ferè Artibus liberalibus & Philoſophiæ partib. Librum ædidiſti*) [3] MARCUM GATINARIAM, CLEMENTINUM, ALEXANDRI BENEDICTI *Opera omnia Medicis certe neceſſaria*, THEOPHILUM de urinis, [4] PHILARETUM de pulſibus, [5] Jo. DANTZII *Dialogos* 4. *& Tabulas* 15. de facultatibus ſimplicium Medicamentorum: *& alias in* Meſuen: *& alia non pauca medica*, *quæ jam non memini. Item* [6] C. SOLLII SIDONII APOLLINARIS *Opera*, AURELIUM PRUDENTIUM, [7] T. LUCRETIUM, SILIUM *Italicum*, [8] STATIUM, CATULLUM, TIBULLUM, PROPERTIUM, *&c. Multos* PETRI ARCOPŒI, *multas denique doctiſſimi viri* SEBASTIANI MUNSTERI, *vitrici tui lucubrationes*; *quarum poſtrema* Chronicorum *vel* Geographiæ *titulo maximo paſſim applauſu excepta eſt. Generi quoque tui* HIERONYMI CURIONIS *Opera aliqua*, *quæ ipſe aut parens ejus & vitricus excuderunt*, *hìc enumerarem*, *niſi peculiarem ei de Aſtronomiâ Librum deſtinâſſem. Faxit* CHRISTUS, *à quo uno ſumma felicitatis noſtræ pendet*, *ut feliciter optimis ſtudiis inſervire*, *& nova ſubinde quæ ad gloriam Dei & fructum ſtudioſorum pertineant*, *Volumina publicare pergas. Vale.* Tiguri, *tertio Calendas* Februarii, *anno* 1548.

Ex hâc Epiſtolâ conſtat HENRICUM PETRUM ADAMI filium, MUNSTERI generum, HIERONYMI CURIONIS vitricum fuiſſe.

Ad *Frobenianam* nunc accedo Familiam, quæ florentem magni ſui parentis Officinam vetuit cum ipſo occumbere: cujus famam incolumen tueri HIERONYMUS & JOANNES FROBENII cum ſororio ſuo EPISCOPIO vitricóque HERVAGIO, ſociatis laboribus ſtuduerunt.

HIERONYMUS & JOANNES ERASMUS FROBENII, anno poſt defunctum patrem proximo, Sancti AUGUSTINI Operibus, quæ incœpta & vigili ſtudio continuata huic non licuit ad finem perducere, extremam manum impoſuerunt, opitulante ERASMO, cujus ardens in FROBENIUM viventem ſtudium erga liberos affinésque defuncto ſuperſtites nunquam deferbuit. Id ex (a) ipſis ERASMI verbis faciliùs apparebit. *Equidem nihil minus habebam in animo*, *quàm hanc capeſſere provinciam. Deterrebat immenſa Voluminum moles*, *& Operis difficultas juvenile robur*, *ac prorsùs adamantinum quendam*

[1] 1547. 8.° [2] 1537. [3] 1537. [4] 1533. [5] 1543. [6] 1542. [7] 1531. [8] 1541.

(a) Epiſtol. S. AUGUST. præfix. ad ERASM. Epiſtol. pag. 1251. Archiep. *Toletan.* ann. 1529. dat. Vide

(a) ERAS-

dam hominem exigebat ; me verò jam & ætas & valetudo ab hôc genere laborum in totum dehortabatur. Sed felicis memoriæ JOANNES FROBENIUS, vir ob ſingularem erga ſtudia favorem omnium ſtudioſorum amore perenni dignus, tandem illud à me precibus extorſerat, ut in Epiſtolis unicum ſenionem emendarem, quo poſſet Operis ſpecimen in proximis nundinis oſtendere. Pollicitus ſum, ſed hâc lege, ne quid ſperaret amplius. Annuit. Cæterùm quum perſpicerem illi certum eſſe conſilium, Volumen Epiſtolarum abſolvere, neque quenquam eſſe paratum, qui poſſet, aut certè vellet, emendandi partes obire, vicit animi deſtinationem cùm ſingularis amici pertinax voluntas, tum ipſa negotii pietas. Hoc Volumen totum ad me recepi, ſed unicum, etiam atque etiam teſtificans, ut ſi pergere vellet, alium inveniret Caſtigatorem, nec me ſuo quoque diſpendio, non modò ſtudiorum, à melioribus curis avocaret. Quid multis? quum nullus exſiſteret, qui vellet eam ſarcinam in humeros tollere, & JOANNES FROBENIUS aſſeveraret, ſtare ſententiam, ut ſi non daretur aliud, totum AUGUSTINUM, qualis qualis erat, rurſus excuderet : ego, partim amici reſpectu, cui nihil pernegare valebam, ſed multò magìs inexpiabile piaculum eſſe reputans, ſi tam eximius Eccleſiæ Doctor, tot mendis obſitus, tantis impendiis denuo prodiret in orbis theatrum, hôc inſigniore deformitate notabilis, quò magìs elegantiâ formularum, ac majeſtate Voluminum oculos omnium ad ſe rapturus eſſet, perinde quaſi purpuram eximiam oſtendas fœdis maculis deformatam, paſſus ſum imponi mihi clitellas. Tandem ubi tantum pelagus ingreſſus ventis vela dediſſem, longè plus, quàm exſpectâram, comperi difficulatis, ut non ſemel animum deſponderim, déque deſerendis inſtitutis cogitârim, ad quod ipſum evidens etiam valetudinis periculum invitabat, aut, ut rectius dicam, compellebat. Jam me terrebat & exemplum JOANNIS FROBENII, quem videbam huic immortuum negotio, virum alioqui cùm firmo corpore, tum vitâ longiſſimâ dignum. Verùm, quod primâ fronte deterrebat à negotio, hoc ipſum propiùs conſideranti ſtimulos addebat. Non enim oportet bonorum virorum amicitiam vitæ ſpacio terminari, præſertim quum hujus difficillimi negotii moles in filios illius HIERONYMUM & JOAN. ERASMIUM, reliquóſque liberos eſſet devoluta, quibus hoc minus oportebat deeſſe, quòd tali patre eſſent orbati : nam quicquid erat erga FROBENIUM affectûs, in hos transtuli. Itaque obfirmato animo, ſic ut Operi tam ſacro ſatius ducerem animam impendere, quàm ſemel ſuſceptum non abſolvere, tædium omne devici : quóque ſum altiùs ingreſſus, hôc labor aſſuetudine factus eſt levior, ipſo, ut opinor, AUGUSTINO cœptis noſtris proſperâ favoris aurâ cœlitus adſpirante, donec tandem procul aperiret ſeſe portus, in quem propitii Numinis auxilio delati, lætum celeuma nunc canimus. (a) JOANNES

FRO-

(a) ERASMUS Henrico BOTTEO L. L. Doctori. 22. Decemb. ann. 1527. Vide Epiſtol. pag. 1049.

(a) Lege

FROBENIUS, *vir ornandis ſtudiis natus, nos reliquit, non ſinè dolore meo; ſed tamen dum morbi genus, (erat enim paralyſis) dum hoc ſeculum turbulentiſſimum cogito, magìs gratulari libet erepto, quàm deflere abreptum. Orſus erat ingenti ſumtu totum* AUGUSTINUM, *nec optabat longiorem vitam, quàm donec abſolviſſet. Sed Deus illi, ut ſpero, melius aliquid providit, quàm optabat. Officinæ tamen molem* HIERONYMUS *filius & ego ſuſtinemus.*

ERASMUS quidem conqueritur (a) *defuncto* JOANNE FROBENIO *totam Officinæ rationem mutatam eſſe.* Non tamen ceſſat HIERONYMO conſtanter & operâ & conſilio adeſſe. Ejus (b) *hortatu* HIERONYMUS FROBENIUS *nactus eſt formulas Græcas aliquanto feciliores; &, niſi* AUGUSTINO πολυγραφωτάτῳ *vix ſeptem præla ſufficerent, ſub ver prodiiſſet aliquod Opus mediocre* CHRYSOSTOMI *Græcum.*

HIERONYMO præter ERASMUM (c) alii etiam viri eruditi

(a) Lege (p. 1159.) ejus Epiſtol. *Haioni* HERMANNO *Phryſio.* ann. 1529.

(b) Lege (p. 1127.) ERASMI Epiſtol. ad *Livinum* AMMONIUM *Cartuſienſem* 2. Octob. ann. 1528.

(c) Inter *Petri* BEMBI Opera, 8. *Baſil.* 1567. per *Thomam* GUARINUM (pag. 652.) ſequens legitur Epiſtola.

P. B. HIERONYMO FROBENIO *Officinæ Librariæ Magiſtro S. P. D.*

*Quòd à me per Litteras* VIGLII *Jureconſulti ſuaſu petiiſti, ut Libros priores ſex* Livianæ 3. *Decadis manuſcriptos perquirerem; & ſi haberi poſſent, ad te mitterem, fuit mihi gratum. Diu enim eſt, cùm te diligo, facióque plurimi; diligentiáque tua, quam adhibes in juvandis bonis artibus Librorum probè incuſſorum ſuppellectili, vehementer mihi quidem probatur. Itaque quoniam eos ego Libros non habebam, quæſivi à nonnullis, ac demum repertos Librario dedi meo deſcribendos. Eorum ille complures jam paginas cùm deſcripſiſſet, collatis Codicibus deprehendi nihil boni illis ineſſe, quod non haberent ii Libri, qui ex* ALDI *Officinâ* * *quindecim abhinc annis parvâ ſub formâ exiere; mali verò ac errati ſanè plurimum. Quamobrem ne tibi meâ diligentiâ laborem ſupervacaneum adjungerem, Librarium continui. Equidem doleo hâc in re, quam à me unam expetiveris, me tibi ſatisfacere non potuiſſe. Tu verò, ſi me amas,* FROBENI, *propterea ne deſtiteris; ſiquid poſthac erit, in quo meâ tibi operâ opus ſit, à me omnia expecta amici hominis officia. Non fallam expectationem tuam.* VIGLIO *multam ſalutem. Vale. Cal.* Jul. M.D.XXXIIII. Patavio.

* Ann. 1519.

LIVIUS antea prodierat ex Officinâ *Frobenianâ* anno 1531. cujus Editioni *Carolo* MONTJOIO nuncupatæ præfatus eſt ERASMUS. Ejus Epiſtola legitur inter reliquas p. 1358. —— *Viſum eſt tuo nomini dicare* TITUM LIVIUM, *Latinæ Hiſtoriæ Principem, jam quidem frequenter excuſum, ſed nunquam antehac vel magnificentius vel emendatius: & ſi hoc parum eſt, quinque Libris modò repertis auctum; quos bono quodam genio in Bibliothecâ Monaſterii* Lauriſſeni, *aut, ut vulgò,* Lòrſenſis, *reperit* Simon GRYNÆUS, *vir ut in omni genere literarum citra ſupercilium eruditus, ita provehendis liberalibus ſtudiis natus. Id autem Monaſterium eſt è regione* Wormaciæ, *ſive* Borbetomagi *trans* Rhenum, *à* CAROLO *magno ſeptingentis abhinc annis & eo amplius exſtructum, ac Librorum copioſiſſimâ*

* Ann.

ti favebant ; & eandem huic , quam antehâc patri operam in Officinâ

*mâ ſupellectile inſtructum ; nam hæc olim præcipua cura Principum fuit, & hic ſolet eſſe chariſſimus Cœnobiorum theſaurus. Archetypum erat admirandæ vetuſtatis , priſco more perpetuâ literarum ſerie ita depictum , ut difficillimum fuerit verbum à verbo dirimere, niſi docto, attento, & in hoc ipſum exercitato. Unde non parum negotii fuit in parando Exemplari , quod typographicis Operis traderetur utendum. Nec minore curâ quàm fide advigilatum eſt , ne uſquam in deſcribendo ab Archetypo recederetur. Quod ſi pridem magna ſtudioſorum gratulatione merito exceptum eſt qualecunque fragmentum , quod nobis dedit* * Moguntia , *quanto plauſu excipi par eſt tantam* Livianæ *Hiſtoriæ acceſſionem ?*

Et Erasm. Epiſtol. p. 1479.] Petrus Bembus Erasmo S. P. D. —— *Binas à te literas accepi : unas jam pridem , quibus mihi* Frobeniorum *curam & diligentiam , tum verò etiam petitionem* Livianis *Libris imprimendis commendabas , ad quos cùm reſcripſiſſem (ad me enim ſcripſerant) reſpondere tuis Literis diſtuli proximè alteras , quarum priore paginâ te purgas de illâ ipſâ* Frobeniorum *commendatione tuâ* — Frobeniis , *ut ad antiquiores tuas Literas poſtremò reſpondeam , in eo quod petebant , eſſe uſui non potui. Neque enim* Livianos *Libros habebamus ullos manuſcriptos , qui non minùs probi eſſent , quàm ab* Aldo *impreſſi , qui ſunt in omnium manibus. Sed de totâ re non dubito , quin te illi certiorem fecerint.* ——— Patavio 11. Novemb. 1533.

Erasm. Epiſtol. pag. 1469.] Jacobus Sadoletus *Episcopus* Carpentoractenſis Erasmo S. P. D. ——— *De ingreſſione* [Commentariorum ſcilicet ſuorum in I. Pauli Epiſtolam] *nihil mallem, quàm id quod tu mihi conſulis , ut apud* Frobenium *tranſigeretur res : certus enim ſum , nuſquam meliùs : neque ſumtu permoverer , ſed pudore quodam afficior propter bonitatem & modeſtiam* Gryphii, *qui mihi totus deditus planè eſt. Quamquam erit hâc quidem de re ſpatium deliberandi.* ——— Carpentoracto. 9. Jun. 1533.

Et pag. 1715.] Erasmo Leonardus Casperotus S. ——— *Equidem pro tuo monitu* Hieronymo Frobenio *adeſſe ſtudui, venaturienti vetuſta alia Exemplaria ; ſed quàm invita Delia , eſt quod doleam ego atque ille queruletur :* D. Reginaldus Polus *aliquantò magis (nam is poteſt) affulſit propitius ; quippe unde Indicum quorundam viſurus eſt gratiſſima Exemplaria, putà Bibliothecæ* Romanæ , Florentinæ *atque* Venetæ, Patavini *Monachi, penès quos ſunt abſtruſiora , undequaque ſunt inexpugnabiles* ——— Patavio 6. Jun. 1526.

Inter Erasm. Epiſtol. (pag. 1126.) Vives Erasmo. —— Hieronymum *ſalutabis meis verbis. Si non libenter ſcribit , nihil eſt quod ſe defatiget reſpondendo meis Literis. Doleo mea Opera Officinæ iſti fuiſſe vel damnoſa, vel parum quæſtuoſa. Poſthac dabitur à me opera , ut ne ampliùs ſim ei moleſtus : & ſi qua poſſim , non deſim ejus utilitabus : id quod libens recipio me pro virili parte meâ facturum. Quòd verò illi ſcripſeram , in cauſâ fuit* Franciſcanus *quidam , qui nuper* Baſileæ *fuit tui videndi gratiâ. Is narravit* Hieronymum Frobenium *cupere mea ab ſe excudi* &c. ——— Brugis 1. Octob. *ann.* 1528. Et (pag. 1162.) Erasmus Joanni Letzero. —— *Auxit hanc fiduciam tua ſingularis humanitas* —— *ab* Hieronymo Frobenio *prædicata.* ——— Baſil. 8. Mart. *ann.* 1529. Et (pag. 1262.) Erasmus Germano Brixio S. —— *Seceſſus tuus non levi fuit incommodo* ——— *quod negotium de* Chrysostomo *vertendo, quod multis de cauſis maturatum cupiebamus , huc uſque prorogatum ſit. Nunc res in eum devenit locum, ut neſciam quid conſilii capiam.* Hieronymus Frobenius *ſummâ contentione hoc mecum agebat ; ut eos Commentarios vertendos ſuſciperem. Id quum pertinaciſſimè recuſarem, ſuaſi ut prima pars ad te mitteretur , ſimúlque tuum animum exploraremus, an totum Opus velles ſuſcipere. Quum urgeret interim ille, nec iſtinc quicquam afferretur reſponſi , poſteriorem Voluminis partem commiſimus* Simoni Grynæo , *juveni* ad-

* Ann. 1518.

* Fa-

*adprime docto , qui abſolvit quod deerat Homiliis in Epiſtolam ad* Corinth. *priorem. An is orſus ſit , & quouſque progreſſus mihi non liquet. Rurſus ut ille nihildum attigerit Operis , poſteaquam tu non pateris tibi ullum præſcribi temporis modum , haud ſcio an Typographorum rationes hoc patiantur. Probo quod mavis , ut ſcribis , tuæ famæ , quàm Typographorum emolumentis conſulere , quod conſilium utinam ego ſemper fuiſſem ſequutus. Sed illis nihilo vilius eſt lucrum quàm nobis fama. Nam mihi quidem alioqui hâc in re nec ſeritur , nec metitur , niſi quòd Exemplar non mediocri ſumtu meo deſcriptum gratis communico. Nunc tibi ſtatuendum eſt , an velis tuo arbitratu Opus abſolutum iſthìc edere , an committere , ut* FROBENIUS *totum Opus ab aliis verſum excudat ſuo tempore ; decrevit enim ad Mercatum Autumnalem proximum.* —— Friburg. 30. Janu. *ann.* 1530. Et (p. 1308.) Idem ad eund. de *Veronenſi* CHRYSOSTOMI Editione agens —— *Conatus ſum hoc* (ſcil. CHRYSOSTOMI Impreſſionem) *aliquando perſuadere* Aldinæ *Officinæ moderatoribus , ſed fruſtra. Eàdem de re ſæpius egi cum* FROBENIIS, *ſed hactenus ſurdis cecini fabulam. Quo magis gaudeo , quòd Deus hanc mentem immiſit optimo viro , nósque per illum votorum compotes fecit.* CHRYSOSTOMUS *Latinè loquens jamdudum prodiit ex Officinâ* * Frobenianâ. —— *Quum mihi viderer perſpicere* Frobenianam *Officinam prælis non paucis operoſam , plurimum Voluminum abſumere , Commentarios in Epiſtolam ad* Romanos *miſimus in* Brabantiam, *quæ jam habet aliquot huic negotio pares , ſed voluptatum quàm honeſtiſſimorum laborum ſtudioſiores. Itaque quibus datum erat negotium , nobis dedere verba , ac poſt ſex demum menſes remiſerunt Græcum Codicem : alioqui ejus Operis portionem aliquam mihi deſumſiſſem , huc vehementer urgente* FROBENIO —— *Quod ſi maximè prodeat* CHRYSOSTOMUS *Græcè loquens , id quod neſcio quo pacto mihi nondum audeo polliceri , non eſt cur ea te res ad vertendum reddat pigriorem , quandoquidem hunc laborem non tuâ propriè cauſâ , ſed potiùs utilitatis publicæ reſpectu ſuſciperes. Reor autem Latinam Editionem hóc fore vendibiliorem , ſi Græca prodierit : ſcis enim perpaucos eſſe , præſertim inter Theologos , nam his potiſſimùm hoc Opus paratur , qui tam expeditè Græcam calleant Linguam , ut non malint Latinam , præſertim ubi properant. His igitur jucundum erit conſulere Græca , ſi quid occurrat depravatum , aut parum bonâ fide redditum ab Interprete. Si quidem in confeſſo eſt , pleraſque hujus viri lucubrationes verſas ab his , qui nec Romanum Sermonem nec Græcum ſatis calluerunt. —— Nacti ſumus* Baſileæ *virum exquiſitè doctum parique modeſtiâ ,* Symonem GRYNEUM, *cui partem negotii delegavimus : & ille quidem nihil non eruditè , ſed in ſacris Auctoribus neſcio an perinde ſit exercitatus. Porrò* FROBENIUS *non tam eruditionem requirebat quàm famam.* Germani BRIXII *nomen jam illuſtre eſt , & Librum emptori per ſe commendat. Magnum lenocinium eſt Auctor gratioſus. Non detrectabat operam* OECOLAMPADIUS; *verùm hic titulus apud multos etiam à probis mercibus alienat emptorem. De Monacho non ita magni refert , niſi quòd Typographus , cui lucrum ſcopus eſt , optabat illìc* OECOLAMPADII *quàm minimum eſſe.* —— *De Card. Cancellario nondum ſat ſcio an rectè divinârim , certè nullam ille unquam parum amicæ mentis in me ſignificationem dedit.* Frobenianæ *tantum petitioni fuit ſurdaſter , cujus cauſam egi per Literas , ſed amico obſequens veriùs quàm meo animo , & ita ut ſatis præ me ferrem hoc negotii nihil ad me pertinere.* —— *apud* Friburgum Brisgoæ. 5. Septemb. *ann.* 1530.

Et pag. 1370.] ERASMUS LAZARO BAYFIO. S. —— Benedictus *bonâ fide tuas Literas reddidit ; ſed idem reddidit Commentariolum* De Valorum generibus , *cujus pridem in Literis ad me tuis ſpem feceras , unà cum Libello* De Veſtibus , *locis aliquot tuâ manu caſtigato. Sed quum Appendix illa , præterquam quòd erat indiligenter ab Amanuenſi tuo deſcripta , videretur etiam imperfecta , non auſus ſum Typographis committere. Cæterùm quoniam ille conſtanter aſſeverabat te Librum in hoc tradidiſſe , ut , ſi vellem , hic excuderetur , perlegi non indiligenter , & ſi quid comperiſſem Amanuenſis inſcitiâ commiſſum , emendavi ,* FROBENIÓque *commiſi.* —— *apud* Friburg. Brisg. 13. Mart. *ann.* 1531. Liber *de re Veſtiariâ* prodierat antè primùm ex Jo. BEBELII Officinâ 1526.

Et

* FABRICIUS in *Bibliotheb. Gr.* agnoſcit nullam *Frobenianam* anno 1530. antiquiorem.

Et pag. 1416.] *Idem* REGINALDO POLO. S. —— *Reverſus ex* Angliâ SIMON GRYNÆUS *nonnihil expoſtulavit mecum, quòd, cæteris amicis quum ſcriberem, te præterierim, cui meritò debetur inter præcipuos locus præcipuus* —— Hieronymus FROBENIUS *meo ſuaſu excudet totum* BASILIUM *Græcum, qui mihi inter ejus ætatis Scriptores unicè placet: nam* CHRYSOSTOMUS *habet neſcio quid ſubmoleſtæ* πολυμυθίας, GREGORIUS Nazianzenus *nonnihil affectatæ argutiæ, atque id magnâ ex parte ſitum in verbis: in* BASILIO *nihil eſt, quod offendit.* —— Friburg. Briſg. 25. *Aug.* 1531. BASILIUS prodiit ann. 1532. cum ERSMI ad *Jac.* SADOLETUM Episc. *Carpentoract.* Præfatione; quæ legitur inter ERASM. Epiſtol. p. 1433. —— *Quum mihi perſuaſiſſem haud mediocrem utilitatem & ſacris ſtudiis & Chriſtianæ pietati acceſſuram, ſi non umbra* BASILII, *ſed ipſe* BASILIUS *in manibus omnium verſaretur, perſuaſi* Hieronymo FROBENIO *atque hujus ſocio* Nicolao EPISCOPIO, *ut quicquid ejus perveſtigari poſſet, typis evulgarent.*

Et pag. 1420.] *Idem Episcopo* Rivenſi *S.* —— *Sudatum eſt pridem à* FROBENIIS *in reſtituendo* JOSEPHO *Hiſtoriographo cumprimis celebri, ſed comperimus illum inſanabiliter depravatum, niſi ipſum Græcè loquentem adhibeamus.* RUFFINUS *quidem nihil unquam vertit bonâ fide, ſed in hòc Auctore videntur multi ſuo luſiſſe arbitrio. Eum accepimus in tuâ Bibliothecâ Græcum eſſe, cujus Codicis ſi nobis ad paucos menſes copiam facere non gravaberis, non nos tantùm, ſed univerſos etiam ſtudioſos iſto beneficio tibi reddideris obſtrictos. Liber ad te redibit incolumis, atque adeò illæſus, ad quemcunque diem tu præſcripſeris. Dices cum* ENNIO, Ecquid erit pretii? *Scilicet hoc, quod mortales perſolvunt Divis immortalibus: Agemus gratias, celebrabimus auctorem beneficii, & quod re non poſſumus rependere, gratæ voluntatis ſtudio referemus. Ob hanc cauſam amandavimus hunc Tabellionem, quo Codex tutò ad nos perferatur. Scio Civitatem* Baſilienſem *his temporibus non optimè audire, ſed nihilo ſecius habet illa multos integros viros, qui mallent alibi vivere, ſi ſinè gravi incommodo liceret demigrare. Certè illud à nobis curatum eſt ſedulò, ne quid ex illâ prodeat Officinâ, præter optimos quoſque Auctores. Hactenus egi cauſam mihi cum* Hieronymo FROBENIO, *cúmque ſtudioſis omnibus, communem; nunc propriè agam meum negotium. Quid iſthuc, inquies? Etiam atque etiam rogo, ut* ERASMUM *inter infirmæ fortis clientes adſcribere digneris. Bene vale.* Friburgo Briſgoiæ 19. Novembris *Anno* 1531. Hæc JOSEPHI, quæ id notatur, Editio prodiit ann. 1524. Anno poſtea 1544. *Arnoldi Peraxyli* ARLENII operâ cum ejuſdem ad *Dieguin Hurtadum* MENDOZAM Præfatione JOSEPHUS Græcè exivit, *pulchre comptus* (ut ibidem ſcribit ARLENIUS) *ac affabre perpolitus, ex Officinâ* Frobenianâ, *à quâ certè nihil proficiſci ſolet, quod non ſummâ multiſque jam cognitâ diligentiâ ac ſingulari quâdam fide commendaretur: quæ ſi unquam aliàs in aliis extitit, in horum maximè Librorum Editione enituit.* Hos Libros vel alios quoſcunque tam Græcos quàm Latinos Scriptores ab *Hieronymo* FROBENIO & *Nicolao* EPISCOPIO primùm erutos intráque decem annos abhinc ſupputandos ne quis intrà Imperii Romani fines typis ſuis intrà proximos quinque annos à primâ eorundem Editione procuderet, Cæſareo privilegio cautum eſt.

Et pag. 1491.] ERASMUS JOANNI CHOLERO S. —— *Mitto Librum* De præparatione ad mortem —— *curabis ne Libellus iſthìc imprimatur, ne ea res fraudi ſit* FROBENIO —— Friburg. 19. Febr. 1534.

ERASMUS negotia ſua ſolebat per *Hieronymum* FROBENIUM, cujus fides ſpectata erat, tranſigere, & apud ipſum frequenter diverſari. Lege (p. 1169.) Epiſt. ERASMI ad ALPHONS. VALDESIUM —— *Alteram Syngrapham per* Hieronymum FROBENIUM *miſeram* Francfordiam, *cum meâ Quitantiâ, ut vocant; adſcripſeram, ſi ea non placeret,* Hieronymus *meo nomine ſcriberet, qualem vellet:* WELZERI *procurator excuſavit, eſſe Syngraphæ genus, ut pecunia numerari non poſſet, niſi priùs à me datis tribus Syngraphis quitantiariis. Atqui eas poterat ab* Hieronymo *ſumere, ſed maluit pecuniam differre.* Baſil. 21. Mart. 1529. Et p. 1221. ubi ERASMUS ſe apud OECOLAMPADIUM de ſiniſtrâ quorundam ſuſpicione purgat. —— *Hodie mihi narravit* Hieronymus FROBENIUS, *eſſe, qui neſcio quid ſiniſtri ſuſpicarentur*

*rentur de animo in te meo , quaſi te ſcriptis meis perſtrinxerim : deinde quaſi nuper deflexerim ab itinere , ne te ſalutarem Scito, utrumque eſſe vaniſſimum ſomnium. Nullam Literam ſcripſi , in quâ te perſtrictum volui , aut quam ſcribens , de te cogitavi. Quum excuderetur Colloquium* CYCLOPS, *quidam ex Operis* Frobenianis *ſuſpicati ſunt , quod dicitur de ove in capite, vulpe in pectore, déque longo naſo ,ad te pertinere; quum conſtet, hoc luſum in* Nicolaum CANNIUM *famulum meum , qui ambiebat in Colloquiis celebrari. Is talem geſtat pileum , & naſum habet longum, & colore eſt fuſco, capillitio nigro. Te ſimili uti pileo , nunquam audieram, niſi hâc occaſione. Non ſum tam ineptus, ut talibus nugis utar in viros. Ambiebat &* Polyphemus *celebrari, qui circumferebat Codicem Evangelicum bellè ornatum , quum ipſius vitâ nihil eſſet inquinatius. Sic res habet de Scriptis. Jam eâ viâ ſoleo ferè ſemper adire hortum* FROBENII , *quum Cœlum eſt commodius , quòd altera ſit anguſtior , & fœteat. Itaque ſi nullus adfuiſſet , illâc tamen eram iturus. Nec te tum novi adverſum, ſed famulus admonuit. Itaque reflexiſſem iter ad te , niſi plures adfuiſſent mihi ignoti, quorum cœtum turbare nolui : ídque tum dixi famulo. Sic habet de ſuſpicione. Quòd ſi quid aliud eſt rei, hodie circa horam quartam uſque ad ſextam ero in Horto* Frobeniano; *ſi dignaberis eò venire , uno comitatus, aut ſi mavis alio die , libenter tecum conferam.*

*Georgius* AGRICOLA ſuos de menſuris & ponderibus Libros anno 1533. *Frobeniano* prelo ſubjecit. ERASMUS in *Georgium* AGRICOLAM de re metallicâ Epiſtolam (p. 1157.) ad clariſſimos Juvenes *Andream* & *Chriſtophorum à* CONRITZ anno 1529. ſcripſerat; quam ſic concludit. —— *Nec minus ſpei oſtendunt nobis hæc* GEORGII προγυμνάσματα. *Quare nec me pœnitet hujus Operæ* (evolvendi ſcilicet *Georgii* Dialogum de Metallicis) *nec dubito quin* Hieronymus FROBENIUS *ſit in gratiam veſtram , tum ſtudiorum , libenter excuſurus.*

Et pag. 1416.] ERASMUS GEORGIO AGRICOLÆ S. —— *Opus , quod de menſuris ac ponderibus habes in manibus , cupidiſſimè legam , ſimul atque miſeris. Id augurar, mi* GEORGI , *tibi magnæ gloriæ futurum. Nec eſt, quòd invidiam metuas, quum argumentum ſit ejus generis , partim ob vetuſtatem, partim ob regionum varias conſuetudines, partim ob ipſius materiæ ſubtilem obſcuritatem , ne quid interim dicam de libris depravatis , ut nunquam ſit exhauſti ſatis.* PORTIUM *audio virum non minùs humanum eſſe quàm doctum.* ALCIATUS *ingenio candidiſſimo præditus eſt , ut ab illo tibi nihil ſit metuendum.* BUDÆUS , *ut eſt ſtomachi liberioris, ita vir melior eſt , quàm ut indignetur , tantùm argumentis agenti. Quod etiamſi maximè faciat, quod opinor nunquam facturum , ſuo nomini magis obfuerit quàm tuo. Denique ut maximè naſcatur inter vos aliquid contentionis, modò citra petulantiam , conſolabitur te illud* Heſiodium , ἀγαθὴ δ' ἔρις ἥδε βροτοῖσι — *apud* Friburg. Briſg. 29. Auguſt. 1531. *Georg.* AGRICOLÆ Liber in ipſo titulo gerit hæc —— *Libri , in quibus pleraque à* BUDÆO & PORTIO *parum animadverſa diligenter excutiuntur.* Et p. 12. ſic ſcribit —— *Quoniam* BUDÆUS , * PORTIUS, ALCIATUS *viri clariſſimi & doctiſſimi & juriſconſultiſſimi de* Sextario Romano *totius cognitionis menſurarum quodam quaſi fundamento ſenſerunt diverſiſſima , nec niſi unius ſententia vera eſſe poſſit , aut nullius , operæ precium mihi viſum eſt meam quoque interponere. Et id mihi licere arbitror : qui enim non ? cùm* BUDÆO *licuerit liberè de* Hermolao BARBARO, *& verè de* Angelo POLITIANO, *qui hujus tractationis ſemina noſtro ſeculo primi ſparſerunt , judicare ? Deinde* PORTIO *jam edito Libro* BUDÆI *ſua in lucem proferre ? Nuper autem* ALCIATO *utriusque ſententiâ quaſi ſublatâ propriam & novam in locum ſubſtituere? Judicia certè in literis olim fuerunt libera, nunc debent eſſe, & erunt poſteris , vel nobis invitis , modò non ſint levia, temeraria, & iniqua. Quòd ſi eorum quiſpiam me in jus vocare ob hanc cauſam & doctis accuſare voluerit , rationibus agat, pugnet argumentis, teſtimoniis denique Authorum , ſi poteſt, convincat , omiſſis maledictis & conviciis , ne noſtra arrogantiâ vel pertinaciâ , ne quid aliud dicam , periclitetur Veritas : quæ ſanè ut accuratè diſputando exquiri, ita nimiùm altercando*

* De ejus Libro dictum eſt, ubi mentio fuit JOANNIS FROBENII.

Officinâ præſtabat (a) SIGISMUNDUS GELENIUS (a) HIE-

*do plerunque amitti ſolet. Id quidem, quod æquum eſt, poſtulo: quo neglecto ſi quis omnino voluerit ſtomachari, & malignè in convicia prorumpere; ipſum ſuo magis obfuiſſe nomini, quàm meo optimus quisque, certò ſcio, judicabit. Nec à me hæc ſcribuntur, quòd vehementer id ipſum verear in tantis & tam præclaris ingeniis. Nam* BUDÆUS *quidem, ut magni & generoſi eſt animi, ita puto meliorem eſſe virum, quàm ut agnitæ veritati ullo modo refragari velit.* ALCIATUS *verò, quantum ex ſcriptis ejus intelligo, vir eſt & ipſe egregie doctus: quantum audio ex amicis, ingenio valde candido.* PORTIUS *autem, quò magis eſt acer inveſtigator rerum abſconditarum, hôc enim nomine in primis à* Baptiſtâ EGNATIO *viro docto commendatur, eò minùs graviter feret me, quaſi ſocium quendam laboris, in idem ſtudium incubuiſſe.* Et in BUDÆI (1) Vitâ legimus, quòd *nec* Georgio AGRICOLÆ Germano *eam quoque laudem proximè delibanti reſpondere voluerit, ne in eandem, quam* (2) *priùs, fraudem incideret; dictitans, ſe quod ſcripſiſſet, ſcripſiſſe animo juvandi rem litterariam, omnem diligentiam adhibuiſſe, ut res obſcuræ per ſe illuſtrarentur, ſi quid melius proferretur, ſe non gravatè conceſſurum.*

*Janus* CORNARIUS eidem prelo commiſit ſuam PART ENII *Nicænſis* de Amatoriis affectibus Editionem cum Latinâ ſuâ Verſione ann. 1531. *Quum* (ut (3) ait) *hoc genus Authorum veterum magìs in publicam utilitatem, quàm proprii commodi reſpectu edere geſtiat nobiliſſima totius* Germaniæ *in excudendis Libris Officina* Frobeniana. Anno 1538. eodem CORNARIO juvante Græcè emiſſus eſt HIPPOCRATES cum CORNARII Epiſtolâ ad *Matthiam* HELT Cæſar. Cancellarium; in quâ ait —— *non tam meum beneficium apud ſtudioſos jactare volo, quàm* Hieronymi FROBENII & Nicolai EPISCOPII *ſtudium & ſedulitatem, imò incomparabilem erga bona ſtudia juvanda animi propenſionem, qui, nullâ impenſæ parſimoniâ, curârunt, ut* HIPPOCRATES *ad tria vetuſtiſſima Exemplaria (quorum unum inſignis Medicus* Adolphus OCCO Auguſtanus *alterum* Jo. DALBURGII *Bibliotheca, poſtremum* Hieronymus GEMUSÆUS, *cujus etiam operâ in eo conferendo* FROBENII *non parum fuerunt adiuti,* Pariſiis *commodatò acceptum ab excellenti Medico* Nicolao COPO Guilelmi *illius* Baſilienſis, *pridem* Galliarum *Regis Archiatri filio, exhibuere) à nobis correctus, adhibito ad hoc etiam* GALENO, *ex ipſorum Officinâ quàm caſtigatiſſimus prodiret, pluribus quater mille locis redintegratis, qui in priore* Venetâ *æditione aut defuerunt ex toto, aut vitiati habebantur; atque hoc eâ tamen religione à me factum eſt, ut nihil temere ſit mutatum, niſi palàm mendoſum, ita ut in ambiguis quoque lectionibus, eas potiſſimùm ſequutus ſim, quas ipſum* GALENUM *recepiſſe deprehendi. Id ipſum Opus illorum, & meo nomine, tibi, clariſſ.* HELDE, *dedicandum putavi.*

(a) ERASM. in Epiſtol. ad PETRUM Episcop. *Cracovienſ. Poloniæ* Cancellar. præfix. SENEC. ex Officin. *Froben.* ann. 1529. Vide & ERASM. Epiſtol. p. 1143. *In ipſo ſtatim hujus Operis limine, Præſul ampliſſime, fortaſſis ceperit aliquem admiratio, qui acciderit, ut præter morem meum nunc* SENECA *prodeat, non ejusdem nomen præferens, cui fuerat antea dicatus. Quum enim alii quidam pluribus interdum dedicent eundem Librum, nonnulli ſingulos ejusdem Operis Libros ſingulis nuncupent, quidam Appendices adjectas aliis inſcribant, quàm Opus inſcripſerant; nos tamen hâc in re ſummam præſtitimus conſtantiam hactenus, adeò ut quum* (4) *olim* R. D. GUILHELMO WARAMO *Archiepiſcopo* Cantuarienſi *ſolam* EURIPIDIS Hecubam *præſentes exhibuiſſemus, abſentes in Editione, &* Iphigeniam Aulidenſem *adjecerimus. Quantulus autem fuerit* Adagiorum Libellus *initio, quem clariſſimo*

(1) Script. per *Ludovic.* REG. 1540. p. 24. 25.
(2) Scil. cùm PORTIO iraſceretur.
(3) Lege ejus Præfationem ad *Matthæum* AUROGALLUM *Bohemum* trium Linguarum Profeſſorem apud *Wittemberg.*
(4) Ann. 1506.

(1) Hæc

*riſſimo Baroni* GUILHELMO MONTJOIO (1) *dedicavimus, plerique ſciunt; Quanta nunc ſit Operis moles, liquet; nihil tamen mutatum eſt de titulo. Certè poteramus in Chiliadibus, aut Centuriis facere, quod* Cœlius RHODIGINUS, *vir doctus ac pius, fecit in ſedecim Libris, quibus titulum eſſe voluit* Antiquarum Lectionum. *Ab hâc ambitione tantum abſumus, ut complures Libellos emiſerimus abſque nuncupatione. Longiùs etiam ab eorum impudentiâ, qui idem Opus mutatâ duntaxat Præfatione pluribus dicant, eâdem, quod ajunt, filiâ plures ſibi generos adſciscentes. Adverſùs hujusmodi exempla, quum in hunc usque diem perpetuò meum morem obtinuerim, hôc vehementiùs admirabitur aliquis, quòd Opus pridem* (2) *dicatum* THOMÆ *Episcopo* Dunelmenſi, *nunc videat alterius præferre nomen. Hoc, ampliſſime Præſul, nec caſu, nec temere, ſed conſultò factum eſſe fateor. Si quidem vel hâc ratione cunctis teſtatum eſſe volui, priorem Editionem non fuiſſe meam, quanquam plus ſatis fretus amici cujusdam promiſſis addideram Præfationem.* —— p. 1145. *melioribus avibus* SENECAM *in manus recepi, in quo emaculando tantum curæ, tantúmque ſudoris impenſum eſt, ut optimo jure poſſim abdicare priorem illam Editionem. Ac ne quid infelicium auſpiciorum hìc reſideret, ſed planè novo genio jam aliud prodiret Opus, mutatâ Præfatione, tuo nomini auſpicatiſſimo vigilias hasce meas dicare viſum eſt.* —— *Non hìc verbis extollam, quantum mihi laboris exhauſtum ſit. Scio neminem crediturum, niſi priorem Editionem cum hâc contulerit. Id ſi quis non gravabitur facere, continuè fatebitur alium prodiſſe* SENECAM. —— *Adjuvit in hôc Opere nonnihil induſtria* Matthæi FORTUNATI Pannonii, *hominis, ut res indicat, exactè docti, diligentis, ſobrii ſanique judicii. Is enim Libros* Naturalium Quæſtionum *accuratiſſimè recognovit, quod operæ utinam & in cæteris omnibus præſtitiſſet, quem ut in plerisque libenter ſequuti ſumus, ita in nonnullis ab eo diſſentimus, præſertim ubi noſtro ſenſui ſuffragabantur Exemplaria. Profuit &* Rodolphi AGRICOLÆ *Codex typis excuſus* (3) Tarviſii, *ante annos* 50. *quem is vigilantiſſimè videtur evolviſſe. Arguebant hoc notulæ manûs ipſius, quibus innumera loca correxerat, ſed in multis, ut apparebat, divinationem ingenii ſequutus magis quàm Exemplaris vetuſti fidem. Incredibile verò, quàm multa divinârit vir ille planè divinus, non enim poſſum* RODOLPHI *dotes & plurimas & eximias complecti brevius. Ejus Codicis nobis copiam fecit* Hayo HERMANNUS Phryſius, *juvenis tam felici natus indole, ut unus videatur idoneus, qui* Rodolphicæ *laudis ſucceſſionem capeſſat, tantique viri gloriam ſuſtineat, alioqui & patriam habens communem, & affinitate propinquus. Quin &* Sigismundus GELENIUS, *qui jampridem in Officinâ* Frobenianâ *caſtigandi Præfecturam gerit, vir citra omnem oſtentationem exquiſitè doctus*, *& quod in eruditis quoque rarum eſt, emunctæ naris, exactique judicii, non pauca feliciter deprehendit, quæ nos in multa diſtractos, interdum & defeſſos, feſellerant. Non enim eſt mei ingenii quenquam laude meritâ fraudare.*

*Sigismundus* GELENIUS ann. 1532. in *Frobenianâ* Officinâ curavit CALLIMACHI Hymnos cum Scholiis (4) *nunc primum æditis* CAROLO UTENHORIO nuncupatos; his adjecit ſententias ex diverſis Authoribus collectas. (5) *Earum*, inquit, *unà cum Scholiis in* CALLIMACHUM, *nuper popularis meus vir doctiſſimus* Matthæus (6) AURIGALLUS *trium Linguarum Profeſſor pro ſuo candore Officinæ* Frobenianæ *copiam fecit*. In eâdem Epiſtolâ ſcribit *prodiiſſe*

(1) Hæc ADOLPHO Principi *Verienſis* nuncupare primùm voluit. Lege ERASM. Epiſtol. p. 27. Horum priorem Editionem non vidi. At conjicio ann. 1498. poſt Paſcha, certè ante ann. 1499. 20. *Nov.* (Lege Epiſt. ERASM. p. 27. A. & p 58. A.) Editionis illius prioris pœnituit ERASMUM ob Typographorum culpas. (Lege Epiſtol. ejus ad COLETUM ann. 1504. pag. 96.)

(2) Ann. 1515.

(3) Anno 1478.

(4) Sic quidem legitur in ipſo iſtius Editionis titulo. Vidi tamen CALLIMACHI Scholia Græca ſeorſim edita in 4. ſine Anni, Loci, aut Typographi indicio; ſed eodem charactere impreſſa, quo APOLLONII *Argonaut.* Scholiaſtes *Florentiæ* anno 1496.

(5) Lege Epiſtol. præfix.

(6) *Jan.* CORNARIUS in Epiſtolâ PARTHENII Editioni ſuprà memoratæ ann. 1531. præfixâ rogat

*diiſſe jampridem Græcos Senarios gnomicos, ſed magis vulgo olim jactatos, quàm ex Veterum monumentis collectos.* Gnomarum hujusmodi Græcarum variæ fuerunt Editiones. *Aldina* anno 1495. & (1) *Florentina* majuſculis litteris, ſinè temporis indicio, ſed eodem (ut opinor) aut forſan præcedente anno. Hæ duæ omnino conveniunt. His etiam congruit Editio *Henrici* STEPHANI ann. 1569. uti etiam (2) *Moreliana* ann. 1533., niſi quòd hæc Alphabetum Gnomarum juxta earundem litteras initiales diſtribuerit, illa juxta Argumentorum titulos. Præterea *Aldina* & *Florentina* variis Poetis, MORELIUS & STEPHANUS ſoli MENANDRO has attribuunt. Nondum vidi harum Editionum per (3) *Othomarum* NACHTGAL cum Latinâ ſeparatim Verſione (4) ann. 1515. Sed ab illis omnibus præcedentibus Gnomarum Syllogis diſtat plurimùm hæc GELENII ann. 1532. Editio copioſior, (5) *neſcio quo Authore è Florilegio* Joannis STOBÆI *tunc nondum edito ſelecta.*

GELENIUS anno 1535. in Officinâ *Frobenianâ* edidit PLINII Hiſtoriam, (6) ex duobus pervetuſtis Exemplaribus, altero longè integerrimo, altero depravatiore. Scribit *in* (7) *ſecundâ* hâc Editione *accuratiùs*, quàm in primâ ſe *egiſſe*, quem *certè oculatiorem fecerat cùm diuturna in cæteris Latinis Scriptoribus exercitatio, dum eò attentiùs in his verſor, quòd non mihi ſolùm caveo, ſed & his, qui* Frobenianos *Codices evolvunt, proſpectum cupio; tum hic ipſe Author plus minus decies, non oſcitanter perluſtratus, ac proinde jam familiarior* &c.

Glorioſè ſatis hæc GELENIUS; cujus tamen caſtigatio (8) multis diſplicuit, ERASMO inprimis, qui in (9) Epiſtolâ ad ipſum *Damianum* à GOES *Luſitanum* (cui GELENIUS *Plinianam* ſuam dedicaverat Editionem) datâ ſeveram his verbis agit cenſuram; — *Sigiſmundus* GELENIUS *tuo nomini dicavit Annotationes in* PLINIUM *jam tertiò ab ipſo caſtigatum. Sed mirè impoſuit illi Codex manu deſcriptus, in quo ſciolus aliquis à ſuo capite mutavit, quicquid libuit, & quodam modo novum* PLINIUM *nobis dedit. Admonui, ne fideret illi Exemplari, ſed auditus non ſum.* HERMOLAUS *non auſus eſt mutare lectionem* Plinianam. GELENIUS *ſe putat rem mirificam praſtitiſſe, ego cenſeo crimen eſſe inexpiabile.* —— Friburg. 21. Maii 1535. *De* PLINIO *depravato ideo admonui, ne ſinas eum Auctorem edi rurſus ad hoc Exemplar, alioqui bene volo* GELENIO, *ut promeretur.* ERASMUS Rot. *meâ manu.*

Anno 1549. ex eodem prælo Græca Epigrammata cum *Joannis* BRODÆI notis prodierunt accurante GELENIO, qui ea *Joanni* FRISIO *Tigurino* nuncupavit, eundem orans, ut *eximiorum Virorum* FROBENII & EPISCOPII *indefeſſo in promovendis bonis litteris ſtudio faveat. Joannis* BRODÆI *Turonenſis* vixdum undetrigeſimum annum ingreſſi eruditionem, *Joannis* FRISII in formandâ juventute felicitatem; PLANUDIS item & GESNERI curam, (10) illius in caſtrandis Græcorum, (11) hujus in MARTIALIS Epigrammatibus curam laudat. In mei Epigrammat. Græcor. ann. 1549. Exemplaris fronte

rogat AUROGALLUM ut *publicet, nec diutius apud ſe latere ſinat* ÆTIUM *Medicum Græcum, Naturalis Hiſtoriæ Libros* XIX. *incerti Authoris*, CALLIMACHI *Hymnos*, *Orationes* X. *Rhetorum* Athenien. *atque alia quædam optimorum Græciæ Autorum Opera, ex mediâ* Græciâ & Aſiâ minori *olim à Barone* BOHUSLAO AB HASSENTEYN *evecta, & tandem ad* AUROGALLUM *cognationis & ſtudiorum hæreditario jure delata.*

(1) Vol. I. *Annal. Typog.* p. 286. Hujus Editionis non facit mentionem FABRIC. in *Biblioth. Græc.* Lib II. C. 11. Sect. 4.

(2) Pag. 32.

(3) Is anno 1515. apud *Joan.* SCHOTTUM *Argentinæ* edidit LUCIANI Dialogos. Suum nomen Germanicum mitigabat Latinâ voce; & pro NACHTGAL vocabatur LUSCINIUS. Cujus mentionem facit ERASMUS ann. 1531. in Epiſtol. p. 1426. 1453. & 1887.

(4) Hujus meminit FABRIC. in *Biblioth. Gr.* Lib. II. C. 11. p. 445.

(5) FABRIC. Ibid. p. 447.

(6) Lege GELEN. Epiſtol. Dedicat.

(7) Prior *Frobeniana* prodierat ann. 1525.

(8) Lege CHEVILL. p. 191. & Vol. I. *Annal. Typog.* p. 292.

(9) ERASM. Epiſt. p. 1501.

(10) Vol. I. *Annal. Typogr.* p. 283.

(11) GESNERI MARTIALIS caſtratus prodiit ann. 1544. cujus Epiſtolam præfixam lege.

(1) Non-

(a) Hieronymus Frobenius an cum Joanne fratre quippiam excuderit, nondum mihi compertum eſt. Illum autem conſtanter cum Nicolao Episcopio, donec uterque vixit, conſortium typographicum habuiſſe conſtat. His idem, quod Joanni Frobenio patri, erat Inſigne, cum voce [FROBEN] inſcriptâ; & Officina utrique communis vocabatur *Frobeniana.*

Hieronymi Frobenii ætatem tempúſque, quo obierit, declarat ipſius (b) Epitaphium.

*D.O.M.S.*

fronte aliquis adſcripſit hæc: *Hæ Annotationes, ſi tamen rectè conjicio, olent* Jacobi Tussani *lucernam; quicquid tandem malè feriatus* Brodæus *ſibi adſcribat.*

Gelenius ann. 1546. edidit Arnobii Diſputationum contra Gentes libros (1) octo; quos (2) *Gilberto* Cognato Canonico *Nazoretenſis* Erasmi Diſcipulo (*quem* Erasmus *præ omnibus domeſticis complexus eſt*) inſcripſit.

De hâc Editione ſic Gelenius —— *Nobis ſumpſimus caſtigationis laborem. Nam* (3) Romani *ut candoris in communicando, in tranſcribendo fidei laudem promerentur; ita negari non poteſt nullum eos adhibuiſſe in legendis priſcis characteribus exercitatum; quo ſæpiſſime factum eſt, ut non tam ſinceram lectionem quàm ejus veſtigia prodiderint, per quæ vix pedetentim ad veritatem evadere potuimus. Fateberis nos non vana jactare* [& certè ad ſui jactantiam paulo pronior fuit Gelenius] *ſi in uno quovis ternione periculum facere libuerit, noſtra hæc Editio planior ſit, an illa altera.* Hos Arnobii Libros cum ejuſdem in Pſalmos Commentariis anno 1560. recuderunt *Hieronymus* Frobenius & *Nicolaus* Episcopius.

(a) Caille p. 34.] „ C'eſt à *Jerosme & Jean Froben* freres, tous deux „ habiles Imprimeurs, à qui nous ſommes „ redevables de pluſieurs Editions des Peres Grecs & Latins. " At neque in Basilii Editione 1532., neque in ullâ (quam hactenus vidi) aliâ adhuc *Joannem* cum *Hieronymo* junctum legi. Quamvìs tamen *Hieronymi* & *Joannis* nomina in nullâ adhuc Editione juncta expreſſis verbis viderim; non vero abſimile eſt eos in Arte Typographicâ fuiſſe conſortes: cùm Erasmus in Epiſtolâ ad Brixium ann. 1530. (p. 1309.) ſcribat ſe cum Frobeniis egiſſe. Sic etiam Bembus in Epiſtol. ad Erasm. (p. 1479.) Frobenios (*numero plurali*) memorat.

(b) Caille p. 35. ex Tonjola, *Baſil. ſepult.*

(a) Lege

(1) Nondum enim octavus Liber ſuo vero parenti *Minutio* Felici redditus fuerat, ſed adhuc pro *Arnobiano* fœtu agnoſcebatur. Quod primus detexit *Franc.* Balduinus *Atrebas* ann. 1560. Lege Rigalt. Præfat. in *Minut.* Felic. Edit. ann. 1643.

(2) Is Librum de Officio Famulorum ſcripſit excuſum in Officinâ *Frobenianâ* ann. 1535. De eo Erasmus in Epiſtolâ ad *Deſiderατum* More (p. 1475.) ann. 1533. datâ —— *Emiſi famulum* Gilbertum Cognatum, *mihi quidem multis nominibus chariſſimum, ſed hoc etiam titulo chariorem, quòd tibi propinquâ conſanguinitate conjunctus eſt* &c. Et (p. 1516.) ann. 1536. 12. *Febr.* Epiſtolam Erasmi legimus *Baſileæ* miſſam ad *Gilbertum* Cognatum Canonicum *Nozerethi* in *Burgundiâ*; in quâ cum *Hieronymi* Frobenii, *Bonifacii* Amerbachii, & *Sigiſmundi* Gelenii nominibus, Erasmus ſalutat. Et (p. 1515.) Erasmus Damiano à Goes S. P. —— Gelenio *viro bono ac docto, optârim fortunam aliquanto commodiorem. Divitias vix optârim. Nunc venia adigit illum ad honeſtos labores. Adoleſcens, quem mihi commendas, nondum me adiit: curabo ut accipiat Epiſtolam ſuam.* Gilbertus *me reliquit, jam Canonicus. Cantabit Miſſam.* —— Baſileæ 15. Decemb. 1535.

(3) Romana omnium prior Editio prodierat anno 1542.

*D. O. M. S.*
*HIERONYMO FROBENIO IOANNIS. F.*
*Typographo Clariſſ.*
*Inter initia Fed. Helveti Baſileæ nato,*
*Sinceræ Relig. & æquitatis obſervantiſſ.*
*De Rep. Litter. optimis Auctoribus*
*Emendatè atque eleg. edend. præclarè merito,*
*Humanitate ac beneficentiâ*
*Domi, foríſque omnibus charo,*
*In acerbiſſ. ac diurnis ſtomachi doloribus, quibus & extinctus eſt,*
*Supra fidem ad extr. usque patientiſſ.*
*M. S. ergo*
*AMBROSIUS & AURELIUS FF.*
*M. P. P.*
*Parenti longè chariſſ.*
B. *annos* LVI. *menſes* VII. *dies* VII.
Θ. *Chriſti anno* M.D.LXIII. III. *Eid. Martii.*

Le Diſtique ſuivant eſt gravé ſur ſon Tombeau.

*Gentem expectamus noſtram, ſpes altera vitæ*
Frobenii *quondam, nunc gelidi cineres.*

NICOLAUS BISCHOFF ſive EPISCOPIUS, (a) *juvenis mirè candidus* ERASMO (quîcum habebat litterarum commercium) *non mediocriter* gratus, JACOBO quoque TUSSANO notus, (b) JUSTINAM FROBENII patris filiam uxorem duxit, hâc annis undecim natu major, ſed eidem eodem mortis anno coævus. Utrique liberi ſuperſtites hoc ſcripſere (c) Epitaphium.

*CHRISTO*

(a) Lege (p. 398.) Epiſtolam ad *Jacob.* TUSSANUM, 16. *Maii* ann. 1526. datam.

(b) Vide infrà ejus Epitaphium.

(c) CAILLE, p. 36. ex *Tonjol. Baſil.* ſepult.

(a) *Ju-*

*CHRISTO S.*
*NICOLAO EPISCOPIO*
*Clariſſ. viro. Opt. Typograph.*
*& IUSTINÆ FROBENIÆ IO. F.*
*Matronæ honeſtiſſ.*
*Cùm per ſeptem luſtra in ſacro-ſancto*
*Conjugio fortunati vixiſſent,*
*Pietate Deum, æquitate homines*
*Sibi conciliâſſent,*
*Mortis vinculis exolutis Liberi ſuperſtites*
*Par. deſideratiſſ.*
*M. C. L. P.*
*Obiit Pater ex atrophiâ ætat. ſuæ* LXIII.
*Mater verò cum* IV. *libb. ex peſtilentiâ,*
*Ætatis ſuæ* LII. V. *Kal. Octob. anno Chriſti* M.D.LXIV.

*Viximus unanimes* CHRISTO, *nunc carne ſoluti*
*Viximus æternum victuri, vivite nati.*

(a) Librorum in *Episcopianâ* Officinâ editorum Catalogus anno 1564. excuſus eſt.

JOANNES HERVAGIUS (b) *duxit uxorem à* Joanne FROBENIO *relictam & in reſtituendi bonos Authores provinciam illi ſucceſſit, vir bonæ fidei, nec indoctus.* Erat familiariter notus EGNATIO, cujus humanitatem (c) apud ERASMUM prædicabat.

Qualis fuerat, ERASMI ad ipſum ſequens teſtatur (d) Epiſtola.

DES. ERASMUS Rot. JOANNI HERVAGIO S. D.

*Multæ quidem,* HERVAGI *chariſſime, virtutes erant in* Joanne FROBENIO *felicis memoriæ, quæ illum affectui meo magnopere commendarent: ſed non aliâ re tenaciùs arctiúsve ſibi devinxerat animum meum, quàm quòd in omni vitâ nihil prius habebat, quàm ut quantislibet laborum ac pecuniarum impendiis, excudendo probatiſſimos quosque Auctores, juvaret publica ſtudia, cui pulcherrimo inſtituto vir optimus etiam immortuus eſt. Nec video, quæ mors illi potuerit contingere ſpecioſior. Ita factum eſt, ut rem litterariam magìs auxerit quàm familiarem, ſuísque hæredibus*

(a) *Jugement des Savans ſur les Imprimeurs,* pag. 54.

(b) Lege ERASMI Epiſtol. ad EGNAT. ann. 1530. dat. pag. 1330.

(c) Lege ERASM. Epiſt. (p. 1288.) ad EGNAT. ann. 1530.

(d) ERASM. Epiſtol. p. 1749.

*bus plus honeſtæ famæ reliquerit quàm pecuniæ. Quoniam autem video te non tantùm ornatiſſimæ conjugis ab illo relictæ* ὑπόδοχον *extitiſſe, verùm etiam illius animi, quem ille provehendis ornandisque litteris præſtitit, ſucceſſionem capeſſere, facere non poſſum, quin ejus benevolentiæ, quâ ſemper illum proſequutus ſum, bonam partem in te transferam. Atque utinam inſtituto tuo tantum adjumenti poſſim adferre, quantum & hìc cupit animus, & tua iſta promeretur virtus; ſed hæc ætas, hæc valetudo, jamdudum à ſtudiorum laboribus, ſi minùs rudem, certè remiſſionem flagitat, ídque ſuo jure. Proinde non eſt, quòd vos* ἐργοδιῶκται, *quibus frequenter obſequentior fui, quàm mihi fuit opus, exſpectetis à me paria penſa. Hôc verò tempore ſum in eo rerum ſtatu, ut, ſi maximè deſit ætatis aut valetudinis excuſatio, ab omni Muſarum commercio ſim alieniſſimus. Rogabis; quid novæ rei? Num & uxorem duxerim? Profectò rem facio, quæ mihi nec minùs aliena ab ingenio genióque meo. Ædes hìc mercatus ſum honeſti quidem nominis, ſed iniqui pretii. Itaque* ERASMUS *ille, rerum omnium diſpendio litterarium otium redimere ſolitus, nunc licitatur, contrahit, ſtipulatur, cavet, conſulit, exſtruit; rem habet cum fabris lapidariis, lignariis, ferrariis, vitrariis: nôſti genus hominum; tanto cum tædio, ut malim totum triennium in quamlibet iniquis ſtudiorum laboribus verſari, quàm unicum menſem hôc genere curarum agitari. Nec antea unquam perinde atque nunc intellexi, quantopere ſapuerit* DIOGENES, *qui maluerit ad Dolium confugere, quàm cum talibus conflictari. Huc miſeriarum me redegit hujus ſeculi infelicitas, & quorundam fucata improbitas, quos aliquando fortaſſe non fraudabo ſuâ laude. Atque in his malis minima moleſtiarum portio eſt nummorum aſſidua profuſio. Tu conjicito cætera. Hæc eò commemoro, mi* HERVAGI, *ut boni conſulas, quod nunc mitto, non cujusmodi volo, ſed cujusmodi poſſum: nam hoc mittendum erat, aut nihil. Mitto autem* Epiſtolas *aliquot* florentulas. *Scio te mirari, quid hoc ſit tituli. Sed nihil magnæ rei eſt, nequid fallas teipſum. Vix hoc opellæ per turbulentas emigrandi occupationes licuit ſumere, ut ex immenſo Epiſtolarum acervo floſculis notarem, quas expediret excudi, quanquam vix ullas in hoc ſcribere ſoleo. Hoc quicquid eſt libelli, quale quale eſt, tibi certè bonum eſſe cupio: erit autem, ſi in diſtrahendo ſenſeris tuum* τρικέφαλον Ἑρμῆν *tibi fuiſſe propitium, qui precor ut tibi viam commonſtret compendiarium* πρὸς τὴν Πλουτόπολιν, *quò nunc ferè properant omnes, at non pari ſucceſſu. Sed extra jocum, precor, ut Dominus, ſoſpitator verus ac proſperator omnium, ſanctum iſtud inſtitutum tuum bene fortunet: cui non ſumus pro noſtrâ quantulacunque portione defuturi, ſimulatque priſtinæ tranquillitati redditi fuerimus. Bene vale cum tibi chariſſimis. Apud* Friburgum Brisgoæ. 9. Auguſti, *Anno* 1531. Hæ *Epiſtolæ florentulæ* aut (a) *florulentæ* excudebantur à CHRISTIANO WECHELO,

(a) Sic in Editione *Wechelianâ.*

(a) CHAR-

CHELO, anno 1531. Ille, cujus ERASMUS mentionem facit, τρικέφαλος Ἑρμῆς fuit HERVAGII Inſigne Typographicum, (a) MERCURII tricipitis truncus columnæ impoſitus.

Anno 1530. menſe *Martio* cum HIERONYMO FROBENIO & NICOLAO EPISCOPIO, ERASMI *de rectâ Latini Græcique pronuntiatione Dialogum*, & *Ciceronianum* recudit. Dialogus uterque anno 1528. finitus prodierat. His Dialogis ſubjiciuntur *Deploratio mortis* JOANNIS FROBENII; (b) RUDOLPHI AGRICOLÆ Phriſii (c) *Oratio in laudem* MATTHIÆ RICHILI; Epiſtola ERASMI ad JOANNEM VLATTENUM (d) de duobus illis Dialogis,

(a) CHARTAR. de Imagin. Deor.] MERCURIUS *triceps effingebatur, vel ad vim ſermonis exprimendam, vel ad vias oſtendendas. In iis enim ſuberant inſcriptiones, quò ſcilicet ea via ferret, & quò alia, & alia.* ERASM. in Adag. Edit. 1629. p. 55.] *Hujuſmodi* MERCURII *ſimulachrum primus poſuit* PROCLIDES, *authore* PHILOCHORO. Lege & ibid. p. 660. Conſule & SUID. Etymolog. PHAVOR. in τρικέφαλος Ἑρμῆς. & HESYCH. in Ἑρμῆς τρικέφαλος.

(b) De quo ERASMUS (p. 1798.) in Epiſtolâ ad CORNEL. GOUDANUM —— ALEXANDRI *mei Præceptoris quondam Præceptor*, Rodolphus AGRICOLA; *vir cùm omnium liberalium artium egregiè eruditus, tum Oratoriæ atque Poeticæ peritiſſimus; denique & Græcam Linguam non minùs, quàm Latinam calluit.* Et (p. 213.) in Epiſtolâ ad BUDÆUM ann. 1516. —— Rodolphum AGRICOLAM, *quem virum, ſi fatorum invidia ſupereſſe voluiſſet, haberet* Germania, *quem* Italis *opponeret* —— Et (p. 1070.) in Epiſtolâ ad *Hermannum* PHRYSIUM, 20. *Mart.* ann. 1528.— *Dialogis meis* de Pronuntiatione & Ciceroniano *adjeci* Orationem RODOLPHI AGRICOLÆ, Mediolani, *ſicuti videtur, habitam. Nihil ab illo viro proficiſcitur, quod non divinitatem quandam ſpiret. Itaque nolim quicquam illius intercidere.*

(c) Ad cujus Orationis calcem hæc adjicitur cenſura. p. 462. *Hanc Orationem fortè nacti cæteris adjecimus, quòd nihil ſit ejus viri, quamvìs ex tempore, quamvìs alieno ſtomacho ſcriptum, quod non divinitatem quandam præ ſe ferat. Quò magìs admiror eſſe, qui lucubrationes illius vel premant, vel perire ſinant. Aliquoties duriùs utitur pronomine. Id quoniam ſciebam Librariorum incuriâ non eſſe commiſſum, mutare nolui.* Ex ipſâ Oratione exemplum de uſu pronominis duriore afferre libet. *Intelligo tantam eſſe* Matthiæ KICHILI *Rectoris deſignati, támque diffuſam gloriæ opinionem, ut quoniam neque pro dignitate* ſuâ, *neque pro veſtrâ expectatione ipſam poſſim æquare dicendo, verear, ne laudibus* ſuis, *quas augere debeo, non nihil anguſtiis orationis meæ videatur eſſe detractum.* p. 448. —— *Quod ſi quid longiùs proſpicio, non tantum* ſibi *unius gratiam anni debebitis.* p. 459.

(d) P. 463. *Simul atque eodem, ut ita loquar, nixu nuper emiſimus duos libellos, alterum* de Pronuntiatione, *alterum* de CICERONIS Imitatione, *quorum ille ſicuti neminem offendit, ita minus invenit amatorum: hic quemadmodum avidè diſtractus eſt, ita apud aliquot non mediocrem offenſam incurrit. Queruntur alios ſilentio præteritos, quos non oportuit, alios ſecus attactos, quàm par fuit, alios infra meritum, alios ſupra meritum prædicatos.* Et p. 469. *Multò poſt æditum* Ciceronianum *comperi hoc ipſum argumentum fuiſſe tractatum tribus Epiſtolis inter* Franciſcum PICUM *Co.* Mirandulanum, & Petrum BEMBUM, *quorum alter fuſiùs differit, alter haud ita multùm à me diſſentit. Negat enim ſe loqui, niſi de raræ felicitatis ingeniis, neque hic deterret à bonorum Auctorum lectione, ſed ad unius* CICERONIS *imitationem invitat, atque adeò quod eſt difficilius æmulationem. Mihi cum his modò res eſt, qui* huic

Dialogis, 9. Cal. *Feb.* 1529. data; Epitaphium (a) JACOBI WIMPHELINGI per BEAT. RHENANUM & ERASMI (b) Epiſtola ad CAROLUM UTENHOVIUM, *Friburgi*, Cal. *Sept.* 1529. ſcripta. De his Dialogis ERASMUS agit in (c) Epiſtolâ ad BOTZEMUM *Baſileâ* I. *Februar.* 1528. —— *Moliebar novos libellos* de Pronunciatione *&* Ciceroniano, *in quibus quo res tractantur minutiores, hoc plus eſt difficultatis. Et hôc tempore ſub nundinas maximè tumultuantur Officinæ. Nec poterat hic magìs ſuo, minùs meo venire tempore: jam enim excudi cœperant duo libelli*, De pronuntiando *&* de Ciceronianis, *exili quidem, ut diximus, argumento, ſed hoc ipſo difficiliore.*

Ad hos libellos ſcribendos jam antea ERASMUM (d) hortati fuerant amici ipſius plurimi: ſed multas turbas contra ERASMUM quaſi CICERONIS hoſtem, (e) multos (in quibus ALEANDER, JUL. SCALIGER, & DOLETUS) adverſarios concitavit.

*huic ſuperſtitioni ſic addicti ſunt, ut miro faſtidio reſpuant, quicquid diſſonat. Recognovimus libellum emendatis perpaucis locis, adjectis etiam nominibus aliquot. Quum enim pridem excuderetur ſubitò exortus ἀλαζὼν συκοφαντικὸς curſum & attentionem nonnihil interrupit, ut ſunt quidam ad nihil aliud, quàm ut honeſta conantibus faceſſant negotium, ipſi nullis occupati, præterquam alea, ſcortis, comeſſationibus, & gloriis. Bene vale. Datum* Baſileæ *nonâ Cal.* Februar. *Anno* M.D.XXIX. Quibus verbis innuit duorum horum Dialogorum Editionem priorem ſcil. ann. 1528.

(a) Vixit annos 78, menſes 3. dies 21. obiit ann. 1528. 15. Cal. *Dec.*

(b) In eâ (p. 479.) deſcribitur ſudoris peſtilentis *malum, novum & exitiabile, annis jam ferme quadraginta* Anglis *peculiare.*

(c) Vide ERASM. Epiſtol. p. 1734. In eâ Epiſtolâ multa ſunt de quodam HUTTENI libro, qui *ne prodiret*, FROBENIUS *offerebat florenos quinquaginta.* &c.

(d) Vide ERASM. Epiſtol. pag. 1715. ERASMO LEONARDUS CASPEROTUS S. —— *Unum reſtat perficiundum, quod à* FROBENIO *perceptum intellexi.* Italorum *nonnullorum ut nimirum demonſtrentur orbi ſtulta & φίλαυτα judicia, qui præter unum* CICERONEM *ne tantillum quidem permittant cuiquam laudis in dicendo. Multos hæc opinio in tui, tum cæterorum haud trivialium Auctorum, contemtum adduxit: præſertim* Bononiæ, *ubi* LAZARUS *quidam regnavit Ariſtarchus, non dicam* Eraſmomaſtix. —— Patavio. 6. Jun. 1528.

(e) Vide ERASM. Epiſtol. p. 1233.] ERASMUS GUIL. MONTJOIO S. —— *Nunc* Ciceroniani *moliuntur novam tragœdiam de nihilo, quòd maluerim bonas literas ſonare* CHRISTUM, *quàm* ROMULUM, *quàm* JOVEM *optimum maximum.* —— *anno* 1529. Et p. 937.] Idem FRANCISCO MOLINO S. D. —— *exorta eſt nova Secta* Ciceronianorum, *quæ non minus incruduit quàm* Lutheranorum, *vetus quidem, ſed per* LONGOLIUM *innovata.* —— 16. Maii. 1526. Idem JACOBO TUSSANO S. D. —— *revixit nova factio* Ciceronianorum, *nimirum quo* BUDÆUM *&* ERASMUM *ſubmoveant ex albo doctorum, & è manibus hominum excutiant. Ut fateor* CICERONI *primam in dicendo laudem deberi, ita puto ridiculum, totâ vitâ nihil aliud agere, quàm ut* CICERONEM *unum exprimas. Quanquam nec hi* Ciceroniani *ſunt, qui neminem lectione dignantur niſi* CICERONEM. —— 16. Maii 1526. Et pag. 1015.] Idem JOANNI VERGARÆ S. D. —— *Fervet illic Paganiſmus quorundam, quibus nihil placet niſi* Ciceronianum: *ac non* Ciceronianum *appellari, multò probroſius eſſe ducunt quàm appellari hæreticum. Hos dictu mirum quàm infenſos habeam, quòd non exprimam* CICERONEM, *quem haud ſcio an quisquam iſtorum exprimat. Ego certè nec affecto, &, ſi affectarem, tractans rem Chriſtianam,* ri-

vit. Cur *Ciceronianum* ſcripſerit, Erasmus his verbis indicat. (a) *Extitere pridem, qui nobis veluti novam Sectam moliuntur invehere:* Ciceronianos *ſeſe vocant, intolerabili ſupercilio rejicientes omnium ſcripta, quæ* Ciceronis *lineamenta non referunt: & adoleſcentiam à cæterorum Scriptorum lectione deterritam ad unius* M. Tullii *ſuperſtitioſam æmulationem adigunt, quum nulli minùs exprimant* Ciceronem *quàm ipſi, qui ſe hujus tituli fumo moleſtiſſimè venditant jactitántque. Quanta verò ſtudiorum pernicies, ſi perſuaſum fuerit neminem præter unum* M. Tullium *vel legendum eſſe, vel imitandum? Subolet autem & aliud hujus nominis prætextu geri, nimirum ut pro*

*ridiculus eſſem.* —— 2. Sept. 1527. Et p. 1421.] Idem Conrado Goclenio S. P. —— Lutetiæ *fuit* Eckius, *&, ut ſuſpicor,* Aleander, *quem ſuſpicor hâc de cauſâ præcipuè veniſſe, ut* Erasmo *moliatur exitium:* Julii Scaligeri *Libellum, tam ſcio illius eſſe, quàm ſcio me vivere.* [Intelligit *Orationem pro* Cicerone, quam adversùs ejus Dialogum *Ciceronianum* ſcripſerat.] —— Friburg. 14. Dec. 1531. Et p. 1498.] Idem P. Merbelio & Joan. Baptistæ Laurentio S. D. —— *Si me faciunt* Ciceronis *hoſtem, totâ errant viâ. Qui ſoli titulum hunc promerentur hôc ſeculo, mihi ſunt amiciſſimi,* Petrus Bembus, Jacobus Sadoletus, *&* Andreas Alciatus. *Id quod multis illorum Epiſtolis amantiſſimè ſcriptis declarare poſſum. Nunc narrant* Lugduni *excuſum Librum acidum in me, auctore* Stephano Doleto, *cujus exſtant Orationes, & Epiſtolæ ſtomachis magis cavendi, quàm movendi. Eum nondum vidi, & ſi videro, non eſt animus reſpondere. Eſt* Longus *quidam, cui nunquam viſus ſum: qui non calamo, ſed linguâ nuſquam non proſcindit* Erasmum. *Ab hôc, quia ii, quorum benignitate fovetur, mihi ſunt amici, ſcribunt alium ſubornatum* Vraſſilinienſem, *cujus Libellus volitat per totam* Italiam: *nondum, quod ſciam, excuſus, ad me* Româ *miſſus eſt manu deſcriptus: nihil unquam legi ſtolidius.* Julius Scaliger Lutetiæ *edidit in me Orationem impudentiſſimis mendaciis ac furioſis conviciis differtam: cujus tamen ipſum non eſſe auctorem multis ac certis argumentis compertum habeo. Sed hoc calciamentum ab alio mihi non ignoto conſutum ille inquit.* —— Friburg. Briſg. 18. Mart. 1535. Erasmus *manu meâ.* A tergo, *A Monſieur* Scaliger *demeurant à* Agen. Scaliger (Vide not. ad oram Erasm. Epiſtol. p. 1421.) eâ lectâ Epiſtolâ ſtatim ſecundam Orationem ſcripſit adversùs Erasmi Epiſtolam. Ea Epiſtola excuſa eſt ſimul cum poſteriore Oratione *Pariſiis* apud Vidoeum. Sed Erasmus per emiſſarios omnia Exemplaria colligi & cremari curavit. Itaque hodie [anno ſcil. 1607. quo hæc annotabat *Paulus* Merula] nuſpiam ea Oratio reperiri poteſt. Edita eſt deinceps *Toloſæ* ann. 1620. cum aliquot Epiſtolis & Opuſculis *Jul.* Scaligeri. Et Prim. *Scaligeran.* Edit. 1669. p. 80.] *Pater meus* Jul. Scaliger *duas Orationes ſcripſit in* Erasmum, *primam in* Ciceronianum Lutetiæ *impreſſum apud* Vidoeum; *alteram in eundem, quâ aſſerit ſe prioris authorem.* Vidi Jul. Cæs. Scaligeri Orationem pro M. T. Cicerone contra *Ciceronianum* Erasmi 12. *Colon.* 1600. apud Bernardum Gualtherium excuſam. De illâ Oratione plura dicentur poſtea, cùm de Doleti Vitâ diſſeram. Erasm. Epiſtol. p. 1521.] Erasmus Goclenio S. P. —— *Suſpicor harum moleſtiarum* τεχνίτην *eſſe eum, qui* Scaligeros, Doletos, & Merulas *in me ſubornat. Non ſat habet homo, Judaice vindex, impetere me, niſi & meos impetat. In furioſo Dialogo* Doleti *vexatur* Morus: *habet* Leodii, *qui ſuffundit frigidam, & hominem ad malitiam inſtruit.* —— Baſileæ 28. Jun. 1536. De *Stephano* Doleto poſtea dicetur.

(a) Lege ipſius Epiſtol. ad Vlatten. *Ciceroniano* præfix. p. 221.

(a) Ad

*pro Chriſtianis reddamur Pagani*, *quum ego nihil prius agendum exiſtimem*, *quàm ut bonæ literæ*, CHRISTI *Domini Deique noſtri gloriam*, *eâ ſermonis copiâ*, *ſplendore*, *nitoréque prædicent*, *quo* M. TULLIUS *de rebus prophanis dicere ſolitus eſt. Et animadverto juvenes aliquot*, *quos nobis remittit* Italia, *præcipuè* Roma, *nonnihil afflatos hôc affectu. Viſus itaque ſum mihi rem facturus nec inutilem ad pietatem*, *& ſtudiis adoleſcentiæ conducibilem*, *ſi lucubratiunculam unam huic rei darem*, *non ut eloquentiæ candidatos à* CICERONIS *imitatione deterream* : *quid enim inſanius*? *ſed ut oſtendam*, *quo pacto fieri poſſet*, *ut verè* CICERONEM *exprimamus*, *& ſummam illius viri facundiam cum Chriſtianâ pietate copulemus.*

Hujus Sectæ fautores veram imitandi rationem omnino ignorabant. Qui verba captat nuda, centonésque meros conſuit, eſt plagiarius, non imitator; æquè ridendus, ac Graculus Pavonis vel Aſellus Leonis exuviis ſuperbiens. Neſcit, ſervili imitationi ingenua quid intereſt; putaminibus nucleus, umbræ corpus quid præſtat. Qui autem *Ciceroniani* revera nomen meretur, is in ſummâ dictionum non hæret ſuperficie; ſed imos abditóſque rerum penetrat ſenſus; univerſum Orationis filum, ſtructuram, cultum, artem (quæ in lectore animi attentiùs omnia penſantis, magis quàm oculi leviter perſtringentis aciem requirunt) intuetur; donec totum ipſum penè induerit Oratorem: quem ubi ſibi fecerit familiarem, in argumento quolibet tractando ſic ſentit, ſic ſcribit, ut non rectiùs & aptiùs ſentire, non ſignificantiùs & ornatiùs ſcribere ipſe CICERO potuiſſe videatur.

Hæ *Ciceronianorum* lites ERASMUM (a) diu vexaverunt; nec ab hujuſmodi jurgiis, donec fuit in vivis, immunem ſe ſervare potuit. Quin tota penè ejus vita erat contentionibus inter ipſum & viros, eóſque doctos ac celebres, agitatis pleniſſima. Eruditio maxima, quâ plurimos ſuperabat, & immodicæ, quibus docti plerique illum efferebant, (b) laudes; ingenium paulò nonnunquam moroſius & iracundius, quo de levi cauſa etiam cum (c) amicis rixabatur;

(a) Ab ann. 1526. ad ann. 1536. Quod colligo ex ERASMI Epiſtol. ad MOLINUM ann. 1526. (p. 938.) & ad GOCLENIUM ann. 1536. (p. 1522.)

(b) Eas tamen ultro oblatas à ſe rejiciebat. Lege ERASM. Epiſtol. (p. 1369.) ad LAZ. BAYF. —— *Illa verba tuis in literis non ſinè riſu legi*, Ad magnum illum ERASMUM: *qui titulus haud quadrat in hoc corpuſculum*, *minùs in fortunam*, *minimè in ingenium. Sed tamen iſtuc modeſtius quàm quod* ZASIUS *nunquam exorari potuit*, *ut deſineret me ter maximum appellare.* —— *ann.* 1531.

(c) De lite inter ipſum & BUDÆUM dictum eſt. Lege etiam (inter ERASM. Epiſtol. p. 355.) Epiſtol. BUD. ad ERASM. ann. 1518. Gulielmus BUDÆUS, *hactenus* ERASMI *amicus*, *ultimam ſalutem dicit* ERASMO. —— *Vale*, *& me*, *cùm ſatìs odiſſe videbere*, *rurſus ama.* Et (p. 1366.) ERASM. ad EGNAT. ann. 1531.

—— *cum*

batur; (a) liberior ſtylus, quo (b) Eccleſiaſticorum ignorantiam

—— *cum* BUDÆO *nunquam in gratiam redii.* Et (ERASM. Vit. in 12. 1642. p. 10.) *Uſque ad annum quinquageſimum nec impetiverat quenquam, nec impetitus eſt à quoquam ſtylo.* —— *A* FABRO *primùm eſt impetitus.* Lege ERASMI Epiſtolam (ERASM. Epiſt. p. 265.) quâ cum *Jacobo* FABRO expoſtulat ann. 1517.

(a) ERASM. Vit. in 12. 1642. p. 10.] *Linguæ inter amicos liberioris, nonnunquam plusquam ſat eſſet; & ſæpe falſus non tamen poterat amicis diffidere.*

(b) Ibid.] *In provehendis bonis litteris nemo magìs profecit; gravémque ob hanc rem invidiam ſuſtinuit à Barbaris & Monachis.* Et ibid. p. 50.] *alicubi quorundam arrogantiam, ambitionem, avaritiam, ſuperſtitionémque liberiori ſtylo ſubtaxat.* In odium & offenſionem ERASMUS incurrit nullam magìs ob cauſam, quàm ob *Ciceronianum* & *Colloquia.* De illo priùs ſcripſi multa. *Colloquia* (ut ipſe teſtatur in Epiſtolâ ad *Quirinum* TALESIUM ann. 1532.) Vide pag. 1456.) *Opus* ipſi *vehementer invidioſum, Typographis bene lucroſum.* Et pag. 930.] ERASMUS THOMÆ *Cardinali* ANGLIÆ S. D. —— *Audio iſthic librum* Colloquiorum *diſtrahi vetitum, quod nec* Lovanii, *nec* Lutetiæ *quisquam attentavit, quum illic ſint devotiſſimi bonarum literarum hoſtes, & ob has mei quoque* —— *In* Colloquiis *meis nihil eſt, vel obſcœnum, vel impium, vel ſeditioſum. Plurima ſunt, quæ refert Juventutem ſcire, ne ſe temere in vitæ genus præcipitent, unde ſeſe non queant explicare, ne curſitent* Compoſtellam, *domi relictâ uxore ac liberis, quos curare præſtiterat, aliáque innumera, quæ ipſi deberent in Concionibus admonere populum. Fortaſſis, quæ varietas eſt humanorum ingeniorum, tetrico cuipiam diſplicebit aliquid dictum amœnius, erit quod in ſuſpicionem rapiat moroſior; verùm adversùs talium calumnias nulla cautio eſt. Indecorum eſt, inquiet aliquis, ſeni ad iſtum nugari modum. Atqui laudantur vetuli literatores, qui ſe demittunt ad puerorum balbutiem, ut illos ad diſcendas literas alliciant. Committat Amplitudo tua* Colloquiorum *libellum alicui perlegendum, qui Latinè Græcéque ſciat: non dicam* Thomæ MORO, *aut* Cuthberto TONSTALLO, *amici ſunt, quanquam uterque ſic eſt amicus* ERASMO, *ut Veritatem anteponat, ſed alii cuipiam, nec in odium, nec in ſavorem notabiliter propenſo. Si deprehendantur impia, me quoque ſuffragante eripiatur Juventuti; Sin offendunt leviora quædam, poterunt ex bonorum virorum judicio corrigi, quò penès Juventutem maneat utilitas. Nuper* Dominicanus *quidam tergo importavit in* Angliam *Libellos famoſos in me ſcriptos à quatuor ſcurris ejusdem Ordinis, ſed fictis nominibus, plenos impudentiſſimis mendaciis: illi invenerunt emptorem, & mea* Colloquia *ejiciuntur è Bibliopoliis. Venditur* Colloquiorum *meorum Libellus per ſcurram* Lambertum CAMPESTREM, *qui nuper compilato patrono ſuo fugit* Lugduno, *falſatus.* —— *Ann.* 1526. Et p. 1014.] ERASMUS JOAN. VERGARÆ S. D. —— *Quod aiunt meos Libros* Lutetiæ *publico judicio damnatos, aut legi prohibitos, impudens eſt mendacium, quum omnia mea proſtent* Lutetiæ, *& nuper* Colloquia *ſint illic excuſa à* COLINÆO *Typographo, quum nulli libro ſint magìs infenſi.* —— *ann* 1527. Et. p. 1099.] Idem Jo. EPISCOPO S. D. —— *Ad articulos, quos ab illis objici ſolitos recenſes, poſſem ſimpliciter reſpondere, nihil eſſe tale in* Colloquiis *meis, nec ullos pueros fieri deteriores illorum lectione. Sed iſta ſunt commenta quorundam, quos ad nihil aliud dicas natos quàm ad calumniandum. Quod tamen in Ordinis contumeliam rapi nolim. Sed in rebus humanis nullum eſt corpus, quod non ſuas habeat vomicas. Hactenus exercuerunt tyrannidem in ætatem rudem ac ſimplices idiotas, nunc hoc urit eos, quòd Juventus aliquid diſcit, quod ipſi neſciunt. Hinc illæ lacrymæ. In* Colloquiis *meis adeò nihil eſt obſcœnum aut laſcivum, ut caſtè tractent etiam illa, quæ naturâ laſciva ſunt: velut in* Colloquio Proci & Puellæ, Scorti & Adoleſcentis: *& hoc arbitror ubique à me diligentiſſimè cautum, ne quid tenera pubes è ſcriptis meis hauriat laſciviæ. De peregrinationibus obſecro quid doceo, niſi ut in his ſuperſtitionem fugiant homines, quâ mundus undique ple-*

*nus*

tiam aut vitia carpere, adversùs ipſum invidiam, inimicitias, (a) ſuſpi-

nus erat usque ad inſaniam, majore lucro æditorum quàm pietatis? Confeſſionem approbant Colloquia, frementibus iis, qui ſe venditant Evangelii titulo. Ridetur ibi quidam Miles, ſic adiens Confeſſionem, ut ferè ſolet vulgus: nec aliud illos offendit, niſi quòd alicubi dico, Confeſſionem, quæ fit Deo, præcipuam eſſe; & ſubindicat Adoleſcens, hanc ob hominibus inſtitutam, non tamen aſſeverat. Loquor autem de hâc formâ Confeſſionis, quæ nunc in uſu eſt, quam nusquam non probo. Eam à CHRISTO inſtitutam fuiſſe nec eſt veriſimile, nec quisquam adhuc docere potuit: ſi quis doceat, me quidem habiturus eſt applauſorem. Quam tamen interim ita doceo ſervandam, quaſi CHRISTUS inſtituerit. In Libello De modo confitendi, non hoc ago, ne confiteamur. Id efficere non poteram, niſi propoſitis quibusdam incommodis, quæ non adſcribo Confeſſioni, ſed vitio confitentium & audientium. Jam quum totus mundus plenus ſit fabularum de flagitiis ac ſceleribus, quæ ſub umbrâ Confeſſionis admittuntur, indignantur mihi, quòd moderatiſſimè quædam attigerim: nec reputant, quàm multa pudore Chriſtiano ſiluerim ejus generis, ut vel ſola commemoratio poſſet Lectoris animum inficere. Verùm Monachi complures non amore pietatis urgent hanc Confeſſionem, ſed quòd hinc auferant luculentam meſſem, dum regnant in ædibus divitum, quorum ſecreta nôrunt, dum adſunt morientibus, dum arrodunt teſtamenta. ——— Baſil. 1. Sept. 1528. Et p. 1453.] Idem JOANNI CHOLERO S. P. ——— Lambertus CAMPESTER olim Lutetiæ edidit Colloquia mea velut à me emendata, perſuaſo Typographo rem eſſe vendibilem, & ſub nomine meo præfatus, & admixtis per totum Opus miris emblematibus, quibus me ipſum accuſabam, omnia plena ſcurrilis cujusdam ſtoliditatis, quo peracto fugit Lugdunum; & ſimulans ſe ſummum ERASMI amicum, reperit patronum, cui mox ſuffuratus trecentos coronatos fugit ——— ann. 1532. Et p. 1752.] ERASMO GER. MORRHIUS S. P. ——— Admonendus eſt OMPHALIUS noſter, ne ipſe quoque ejusmodi ſalibus Theologorum animos in ſe irritet: nam ſemel irritatos vix magno negotio compeſceret, id quod ego ſuperioribus annis meo malo ferme didiceram, cùm inhiberetur, ne pueris tua Colloquia in Collegiis prælegerentur ——— Pariſiis 1532. Et p. 1919.] AUGUSTINUS STEUCHUS EUGUBINUS ERASMO S. D. P. (p. 1925.) Quantum autem libri tui Monachorum vitæ obeſſe crediti ſint, id abunde teſtatur, quòd publico conſenſu & edicto legi & haberi apud nonnullos eorum interdicti ſunt. Sed hæc culpa tua non fuerit, fuerit eorum, qui Scripta tua non recte & cum judicio legerunt, nec mentem tuam verè ſunt interpretati. Credo enim te non ipſam ſanctitatem, ſed ſuperſtitionem tantùm & imperitiam damnâſſe. At modeſtiùs & meliore ratione, dicunt nonnulli, fuiſſe faciendum. Quorſum enim attinebat (ut exemplum proponam) ut eo modo quorundam vitia attingeres, ſicut in tuis Colloquiis attigiſti? Quàm enim noxia pocula ibi propinâſti? Quos blasphemiarum fontes aperuiſti? Hæc eſt veſtra providentia, graviſſimè cenſor ERASME. Usque ad præcordiorum intimâ penetrat vobis dolor, ſi quid de famâ veſtrâ à quopiam detractum arbitramini: apologias, reſponſiones paratis: & non putatis alios ſentire dolorem, cùm eos tam crudeliter defœdatis. Mitiùs, clamas, attingendum gentis totius nomen; tu quomodo id obſervas, qui dum unum aut alterum attingis, totum Ordinem dehoneſtas, ſtupratorem virginum ſacrarum illic tacitè introducis, ſed non taces in Exomologeſi tuâ. Quæſo dum hoc facis, non de omnibus præbes cauſam judicandi? At quantum ſcandalum eſt hoc Populo Chriſtiano? Teſtes certè ſunt Provinciæ, quæ ad everſionem Monaſteriorum iſtiusmodi documentis imbutæ conſpirârunt. Vidi ego, & legi his oculis Epiſtolam tuam, in quâ Religioſo cuidam respondes, qui te ad Religionem revocabat. Ibi apertè dicis, nullum in Religione Chriſtianâ majus malum inveniri potuiſſe, quàm cùm Religiones iſtæ repertæ ſunt. Sed dices non eſſe tuam Epiſtolam; gratulator, ſi ſic eſt. Mirantur autem multi, cur tu gravioribus annis, in tuis Colloquiis, quæ alioquì tuam & eloquentiam & acumen reſipiunt, tot mala tacitè interſerueris. Neque ego contra te inertium ac ſuperſtitioſiorum Monachorum vitam mcréſque defen-

(a) ſuſpicionémque moverant. ERASMUS tandem (b) ſenio & (c) morbo gravis, poſt-

(a) Suſpicio fuit (cui nonnulla neque forſan levis cauſa ſuberat) ERASMUM Pontificiorum partibus, gravioribus ſaltem erroribus, minimè favere. Præterea (Vit. ERASM. Edit. Lugd. Bat. 1642. p. 11.) Lutherana Tragœdia oneraverat illum intolerabili invidiâ, diſcerptum ab utrâque parte, dum utrique ſtudet conſulere. ERASMUS cum LUTHERO acerbè agi noluit, & indè orta eſt ſuſpicio: quod ipſius ad LAURENTIUM CAMPEJUM Card. Epiſtola (p. 595. 598.) teſtatur. Quærebatur anſa, quâ privatim odium ſuum poſſent ulciſci. Ea quoniam non data eſt, ægre ferunt: & nihil non comminiſcuntur, quo me apud ignaros rei, vel in odium, vel in ſuſpicionem adducant. Primùm una aut altera Præfatio LUTHERI Libris admixta, paulò Latinior, ſatìs erat illis argumenti, LUTHERUM meâ operâ adjutum fuiſſe in conſcribendis ſuis Libellis, in quibus ne apiculus quidem eſt meus. —— Sub hæc prodiit Epiſtola quædam ad LUTHERUM mea: mox altera ad Cardinalem Moguntinum, utraque typis excuſa. Quâ quidem in re non queo ſatìs admirari conſilium quorundam, qui ſtatim evulgârunt, quod ego cerâ obſignatum ſcripſeram uni legendum. —— Sic igitur favi LUTHERO, bonis illius favi, quæ in illo vel videbam, vel eſſe credebam. Imò non illi favi, ſed gloriæ CHRISTI. Et tamen in eodem videbam, quæ mihi nonnullam ſollicitudinem ac ſuſpicionem incuterent. —— In Epiſtola ad Cardin. Moguntinum quid aliud ago, quàm ne per vim opprimatur, cauſâ non cognitâ: ne ea feneſtra aperiretur quibuſdam damnandi, quod non refellunt, & haud ſcio an etiam intelligant? Et tamen in eâdem ingenuè fateor, mihi quædam in LUTHERO diſplicere. Hactenus favebam LUTHERO, ut nollem illum dedi quorundam libidini, qui quovis prætextu tendebant ad ſubvertendas bonas literas: ſed tamen non ita favebam, quin divinorum Voluminum teſtimoniis revinci, quin argumentis refelli vellem, ſi refelli mereretur. Generoſa ingenia doceri cupiunt, cogi non ferunt. Docere Theologorum eſt, cogere tantùm Tyrannorum eſt. Ita favebam LUTHERO, ut corrigi mallem, quàm perdi; revocari, quàm exſtingui, ſi quid erraret. Et errant, quotquot hactenus ſcripſerunt, ſi modò Canonicas Scripturas excipias. Hôc animo puto & hodie Theologos omnes probos favere LUTHERO. Imo hôc animo video & ipſum eſſe LEONEM Pont. Maximum. —— Lovanio 6. Decemb. 1520. Lege & MELCH. ADAM. Vit. Philoſophor. German. de Vit. ERASM. p. 99. 100.

(b) ERASM. Epiſt. p. 935.] ERASMUS EGNATIO S. D. —— Utinam mihi licuiſſet in Muſarum viretis conſeneſcere! Nunc ſexagenarius protrudor in arenam gladiatoriam, & pro lyrâ teneo rete. Bene vale, Baſileâ 6. Maji, anno 1526. Et p. 1418.] Idem JOANNI RINCKIO S. P. —— Siquis tibi nunciaret ERASMUM jam propè ſeptuagenarium duxiſſe uxorem, nónne térque quatérque te ſignares crucis imagine? Faceres ſat ſcio, & equidem non injuriâ. Atqui nunc, mi RINCKI, rem feci nec minùs operoſam, nec minùs moleſtam, nec minùs ab ingenio ſtudiiſque meis alienam. Emi domum ſpecioſi quidem nominis, ſed parum æqui pretii. Quis nunc deſperet amnes, verſo in diverſum curſu, relapſuros ad fontes ſuos, poſteaquam ERASMUS, qui hactenus per omnem vitam omnia poſthabuit ocio literario, factus eſt licitator, emtor, ſtipulator, cautor, ædificator, ac pro Muſis rem habet cum fabris lignariis, ferrariis, lapidariis, vitrariis? —— apud Friburgum Briſgoiæ 4. Sept. 1531.

(c) Et p. 1296.] Idem PHILIPPO MELANCHTHONI S. P. —— Menſem jam quartum ægroto. —— Friburg. 1530. Et p. 1475.] Idem DESIDERATO MORE S. D. —— A fine Februarii uſque ad Septembrem perpetuò langui, ſic collapſo ſtomacho, ut omnino nihil admitteret, ac certò comperi languoris cauſam non aliam fuiſſe, quàm vini idonei inopiam: nam mutato

LIUM Pontificem ſcriptum, is Dialogus recuſus eſt Oxoniæ 1669; cui præfixum eſt Colloquium exploratorium Dialogiſtæ, quem magnum illum fuiſſe ERASMUM conjecturis longè luculentiſſimis efficitur. Expendat Lector Authorine Colloquii an ERASMO ipſi velit credere.

poſtquam (a) *Friburgi* (b) ſeptennium egiſſet, (c) *Baſileam* ad HIERONYMUM FROBENIUM veterem amicum divertitur; ubi dyſenteria per integrum menſem vexatus, & paulatim exhauſtus, ann. 1536. 5. Id. *Jul.* ſub mediam noctem animam efflavit, annos 70. menſes 8. dies 15. natus.

(d) Is ſignaverat 12. *Februarii*, ann. 1536. ſupremas tabulas; quibus BONIFACIUM AMERBACHIUM *omnium facultatum ſuarum hæredem inſtituit, executores verò* HIERONYMUM FROBENIUM, *&* NICOLAUM EPISCOPIUM. *Bibliothecam ſuam vendidit* JOANNI à LASCO Polono, *modò hæredi numeraverit ducentos Florenos.* ——— *Legavit* SIGISMUNDO GELENIO *Ducatos centum & quinquaginta*: JOANNI ERASMIO FROBENIO *duos Annulos, quorum alter non habet gemmam, alter habet gemmam ſubviridem* Gallis *dictam* Turquoys, HIERONYMO FROBENIO *omnes veſtes ſuas, omnémque ſupellectilem ſuam, laneam, lineam & ligneam: præterea Poculum, quod habet Inſignia Cardinalis* Moguntini: *Uxori ejus Annulum, qui habet imaginem mulieris in tergum reſpicientis*: NICOLAO EPISCOPIO *Poculum cum operculo, quod in pede habet verſiculos insculptos*: JUSTINÆ *uxori ejus duos Annulos, quorum alter habet adamantem, alter* Turquoys *minorem. Hanc extremam voluntatem ſuam, quò plenior eſſet*

*mutato vino protinus revixit ſtomachus. Hæc eſt hujus corpusculi calamitas toleranda, donec & ventrem & escas deſtruat Deus. Ne verò mihi idem eveniat rurſus hâc hyeme, emiſi famulum* Gilbertum COGNATUM, *mihi quidem multis nominibus chariſſimum, ſed hôc etiam titulo chariorem, quod tibi propinquâ conſanguinitate conjunctus eſt, ut mihi duo aut tria vaſa adferat.* — Friburg. 1533. Et p. 1491.] Idem CORNELIO GRAPHEO S. P. ——— *me discruciat novum malum podagra, ſeu panagra potiùs* ——— Friburg. 1534.

(a) ERASM. Epiſtol. p. 1506.] ERASMUS DAMIANO à GOES S. D. —— *Sum* Baſileæ *ob Editionem* Concionatoris *mei, ac valde ſum animi dubius, an expediat* Friburgum *repetere* ——— Baſileæ 18. Aug. *ann.* 1535. Et. p. 1514.] Idem LUDOVICO BERO S. D. ——— *Nunc mitto* Gilbertum *meum, ut ſupellectilem divendat, & famulam benignis rationibus ableget.* ——— Baſil. 21. Sept. 1535. Et p. 1515.] Idem DAMIANO à GOES S. P. ——— Gilbertus *me reliquit, jam Canonicus. Cantabit Miſſam. Ædes vendidi ac ſupellectilem diſtraxi non magno lucro meo, nec tamen prorſus infeliciter.* ——— Baſil. 15. Decemb. 1535. Et p. 1520.] Idem FRANCISCO BONVALETO *Theſaurario* S. P. ——— *Senectus in dies ingraveſcit, morbus urget acriùs. Vehementer egeo auxilio* Gilberti COGNATI, *qui multorum annorum convictu novit omnia mea* ——— Baſil. 17. Maii 1536. Et p. 1522.] Idem CONRADO GOCLENIO S. P. ——— *Me neceſſariò valetudinis cauſâ reliquiſſe* Friburgum, *hôc animo, ut* Eccleſiaſtâ *abſoluto* Beſontium *peterem, ne non eſſem in ditione Cæſaris; ſed hîc ingraveſcens valetudo cogit hybernare. Hîc enim, quanquam ſum apud amicos ſinceriſſimos, quales* Friburgi *non habebam, tamen ob dogmatum diſſenſionem malim alibi finire vitam* ——— Baſil. 28. Jun. 1536.

(b) MELCH. ADAM. *Vit. Philoſoph.* German. in *Vit.* ERASM. p. 94.

(c) MELCH. ADAM. in loco modò citato.

(d) Vide ERASM. *Vit.* 1642 p. 63.

(a) MELCH.

*eſſet fides, propriâ manu ſubſcripſit, ac peculiare annuli ſui ſigillum, Terminum, adfixit,* Baſileæ, *in ædibus* HIERONYMI FROBENII 12. *die* Februar. *ann.* M.D.XXXVI.

EPITAPHIUM
CHRISTO SERVATORI S.

DES. ERASMO Roterodamo, *viro omnibus modis maximo, cujus incomparabilem in omni disciplinarum genere eruditionem pari conjunctam prudentiæ poſteri & admirabuntur & prædicabunt,* BONIFACIUS AMERBACHIUS *hæres,* HIER. FROBENIUS & NIC. EPISCOPIUS *nuncupati ſupremæ ſuæ voluntatis vindices, patrono optimo, non memoriæ, quam immortalem ſibi editis lucubrationibus comparavit, iis tantiſper dum Orbis terrarum ſtabit ſuperfuturo, ac eruditis ubique gentium colloquuturo, ſed corporis mortalis quo reconditum ſit ergo, hoc ſaxum poſuere.*

*Mortuus eſt* IV. *Eidus* Jul. *jam ſeptuagenarius ann. à* CHRISTO *nato* M.D.XXXVI.

(a) *Cùm* HIERONYMUS FROBENIUS & NICOLAUS EPISCOPIUS *Typographi ſenſiſſent Opera* ERASMI *ſimul ordine collecta ab eruditis deſiderari: obſequendum illis rati, rem aggreſſi ſunt tum magnificam, tum omnium favore dignam, nullâ nec ſumptuum nec laborum magnitudine deterriti: & Volumina* ERASMI *in Tomos juxta Auctoris Catalogum ad* BOETIUM *diſtributa typis excuderunt, adjectis ab* AMERBACHIO *ſuo quibusque loco iis, quæ poſtea idem* ERASMUS *elucubravit. Omiſerunt tamen decimum Tomum, non niſi alios Auctores ab ipſo recognitos complectentem.*

En eorum Epiſtolam ad JOANNEM à LASCO miſſam.

(b) *Majorum imaginibus ac eruditione illuſtriſſimo Viro*
*D.* JOANNI à LASCO, *Baroni &c. Domino*
*ſuo plurimum colendo,*
HIER. FROBENIUS, & NICOL. EPISCOPIUS S. D.

„ Ex D. AMORBACHII Litteris tuam inſignem in nos cogno-
„ vimus benevolentiam, quâ aureos centum in ſubſidium univerſis
„ ERASMI, patroni noſtri unici, Lucubrationibus unico corpore
„ imprimendis, nobis offers, quapropter innumeras tibi & meritas
„ habe-

(a) MELCH. ADAM. in *Vit.* ERASM. p. 100.

(b) ERASM. Epiſt. p. 1775.

(a) SIM-

„ habemus gratias, imò nec minores, quàm ſi accepiſſemus. Atqui
„ quum id Opus plura requirat Florenorum millia quàm noſtræ
„ poſſideant facultates, nobis non temere tale quid, niſi opulentio-
„ rum fretis auxilio, eſt tentandum: unde benignam adhuc ali-
„ quam exſpectamus occaſionem moliminis noſtri adjutricem; quam
„ Deum ſperamus ἀπὸ μηχανῆς alicunde per ſingularem aliquem
„ ERASMI ſacro ſanctæ memoriæ amicum præſtiturum nobis.
„ Quantum ad typographicam operam ac induſtriam attinet, nobis
„ nihil deeſſe ſcimus; imò nemo meliùs aut æquè poterit bene at-
„ que nos excudere, quibus multa adhuc ab ipſo Auctore recognita
„ & luculenter aucta ſint & repoſita, quæ huic reſervantur Editio-
„ ni. Quapropter ſi ſeriùs quàm multi velint, atque item nos ipſi,
„ ERASMI Opera iſthôc prodierint modo, non noſtrum ani-
„ mum, ſed exiguitatem tanto conatu inferiorem ac imparem accu-
„ ſent, volumus, quæ etiam apud Tuam Celſitudinem facilè nobis
„ patrocinabitur. Optimè vale, Vir Clariſſime, ac tuis nos clien-
„ tibus amicis annumera. *Baſileâ* poſtridie Natalis JESU, qui ipſi
„ S. STEPHANO Protomartyri ſacer fuit, ſeu 26 *Decembris*. An-
„ no 1536. T. D. Devotiſſimi. HIERONYMUS FROBENIUS,
„ & NICOLAUS EPISCOPIUS.

Illa autem ERASMI Opera (a) anno poſtea 1540 ex Officinâ *Frobenianâ* prodierunt.

Sed redeo ad HERVAGIUM, unde longiùs me abduxerat ERASMI funus: neque quidem mihi ad res, quæ ERASMI vitam mortémque ſpectant, digreſſo videor à meo propoſito aberrâſſe; quippe Typographicos Annnales ſcribentis intereſt nil magìs inveſtigare, quàm quibus à Typographis plus debeatur.

*Hervagiani* preli operâ uſi ſunt Viri iis temporibus celeberrimi (b) JOANNES LONICERUS, (c) SYMON GRYNÆUS, (a) VIN-

(a) SIMLER. *Bibliothec.*

(b) Ann. 1533. edidit ſuam *Sophoclei* AJACIS Verſionem cum Epiſtol. ad JOANNEM Comitem *ab* HENNENBERG. Abbatem *Fuldenſ.* in quâ de bonarum Diſciplinarum apud *Germanos* ob diſſidia & Sectas contemptu conqueritur.

(c) Anno eodem eduxit in lucem Græca EUCLIDIS Opera, *Cuthberto* TONSTALLO nuncupata, cujus Libros *de omni numerorum ratione* laudat. EUCLIDIS duo Exemplaria habuit GRYNÆUS; alterum *Lazarus* BAYFIUS *Venetiis*, alterum *Pariſiis Joannes* RUELLIUS; PROCLI Commentaria *Oxonii Joannes* CLAYMUNDUS ſuppeditaverat. De GRYNÆO ſic ERASMUS ad *Guil.* MONTJOIUM ſcribens 18. *Mart.* 1531. (Epiſt. ERASM. p. 1374) SIMON GRYNÆUS *eſt homo Latinè Gracéque ad unguem doctus, in Philoſophiâ & Mathematicis diſciplinis diligenter verſatus, nullo ſupercilio, pudore penè immodico. Pertraxit hominem iſthuc* Britanniæ *viſendæ cupiditas, ſed præcipuè Bibliothecarum veſtrarum amor.* THOMÆ MORO erat notus; Exemplar enim EUCLIDIS

(a) Vincentius Obsopæus, (b) Jacobus Micyllus, Joachimus (c) Camerarius, Joan-

dis ab ipſo editi habeo, cui hæc manu ſuâ ſubſcripſit; *Clariſſimo Heroi D.* Thomæ Moro *Patrono D. D.* Simon Grynæus.

(a) Anno 1534. Heliodori *Æthiopica* primus è tenebris eruit, & *Norimbergenſibus* Senatoribus dedicavit. Hic Liber devenerat ad eum *ſervatus ex iſtâ clade* Ungaricâ, *quâ ſereniſſimi quondam Regis* Matthiæ Corvini *Bibliotheca omnium inſtructiſſima ſuperioribus annis à barbarie* Aſiaticâ *vaſtata eſt. Hunc cum aliis nonnullis miles quidam planè gregarius & ab omnibus tam Græcorum quàm Latinorum disciplinis abhorrentiſſimus, poſtea tinctorem agens, tunc illuſtriſſimum Principem* Casimirum *Marchionem* Brandeburgenſem *laudabilis memoriæ comitatus in* Ungariam, *ſuſtulit, quia auro exornatus nonnihil adhuc ſplendeſcebat.*

(b) Anno 1535. primus in publicum produxit Hygini *Fabulas*, cui adjecit ejus *Aſtronomicon*, cum Arati *Phænomenis* Græcè & Latinè cum aliis ejusdem argumenti plurimis. Hoc Opus Othoni Truchses à Walburg *Spirenſis* Eccleſiæ Canonico inſcripſit Micyllus; ex cujus Epiſtolâ libuit hæc excerpere. *Cùm ſuperiore anno genealogias Deorum, perinde ut à* Bocatio *ante annos aliquot collectæ fuerant, hortatu amici noſtri* Joannis Hervagii, *relegiſſem, & easdem ab innumeris mendis, quibus Editio prior involuta atque obruta erat, caſtigatas excudendas dediſſem: atque idem nuper alium quendam vetuſtum aut manu ſcriptum Codicem, in quo per capita eadem res, atque idem argumentum ab* Hygino *(ſic enim inſcriptus literis erat) tractabatur, viſendum & quoad ejus fieri poteſt, emendandum quoque & reſtituendum dediſſet, ego quia non parvam aut contemnendam laboris partem in eo Opere poſuiſſem, viderémque Librum illum qualemcunque ſtudioſis adoleſcentibus non inutilem aut ingratum fore, volui laborem hunc meum Excellentiæ tuæ, clariſſ.* Otho, *dedicare —— Quantum laboris in emendando ac reſtituendo illo obeundum atque adeò exanclandum nobis fuerit, vel hinc conjecturam facere licet, quòd primùm ipſe Liber (qui beneficio excellentiſſ. D.* Joannis Vueyer Auguſtani, Friſingenſis *Eccleſiæ Canonici, ac M.* Jo. Chrumeri *Canonici apud Divum* Andream Friſingenſem *Notarii integerrimi, nec non &* Viti Chrumeri *ibidem bonas literas, non ſinè laude, docentis, nobis communicatus eſt, (quibus & ſua gratia debetur, quòd ſtudia promovere, ſi qua datur occaſio, non negligunt,) is inquam Liber, externis ac* Longobardicis *notis ſcriptus erat, in quâ tamen re nonnihil adjuvit nos is, qui prior illum Latinè deſcribendum ceperat, cujus nos Exemplum principio ceu filum quoddam ſecuti ſumus. Deinde quòd ipſa verba pleraque inter ſe ita impedita ac perturbata erant, ut alia nobis dividenda, alia aliis abolenda: quorundam principium cum fine præcedentium, & rurſum præcedentium quorundam finis cum principio ſequentis conjungendus eſſet. Ut omittam, quàm multa vetuſtate obliterata, expuncta atque corroſa fuere; quorum alia, æſtimationem & conjecturas ſecuti, reſtituimus; alia, ubi certum aliquid quod ſequi poſſemus non erat, prorſus intacta reliquimus. Omnino autem nihil, de quo non certò vel ex Græcis vel ex Latinorum Poetis conſtaret, immutatum aut loco motum eſt, adeò ut in quibusdam etiam diverſam lectionem, juxta alteram atque priorem, adnotâſſe ſatis putârim. Non enim mihi placet quorundam emendandi ratio, qui omnino temere, & ut quicque poſſe videtur, continuò mutant, aliáque ſubinde pro veris ficta ſupponunt. Quibus ut nihil aliud, illud certè acceptum referre debemus, quòd pleroſque Auctores minùs integros & mutilatos magìs habemus.*

(c) Anno 1538. Græcè vulgavit Epigrammata veterum Poetarum unà cum quibusdam ſuis & *Jacobi* Micylli Epigrammatis. Græcè Epiſtolam præfixit Ἱερωνύμῳ Βαμγαρτνέρῳ καὶ Γεωργίῳ Ρωμαίῳ; in quâ hæc de *Aldinâ* Epigrammatum Editione:

—— Τούτων μέντοι τῶν ἐπιγραμμάτων, ὧν ἡμεῖς, ὡς ὁρᾶτε, τὴν συγκομιδὴν ἐξιδιοποιούμεθα, εἴ τινος τυχὸν καὶ ἐν τοῖς πρότερον ὑπὸ τοῦ Ἄλδου ἐκδοθεῖσιν εὑρεθήσεται οὐχ ἁπλῶς

JOANNES (a) OPORINUS, THOMAS (b) VENATORIUS, & PHILIPPUS (c) MELANCHTHON.

HERVAGIUS (d) anno 1538. ſocium habuit JOANNEM ERASMIUM FROBENIUM. Anno 1537. adjecit Præfatiunculam Græcis EURIPIDIS Tragœdiis, *quorum Editionem in publicis Gymnaſiis deſideratam viri doctiſſimi urgebant*; *Commentaria libenter adjeciſſet, ſi operis idoneis & ſatìs multis fuiſſet inſtructus.* Pollicetur ſe *exhibiturum diſtincto ab hòc Volumine, quàm primùm id fieri* (e) *poterit*

Anno 1552. ex ejus Officinâ prodierunt JOANNIS BRODÆI in OPPIANI *Cynegetic.* CALABRI *Paralipom.* & COLUTH. *Annotationes*; quibus præfigitur NICOLAI GERBELII *ad egregium Virum*

ἁπλῶς οὐδ' ἠλιθίως οὐδ' ἀλλότρια κἀνταῦθα κείμενα ὑπολάβητε, ὄψεσθε γὰρ τὰ παρ' ἡμῶν διερχόμενοι ἢ ἧττον ἀδιόρθωτα ἐκείνων, ἢ τῆς γραφῆς ἑτερόντι ὑποβάλλοντα, ὥστε οὐκ εἶναι ταυτογραφίαν τήνδε, ἀλλὰ καθάπερ ἄν τις φαίη καινὴν ἀφ' ἡμῶν.

Anno 1541. idem CAMERARIUS apud HERVAGIUM dedit Græcè HERODOTUM Principi GEORGIO AB ANHALT dicatum; ſcribítque in Prooœmio ſe *autorem fuiſſe* Joanni HERVAGIO, *ſtrenuo & attento Chalcographo, ut ſuâ in Officinâ Exempla illius Hiſtoriarum, quæ & requirebantur à ſtudioſis Græcæ Linguæ, & non facilè reperiri compererat, expreſſa edere, & hòc tempore ad uſum cupidorum eruditionis publicare vellet.* Idem *pauca diſſerit de illâ vulgari mendaciorum accuſatione, quod crimen* Aldus *etiam* MANUTIUS (in ſuâ Editione ann: 1502.) *jam diluerat.*

(a) Anno 1544. EPIPHANIUM Græcè primùm protulit ex Codice, quem MELANCHTHON & *Joach.* CAMERARIUS à *Jo.* LANGO *Erfurdienſi* acceperant. De OPORINO poſtea dicetur.

(b) Anno eodem, *Thomâ* GECHAUFF (qui cognomento VENATORIUS) Editore primum lucem aſpexit Græcè & Latinè ARCHIMEDES *Norimbergenſibus* Senatoribus ab Editore dedicatus. In Epiſtolâ VENATORIUS multos memorat viros ob Mathematica ſtudia celebres; in iis *Bilibaldum* PIRCKHEYMERUM, qui cùm *Româ Græcè ſcriptum* ARCHIMEDIS *Exemplar operâ cujuſdam amici accepiſſet, illum quotidianæ ſtudiorum conſuetudini voluit eſſe conſortem*; Symonem GRYNÆUM, *paulò ante hæc tempora humanis curis exutum*; Chriſtianum HERLINUM Argentinenſem, *qui in hosce* ARCHIMEDIS *Libros, quò cùm emendatiores tum elegantibus typis illuſtriores prodirent, ſtudium haud leve impendit*; Joannem à REGIOMONTE, *qui* Romæ *agens poſt direptam à* Turcis Conſtantinopolin *Græcos clade ereptos multos & vidit & deſcripſit non paucis articulis propriis*; *ac inter alia*, ARCHIMEDIS *Libros à* JACOBO Cremonenſi *in gratiam* NICOLAI V. *jam pridem Latinos factos oblatos ſibi ab amicis diligentiſſimè deſcripſit, & alterâ in* Italiam *ſusceptâ profectione* (*non ſine dati veneni ſuſpicione*) *hominem exuit.*

(c) Anno 1545. Bibliis Græcè (1) juxta Editionem *Venetam* excuſis Præfationem adjecit. In his Libri *Eſdræ*, *Nehemiæ*, *Eſtheræ*, *Pſalmorum*, *Threnorum*, *Eſdræ* Apocryphus, binis in unâquâque paginâ columnis, reliqui non item, excuduntur. Librorum plerorumque initia limbulis icuncularum vel floſculorum plenis ornantur: in quorum nonnullis inſeritur hoc (2) Lemma [*Audaces Fortuna juvat*] aut (3) caput [ELIONORA VXOR REGIS FRANCIÆ.]

(d) Epigramm. Græc. ex Edition. *Camerar.*

(e) Promiſſum præſtitit ann. 1544.

(1) LONG. *Biblioth. Sacr.*
(2) Initio *Jobi*, *Marci*, *Petri.*
(3) Initio *Matthæi*, *Jacobi.*

*Virum* D. JOANNEM HERVAGIUM *Typographum* Baſilienſem *Præfatio. Quoties præſentium rerum ſtatum intueor, amantiſſ.* HERVAGI, *eúmque cum ſuperiorum temporum curſu compono, conferóque, multa variáque concurrunt, quæ cujusvis animum etiam fortiſſimi poterunt excutere. Inopinata, ſubitáque rei frumentariæ inopia; longi inſuperabiléſque morbi; inaudita & peſtifera, tum externa, tum etiam civilia bella: quæ tanto equeſtrium pedeſtriúmque copiarum apparatu inſtruuntur, ut credas univerſum Orbem in arma cædéſque conjuráſſe.* —— *Erat ante aliquot annos maxima bonorum Librorum penuria: magnus agebatur triumphus, ſi quis è latebris, tenebríſque veterem aliquem Authorem eruiſſet. Hodie tota* Europa *plena eſt hujusmodi procerum. Hodie* AELIANI, OPPIANI, CALABRI, COLUTHI, DIONES, LYCOPHRONES, TZETZES, *aliíque adhuc nobis ignoti, in Bibliopoliis proſtant & veneunt. Potentes omnino Deæ Muſæ, quæ inter* MARTEM, BELLONAM, *ipſáſque etiam Furias, audent prodire in publicum. Sed enim ex his Autoribus, tum nonnulli ob vetuſtatem, rerúmque, quas tractant, reconditam cognitionem, paulò ſunt obſcuriores.* JO. BRODÆUS, *vir omnibus bonis literis inſtructiſſimus,* OPPIANO, CALABRO, COLUTHO, *veluti triumviris, adjutrices manus adhibuit: eandémque operam, quam elegantiſſimis nuper Græcorum Epigrammatibus impenderat, etiam in hos contulit Poetas: nihil eorum omittens, quæ ad eruditi doctique Interpretis officium pertinere putavit.* —— *Ad hos eruditiſſimos Poetas aditum ſtudioſis paravit* JOANNES BRODÆUS, *vir dignus ob tam verecundum ingenium, ob tam raram eruditionem, ut ab omnibus legatur & ametur. Et tu quoque dignus,* HERVAGI, *cui maximas gratias & agat & habeat non præſens ſolùm ætas ſed etiam futura poſteritas: ſi qua ſaltem poſteritas in his turbulentiſſimis temporibus futura eſt. Tuo enim labore, tuâ curâ, ſumptûque in ſtudioſorum manus hæ lucubrationes deveniunt. Tu modò perge, neque te vel rerum penuria, vel paſſim graſſantes morbi, aut inſidioſiſſimè gliſcentia bella deterreant, vel impediant: ſed contrà audentior ito, re ipſâ oſtenſurus, te nihil ardentius expetiviſſe, quàm ut prodeſſes literarum meliorum amatoribus. Vale, mi* HERVAGI: & *virum mihi chariſſimum, filiíque vice ſemper habitum,* JOAN. OPORINUM, *meis verbis officioſè ſalutato.* Argentorati, *ſub initia* Januarii, *Anno redempti Orbis* M.D.LII.

HERVAGIO ſuarum Pandectarum Lib. XIIII. *de Naturali Philoſophiâ* CONRADUS GESNERUS his verbis inſcripſit.

*Humaniſſimo Viro* JOANNI HERVAGIO *Typographo celeberrimo* Baſileæ, CONRADUS GESNERUS *S. D. P.*

*Univerſa quidem Philoſophia in magno hominum neglectu poſita, appetitur quàm pauciſſimis (ut veterem querelam & ſeculis hactenus omnibus* com-

*communem repetam) tum verò maximè eâ ſui parte deſerta jacet, quâ longiùs ab uſu vulgari quæſtûque digreſſa, ad rerum cauſas & principia exploranda tanquam in excelſâ ſeorſim ſpeculâ, caput inter nubila condit. Complures Dialecticæ & Rhetoricæ ſtudiorum candidati reperiuntur, quòd illa ad nullam non profeſſionem utilia ſint, & populo ſe accommodent: pauci morum & reipublicæ inſtitutiones ex Philoſophiæ fontibus imbibunt: pauciores Naturæ primordia progreſſus, effectus, in cœlo, elementis, meteoris, lapidibus, medallis, plantis & animalibus admirantur: pauciſſimi ſupra naturam animis evecti, primam & ſacram ſapientiam, μητὰ τὰ φυσικὰ, ſeriò colunt. Hinc eſt nimirum, quòd cùm in cæteris ſtudiis, quorum major uſus in populo & ſtipendia pinguiora ſperantur, abunde librorum extet, perpauci in Phyſicis ac ſimilibus excudantur. Vix enim unus aut alter eſt, poſt Græcos* ARISTOTELIS *Interpretes, qui laude dignum aliquid in hunc usque diem, quod quidem in lucem prodiverit, tot jam ſeculis ediderit. Solus nuper* GEORGIUS AGRICOLA, *magnum* Germaniæ *decus, de metallis libros eruditiſſimos edidit. Plantarum quidem Hiſtoriam non pauci noſtrâ ætate excoluerunt: ſed ita plerique, ut medicè magìs quàm phyſicè ſcripſerint.* RUELLIUS *duntaxat multa phyſicæ conſiderationis, primo præcipuè ſui operis libro, edocuit. Verùm ut hâc in parte, quæ poſterior eſt, & ad particularia deſcendit, ita in plerisque aliis Phyſici Medicis poſſeſſione ſuâ ceſſiſſe videntur, & vetus rerum naturæ intrà ſuos limites conſideratio tantum non deſiiſſe. Quò magìs laudandi ſunt hodie, qui illam veluti poſtliminio revocatam, ſuis ſedibus reſtituunt: & non particularia tantùm, quæ procul jam à methodo evagantur, ſed ipſam à primordiis Scientiam tractant, & imis gradibus relictis artem conſcendunt, inter quos primas, meo judicio,* JACOBUS SCHEGKIUS *hodie obtinet, vir magnæ doctrinæ, & Philoſophi nomine cum paucis hôc tempore dignus. Et quoniam tu Lucubrationes aliquot Phyſicas hujus Authoris publicas feciſti, videlicet Commentarios in octo Libros* Acroamatum ARISTOTELIS, *& in tres Libros* de Animâ, *& in eodem Græcas enarratiunculas ex prolixis* SIMPLICII *Commentariis deſumptas:* [anno 1544. Vide SIMLER. *Bibliothec.*] *æquiſſimam hujus Opellæ noſtræ in nomen tuum inſcriptionem, nec tibi ingratam fore exiſtimavi. Reliquorum etiam ex Officinâ tuâ Librorum, quos multos & optimos Græcè Latinéque multis jam annis excudiſti, juſtum Catalogum hìc attexerem, ſi omnes memoriâ complecterer. Quos memini igitur in preſentiâ (reliquos enim paſſim in primo Bibliothecæ noſtræ Tomo, ex tuâ natos Officinâ non tacui) ordine aliquo enumerabo, primùm qui ad Artes & Philoſophiam pertinent, deinde Hiſtoricos & Poëticos, poſtremò Theologicos. Sunt autem iſti:*

MICHAELIS HUMELBERGII *Grammatica Græca.* [ann. 1534. SIMLER. *Biblioth.*]

DEMOSTHENIS *Opera Græca cum Græcis* ULPIANI *Commentariis.* [1532. FABRIC. *Bibl. Gr.*]

ANTONII BERNARDI MIRANDULANI *Inſtitutio in univerſam Logicam* , *&* *Commentarius in eandem* , *&* *Apologiæ Libri* 4. [1545. SIMLER. *Bibl.*]

C. JULII HYGINI *Poëticon Aſtronomicon.* EUCLIDES *Græcè &* *Latinè.* [Vide priùs.]

MACROBIUS *ex emendatione* JOACHIMI CAMERARII. [1535. SIMLER. *Bibl.*]

JOANNIS BOCCATII *Genealogia cum Annotationibus* JACOBI MICYLLI. [1532. SIMLER. *Bibl.*]

L. ANNÆI SENECÆ *Opera.* [1537. SIMLER. *Bibl.*]

M. TUL. CICERONIS *Opera* , *Tomis* 4. [1534. FABRIC. *Bibl. Lat.*]

PHILIPPI MELANCHTHONIS *Opera.* [1546. SIMLER. *Bibl.*]

JACOBUS SCHEGKIUS *in Acroamata & Libros* 3. *de Animâ.* *Ejusdem Græcæ Enarratiunculæ ex* SIMPLICIO *in Libros de Animâ.*

THUCYDIDES *Græcè*: *& Scholia Græca in eundem.* [1540. SIMLER. *Bibl.*]

PROCOPII, AGATHIÆ, ARETINI, *&* JORNANDIS *Hiſtoriæ.* [1531. SIMLER. *Bibl.*]

T. LIVIUS. [1549. SIMLER. *Bibl.*] L. FLORUS, *cum* S. RUFFO. [1532. SIMLER. *Bibl.*]

M. ANTONII SABELLICI *Enneades & Exempla cum* D. GASPARIS HEDIONIS *Corollario.* [1538. SIMLER. *Bibl.*]

PAULI CONSTANTINI PHRYGIONIS *Chronica Regnorum omnium ab Orbe condito.* [1534. SIMLER. *Bibl.*]

WINDICHINI *de rebus geſtis* Saxonum, *&* HENRICI *primi*, *&* OTTONIS I. *aliorúmque ſuccedentium Imperatorum* , *Libri* 3. [1532. SIMLER. *Bibl.*] ÆNEÆ SYLVII *Hiſtoria Bohemica.* [1532. SIMLER. *Bibl.*]

HOMERI *Ilias & Odyſſea Græcè cum Scholiis.* [1535.]

EURIPIDIS *Tragœdiæ Græcæ* : [1537.] *& Scholia Græca in earundem aliquot ſeorſim.* [1544. FABRIC. *Biblioth. Gr.*]

P. VERGILII *Opera* (*ni fallor*) *cum Commentariis.* PLAUTUS, *ni fallor.* [SIMLERI *Bibliotheca* nullam *Hervagianam* PLAUTI Editionem memorat priorem anno 1551.]

P. OVIDII *omnia cum Commentariis.* [SIMLERI *Bibliotheca* nullam habet OVIDII ab HERVAGIO Editionem ante 1550.] MARTIALIS *cum Scholiis* JACOBI MI-

CYLLI.

CYLLI. [SIMLERUS annum non adjecit.]

*Epigrammata Græca* JOACHIMI CAMERARII, MICYLLI, & *antiqua quædam collecta.* [Vide priùs.]

CL. GALENI *Opera Græca ex* HERVAGII, BEBELII, & CRATANDRI *Officinis.* [1538. SIMLER. *Bibl.*]

*Septuaginta Græcè, longè quàm antehàc emendatiores.* [Vide priùs.]

EPIPHANIUS *Græcè.* [Vide priùs.] CYRILLI *Opera, Latinè.* [1546. SIMLER. *Bibl.*]

CHRYSOSTOMI *Commentarii in D.* PAULI *Epiſtolas, Latinè.* [1536. SIMLER. *Bibl.*]

M. BUCERI *Enarrationes perpetuæ in Evangelia.* [1536. SIMLER. *Bibl.*]

*Ejusdem Translatio & Commentarius in* SOPHONIAM. [1528. SIMLER. *Bibl.*]

VUOLFGANGI MUSCULI Duſani *Commentarii in Evangelium* MATTHÆI. [1544 SIMLER. *Bibl.*] & *alii in* JOANNEM, *copioſi utrique & doctiſſimi magno paſſim applauſu excepti.* [1547. SIMLER. *Biblioth.*]

*Hæc & alia plura, quæ vel ſolus, vel cum aliis, aut per alios impenſis tuis Volumina ſtudioſis exhibuiſti, humaniſſime* HERVAGI, *vel tacente me laudes tuas ubique concelebrant: ego hæc non tam ut tua tibi extollerem, quàm ut præconis vice fungerer, & empturientibus honeſtiſſimas merces tuas indicarem, ut potui, commemorare volui. Tu voluntati noſtræ favebis, & bona ſtudia bono animo juvare perges: ita tibi propitius & benignus ſit Dominus. Vale.* Tiguri, *octavo Calendas* Maii, 1548.

JOANNES VUALDERUS anno 1533. BUDÆI *de ſtudio & Philologia* Opuſcula; anno 1540. Græcè publicavit MOSCHOPULI Grammaticam & THEOD. GAZÆ duos priores libros, quibus ipſe Epiſtolam ad *pueros doctrinæ ſtudioſos* præmiſit. Ejus Inſigne erat Columba Oleæ palmitem roſtro præferens. Apud eum ann. 1537. SYMON GRYNÆUS *Veterinariæ* Authores tunc primùm Græcè prodeuntes edidit.

JOANNIS VUALDERI induſtriam ipſius verbis exponam in Epiſtolâ, quam VIRGILIO à ſe excuſo ann. 153½. præfixit.

JOANNES VUALDERUS *Studioſis S.* „ Eam ſemper rationem, quantum in me fuit, ſecutus ſum, ſequendámque mihi ſemper in futurum eſſe duxi, ut eorum modò Scriptorum Libros cuderem, qui, cùm in optimis rite habentur, non tam ſumptus

 „ noſtros,

„ noſtros, quos hercle, ut nunc eſt, ſatìs cum periculo magnos imperare ſolent, aliquâ ex parte levare, quàm vobis, ô Studioſi, ſuam ſecum & utilitatem & jucunditatem afferre poſſunt. Itaque ergo nihil me unquam quidquam, quod ad manus veſtras perveniri cenſeam, ſuſcepturum eſſe exiſtimetis velim, ex quo non præclarum aliquem fructum utilitatémque vos capturos ſperem. Sic enim ſtatui, ut quod rationibus meis conducere, id veſtræ reipub. quam unam & colere & obſervare debeo, fraudi nequaquam fore ſentiatis. Utrunque autem, hoc eſt, & quod vos de me, & ipſe de vobis mihi polliceor atque ſpero, abunde nos conſecuturos confido, modò quæ Deo. Opt. Max. authore in communem utilitatem velle cœpi, ad ea quoque veſtri jam ingenii exculti candor dexteritáſque acceſſerit: ſimul & illud videritis, ne, cùm ἑρμαθήνην tam habeatis liberalem, támque vobis amicam, ut nihil eorum, quæ ad ſtudiorum veſtrorum cultum atque ornatum requiri poſſint, deſiderare ſit neceſſe, ipſi vobis defuiſſe videamini. Sed *noctuam Athenas*, qui hæc ad vos. Si quid eſt amplius, quod ad me quidem attineat, ex tabulâ illâ, quam bono (opinor) reipub. veſtræ proferre placuit, quâque Scriptores, quos ipſe quidem in veſtram rem edendos ſuſcepi, veluti Catalogo recenſeo, optimè de vobis meum benemerendi conſilium cognoſcatis licebit. Et quò non doctis ſolùm, iíſque quos jam aliquantum profeciſſe non pœniteat, ſed rudibus quoque & uſu adhuc tyronibus bene velle videar, ecce vobis PUBLIUM illum VERGILIUM MARONEM, cum diligentiſſimi Grammatici, quem ſcitis, SERVII in eundem expoſitione, in quo ornando laudandóque, ſicut meruit, quia pro meâ tenuitate nullus ſum, libenter hoc cùm cæteris tum verò maximè *Joanni Baptiſtæ* EGNATIO *Veneto* conceſſero. Hunc cùm omnium ad VERGILII noſtri laudem illuſtrandam, illiúſque expoſitoris lucubrationem corrigendam quantum pertinet, nihil pro ſuâ doctrinâ eruditionéque prætериiſſe, & ſimul (id quod planè vos ignorare nolo) eum nos in hâc Editione ſecutos eſſe intellexeritis, ut interim, quòd pervetuſto quodam Exemplari multis in locis uſi ſumus, diſſimuletur; quantum nos adjumenti vobis veſtræ'que reipub. attulerimus, opinor, cognoſcetis. Valebitis: hoc ſi addidero, vobis non ingratum fore nobis viſum, VERGILIO cum aliis unà ad ipſum pertinentibus in duas partes ſic diviſo. Primam vos jam habere: Secundam, in quâ omnium, quæ in hôc Opere animadvertenda judicavimus, index; cæterorum item hominum doctorum in eandem rationem ſcripta continentur, proximè nunc expectare debere.

Inter

Inter *Helveticos* Impreſſores locum non infimum obtinuit CHRISTOPHORUS FROSCHOVERUS, qui *Tiguri* (a) Typographiam anno 1522. cœpit exercere, operámque litteris bonam per annos plus quinquaginta induſtrius navavit. Hujus Inſigne, Ranæ ſeu Bufones, partim ad arboris radicem ſiti, partim ad ramos usque adſcendentes, aliquando cum (b) puero bufoni inſidente; cum his verbis (c) CRISTOF. FROSCHOVER. ZVOZVRIC. Ad ſui enim nominis notationem *Germanicam* (quod complures Typographi ſolebant) alludebat. Hunc FROSCHOVERUM Epiſtolâ primo de Grammaticâ ſuarum Partitionum libro præmiſſâ celebravit CONRADUS GESNERUS.

*Clariſſimo Typographo* CHRISTOPHORO FROSCHOVERO CONRADUS GESNERUS S. D. P.

„ Non primus ego unius Voluminis diverſos libros pluribus ſingillatim nuncupo: fecerunt idem etiam alii memoriâ noſtrâ, iíque ſolidæ eruditionis viri. Mihi quidem conſilium non eſt, quodcunque illis fuerit, *de eâdem fideliâ* (ut ajunt) *plures parietes dealbare*: qui Dedicationibus iſtis neque tam gloriam illorum, ad quos fiunt, neque meum aliquod commodum, quàm propoſiti argumenti illuſtrationem, reíque literariæ utilitatem quæſiverim. Etenim in ſtudioſorum gratiam ut Opus hoc univerſum compoſui, ita ſingulorum ejus librorum Inſcriptiones feci in Typographorum illorum nomina, qui hôc tempore maximè florerent, ac optimè de bonis ſtudiis meriti eſſent, ut ſimul hâc occaſione, quinam ex Officinis eorum Libri prodiviſſent, quotquot meminiſſe poteram, commemorarem: ſimul, ut gnaviter pergerent, pro virili meâ illos animarem. Excitatur enim ferè ad majora, qui anteactos labores ſuos quàm plurimis & utiles & gratos fuiſſe, ſéque publicis illorum gratiâ laudibus, tanquam ſuæ præmio virtutis, affici celebraríque animadverterit. Principem verò tibi locum, FROSCHOVERE, inter claros ætatis hujus Typographos aſſignavi, non de induſtria quidem, neque primario inſtituto, ſed caſu, ut modò dicam. Deſtinaveram tibi poſtremum hujus Operis *de Chriſtianâ Theologiâ* librum, tum quòd illius argumenti plurimos Latinè & Germanicè Libros excudiſſe; tum quòd modeſtiùs ita mihi facturus viderer, neque nimium patriæ & civi, minus exteris à me tribui ſuſpicionem excitaturus. Sed cùm ita contin-



(a) Lege GESNERI Epiſtolam paulò pòſt ſequentem.

(b) SIMLER. *Biblioth.* 1574.

(c) GESNER. *Pandect.* 1548.

„ contingeret, ut duo poſtremi Libri in preſentiâ non adjungeren-
„ tur reliquis, & primus *adespotos* ſupereſſet (ab initio enim Editio-
„ nis nondum hoc conſilii ceperam) nemini juſtiùs quàm tibi illum
„ deberi exiſtimavi. Nam tu quoque primus ad utramque *Biblio-*
„ *thecæ* partem, maturè elaborandum *ergodioctes* mihi fuiſti, mag-
„ níſque ſumptibus & laboribus tuis has & alias pleraſque lucubra-
„ tiones meas publicâſti. Tu jam vigeſimo ſexto ferè anno opti-
„ mos ſubinde Codices excudere non ceſſas, Latinâ & Germanicâ
„ Linguâ plurimos, nonnullos etiam Græcâ: eósque omnes opti-
„ mâ fide, diligentiâ ſummâ, adeo ut nihil uſquam de boni Typo-
„ graphi officio deſyderari in te poſſit. Bene itaque cecidit, ut
„ quod caſu quodam factum eſt, idem optimo jure & ex officio
„ meo factum videatur. Quanquam nemo ita judicare debet, ac ſi
„ Librorum ordo, quos aliis priùs, aliis poſteriùs dedicavi, diſ-
„ crimen aliquod inter Typographos conſtituat. Non enim ordi-
„ nem, ſed argumentum, ut plurimum, reſpexi, in quo quis vel
„ numero vel dignitate excuſorum à ſe Librorum excelleret: & ali-
„ cubi fortè ut primùm quis in mentem venit, ita Liber aliquis ei
„ dicatus eſt. Nulla hìc ut in ambitioſis conventibus πρωτοεδρία,
„ nulla comparatio; in ſuo omnes genere excellunt. Alii unius,
„ alii duarum aut plurium diſciplinarum aut linguarum libros exhi-
„ buerunt: & qui numero vincuntur, in paucis diligentiâ compen-
„ ſaverunt, aut unum fortè multorum inſtar dederunt. Porrò plu-
„ res ſupereſſe digniſſimos celebrari Typographos non ſum neſcius,
„ nec ullum equidem illorum, quos laude dignos novi, præteriiſ-
„ ſem, ſi totidem mihi numero nuncupandi Libri ſuperfuiſſent. Sed
„ *vino*, quod aiunt, *vendibili non opus eſt ſuſpenſâ hederâ.* Tu pri-
„ mum hunc Librum, optime FROSCHOVERE, hilaris accipies,
„ & ut bonas literas omnes, ita Grammaticam & Philologiam,
„ quod argumentum ejus poſtulat, ſtrenuè promovere perges: ſic
„ animum tibi alacrem & ſucceſſum felicem amantiſſimus humani
„ generis CHRISTUS rebus tuis ſemper cunctis propitius gratifi-
„ cetur. Vale. *Tiguri.* Anno Salutis 1548. duodecimo Calend.
„ *Septembris.*

Catalogus Librorum, quos CHRISTOPHORUS FROSCHOVERUS *Tiguri* publicavit. Ubi duo reperiuntur numeri, prior indicat annum Domini, quo ſinguli excuſi ſunt, poſt milleſimum quingenteſimum: poſterior formam ſive magnitudinem chartæ: quemadmodum etiam, qui unicus fuerit.

GRAMMA-

## GRAMMATICA & RHETORICA.

THEODORI BIBLIANDRI Inſtitutionum Grammaticarum de Linguâ Ebreâ liber 1. 35. 8.

Ejuſdem de ratione communi omnium Linguarum & literarum Commentarius, cum compendiariâ Explicatione doctrinæ rectè beatéque vivendi & Religionis omnium gentium. 48. 4.

Compendium Grammaticæ Græcæ JACOBI CEPORINI, cum Georgicis HESIODI brevi ſcholio explicatis, & Epigrammatibus aliquot Græcis. 39. 8.

Idem rurſus ſinè HESIODO & Epigrammatibus, cum Acceſſionibus JOAN. FRISII. 48. 4.

Chriſtianæ juventutis crepundia. 8.

DONATUS de 8. partibus Orationis, per HEN. GLAREANUM reſtitutus.

Idem cum Scholiis H. GLAREANI & octo Tractatibus per eundem auctus. 8.

JOAN. SUSENBROTI Methodus 8. partium Orationis, unà cum formulis declinandi Nomina, ac conjugandi Verba: & canonibus diverſis. 8.

Ejuſdem Grammaticæ Artis Inſtitutio ex Grammaticarum coryphæis. 8.

DES. ERASMI Libellus de conſtructione, cum Scholiis HEN. PRIMÆI. 8.

ROD. GUALTHERI de Syllabarum & Carminum ratione Libri 2. 8.

Colloquia familiaria ſelecta ex D. ERASMI Colloquiis. 8.

P. MOSELLANI Pædologia, & Dialogi CHRISTOPH. HEGENDORPHINI. 40. 8.

Nomenclatura rerum: Formulæ Colloquiorum puerilium per SEBALDUM.

HEYDEN. &c. Omnia multò jam locupletiora. 8.

Dictionarium Latino-Germanicum. Opus jam recèns in lucem editum, & hactenus à nemine uſquam ſic excuſum. Habet enim non tantùm Dictiones Latinas, ſupra omnes omnium Additiones locupletiſſimè auctas: ſed & dicendi formulas, ex optimis ſelectas Authoribus, ac ſuo ordine collocatas, Germanicè denique quàm fieri potuit propriiſſimè exactiſſiméque redditas, per PETRUM CHOLINUM, & JOANNEM FRISIUM *Helvetios*. 1541. F. & 4.

Dictionariolum ROBERTI STEPHANI Latino-Gallicum, cui

JOAN.

JOAN. FRISIUS Germanicam interpretationem recèns adjecit. 48. 4.

Tabula in DES. ERASMUM de duplici copiâ. 47.

De conſcribendis Epiſtolis, LUD. VIVES, DES. ERASMUS, CONRADUS CELTES, & CHRISTOPHORUS HEGENDORPHINUS.

JOAN. DESPAUTERII de figuris Carmen in tabulâ; chartæ unius. 41.

Epitome Troporum ac Schematum JOANNIS SUSENBROTI. 41. 8.

Tabulæ de Schematibus & Tropis PET. MOSELLANI: Item in Rhetoricam PHILIPPI MELANCHTHONIS, & in ERASMI *Roterodami* copiam. 8.

Bibliothecæ CON. GESNERI Tomi II.

## COSMOGRAPHICA.

D. JOACHIMI VADIANI Epitome trium Terræ partium, aucta & recognita, adjectis & jam tabulis. 48. 8.

Typus Cosmographicus univerſalis, in tabulâ; chartæ unius.

JOAN. HONTERI Rudimenta Cosmographica carmine, cum tabulis elegantiſſimis. 48. 8.

Tabulæ Geographicæ permultæ, *Helvetiæ* præſertim, cum Chronicis *Helvetiæ* per Jo. STUMP Linguâ vernaculâ æditis: quæ ſeorſim quoque væneunt.

## POETICA.

VERGILII Bucolica. 35. 8.

VERGILII Opera in 4.

TERENTIUS cum Scholiis per DIETHELMUM CELLARIUM collectis. 8.

MARTIALIS caſtratus, & in Epigrammatum ordines quosdam digeſtus per CONRAD. GESNERUM, cum Dialogis ejusdem. 44. 8. chartis 28.

Monomachia DAVIDIS & GOLIÆ, Poëma ROD. GUALTHERI, cum Epicediis ejusdem. 8.

*Ovidianæ* Metamorphoſeos Epitome per FR. NIGRUM. 42. 8.

T. CALPHURNII, & AURELII NEMESIANI Aeglogæ. 37. 8.

JOANNIS POLLII *Vuesphali* Poemata aliquot pia & erudita. 8.

SUSANNA Comœdia per XYSTUM BETULEIUM. 38. 8.

Pſalterium

Pſalterium carmine elegiaco per HELIUM EOBANUM.

ROD. GUALTHERI Argumenta Elegiaca in utrunque Teſtamentum. 8.

Moralis Interpretatio Errorum ULYSSIS, Authoris incerti. Commentatio PORPHYRII de Nympharum antro in 13. Libros Odyſſeæ.

Apologiæ quædam pro HOMERO & Arte Poëticâ Fabularúmque aliquot Enarrationes ex Commentariis PROCLI in PLATONEM de repub. Omnia per CON. GESNERUM è Græco in Latinum ſermonem translata. 42. 8.

## MORALIA.

CATO cum Scholiis DES. ERASMI. Apophthegmata Sapientum. MINI PUBLIANI, Inſtitutum hominis Chriſtiani. ISOCRATIS Paræneſis. 37. 8.

ÆSOPI *Phrygis* & aliorum Fabulæ, cum Hecatomythiâ ABSTEMII, & ſelectis POGGII facetiis. 8.

JO. STOBÆI Collectanea Sententiarum ſive Locorum communium ex innumeris & vetuſtiſſimis Græcis Authoribus (cum aliis quibusdam Opusculis) Græcè & Latinè CON. GESNERO interprete. 43. in Folio. Eadem nunc iterum ſub prælo ſunt multò caſtigatiora locupletioráque.

Sententiarum ſive Capitum Theologicorum præcipuè ex ſacris & prophanis Libris, Tomi III. per ANTONIUM & MAXIMUM Monachos. ABBÆ MAXIMI, de perfectâ charitate & aliis Virtutibus Chriſtianis capitum Centuriæ 4. THEOPHILI ſexti *Antiochenſis* Episcopi, de Deo & Fide Chriſtianorum contra Gentes Inſtitutionum Libri 3. TATIANI *Aſſyrii* Oratio contra Græcos. Omnia Græcè. 40. in Folio.

Eadem omnia Latinè, CON. GESNERO, JO. RIBITTO, & CON. CLAUSERO Interpretibus: cum Annotationibus in TATIANUM. 46. in Folio.

## MEDICA.

Compendium Librorum ACTUARII de Urinis: GALENI de compoſitione Pharmacorum ſeçundùm locos Libri, particularibus medicamentis remotis: Syluula Experimentorum. Omnia per CON. GESNERUM. 41. 8.

Q. SERENI SAMONICI de morborum Curationibus liber, cum GAB. HUMELBERGII Commentariis. 40. 4.

Sextus Philoſophus de medicinâ Animalium, cum Scholiis Gab. Humelbergii. 39. 4.
Ant. Musæ de Herbâ Vetonicâ Lib. 1. L. Apuleii de medicaminibus Herbarum Lib. 1. per Gab. Humelb. recogniti & Commentariis illuſtrati. 37. 4.
Catalogus Plantarum ordine alphabeti conſcriptus, Latinâ, Græcâ, Germanicâ & Gallicâ Linguis è regione poſitis, &c. per Con. Gesnerum. 42. 4.
Apicii Cœlii de Opſoniis & Condimentis, ſive Arte Coquinariâ Libri 10. cum Annotationibus Gab. Humelbergii. 42. 4.
Con. Gesneri Libellus de Lacte & Operibus lactariis.

## Theologica.

Teſtamentum utrunque ex novâ ad Hebraïcam veritatem Translatione in Fol. & in 4. & in 8.
Idem ex aliâ Translatione Seb. Munsteri.
Idem Germanicè in Fol. & 4.
Teſtamentum novum Latinè Des. Erasmo Interprete in 8. & 16.
Idem Latinè & Germanicè è regione, in 4.
Idem Græcè, in 8.
Paraphraſis Des. Erasmi Germanicè reddita, & aucta Paraphraſi in Apocalyſin, in Fol.
Index Bibliorum per Con. Pellicanum.
Theodoretus de Providentiâ, Græcè.
Idem Latinè Rod. Gualthero Interprete.
Vigilii Martyris de duabus Christi Naturis, & Perſonæ Unitate Libri 5. Vide etiam nonnulla in moralibus.
Et alia plurima, ut varia Opera Zuinglii, Bullingeri, Vadiani, Pellicani, primo Tomo enumerata, quæ hìc propter Chartæ anguſtiam omittimus, ſicut & Germanicos Libros.

Græcam Typographiam, ann. 1525. *Argentinæ* Volfius Cephalæus, *Coloniæ* Joannes Soter; ann. 1527. *Haganoæ* Joannes Secerius; anno 1531. *Noribergæ*, Joannes Petreius excoluerunt.

Cephalæi Inſigne typographicum fuit Lapis quadratus capitalis quatuor adoleſcentium humeris impoſitus, cum his lemmatibus.

יְהֹוָה

(a) יְהוָה סַלְעִי כַּנִּי וְקֶרֶן יִשְׁעִי

(b) ὁ Χριστός ἐστι λίθος ἐξουθενημένος.

Joannis Soteris, figura, quæ vocatur (c) Πενταλφα, cum Litteris (d) ΥΓΙΕΙΑ inſcriptis, & adjectis lemmatibus.

(e) צִיר אֱמוּנִים לְמַרְפֵּא  (f) *Lingua Sapientiæ ſanitas.*

(g) Οὐκ ἔσθ' ὑγείας κρεῖττον οὐδὲν ἐν βίῳ.

(h) *Orandum eſt, ut ſit mens ſana in corpore ſano.* Quæ ſententiæ ad vocis [*Soter*] ſignificationem alludunt.

Joannis Secerii, Janus biceps: aut ipſius nominis nota compendiaria. (i)

Apud Cephalæum (k) Joannes Lonicerus curavit Homeri Opera Græcè edi, & Philippo Melanchthoni ſuo Præceptori inſcripſit.

Joannes Soter (nomine vernaculo Heyl) Linguarum ſtudioſiſſimus, ſuum affinem Joannem Potkenium in Pſalterio ipſius (de quo priùs) tetraglotto admodum juviſſe à R. P. le Long (l) dicitur. Illum etiam *Salingiaci* excudiſſe anno 1540. (m) comperio.

Secerii prælo ſubjecerunt ſuas Editiones Philippus Melanch-

(a) Ex Pſalm. xviii. 3.

(b) Vide Act. iv. 11. Οὗτός ἐστιν ὁ λίθος ὁ ἐξουθενηθείς. Quæ verba in Lemmate typographico aliquantulum mutata fiunt Senarius.

(c) Vol. I. *Annal. Typogr.* p. 277.

(d) Lege Chartar. *Imagin. Lugdun.* 1581. 4.to pag. 62.

(e) Proverb. xiii. 17.

(f) Hæc Sententia typis Æthiopicis excuditur; & eadem eſt, quæ in Proverb. xii. 18.

(g) Ex Menandri Sententiis in litter. O.

(h) Juvenal. Satyr. x. 356.

(i) Vide Nonnum 1527.

(k) In ejus Epiſtol. Homero præfix. hæc leguntur; Volfius Cephalæus *rei litterariæ non peſſimè conſulens, quem jamdudum ſummè didicit expeti, ſuis typis exſcripſit* Homerum *caſtigatiùs longè, quàm antehac excuſus ſit. Quamprimum namque ex* Beato Rhenano *majori formulâ rectiſſimè* Florentiæ *tranſcriptum reſcivi, nempe anno* 1488. *non potui admittere, quin* Florentinam *cum utrâque* Aldinâ *conferremus.* ——— Fabricius Capito *&* Nicolaus Gerbellius *te plurimâ ſalute impertiunt.* Argentorati. 1525. *prid. Id.* Febr. Hinc diſcimus *Florentinam* Homeri Editionem tunc paucioribus notam fuiſſe. Lonicerus in Græcâ Epiſtolâ ad Phil. Melanchth. (quam Odyſſeæ præfixit, eandem cum illâ Latinâ) ſe apellat Λεοντανίκην.

(l) Diſſertation ſur les Polyglottes. pag. 38.

(m) Lege Simleri *Biblioth.* in voce Plotinus.



(a) In

LANCHTHON & VINCENTIUS OBSOPŒUS: Ille (a) Græcam ſuam Grammaticam, & (b) NONNI Paraphraſ. in Evangelium JOHANNIS; hic (c) POLYBIUM, MARCUM Heremitam & Sanct. MAXIMUM. SECERIUS in REUCHLINI de Heb. Accentib. & Orthogr. (d) Librum hoc ſcripſit Epigramma. Jo.

(a) In Præfatione ſcribit *periiſſe illos Libros, niſi eum denuo ineptire coëgiſſet Chalcotypus; ſe itaque recognoviſſe & auxiſſe ad juſtæ Grammaticæ modum, ne non ſatisfieret Chalcotypis. Scholarum uſui commendat* URBANI *vel* OECOLAMPADII *Grammaticam.* Huic MELANCTHONIS Grammaticæ *Nicol.* GERBELLIUS præmiſit hoc Diſtichon.

*Hôc credo quondam, ut callerent Græca, Libello*
*Calliopen Comites inſtituiſſe ſuas.* 1527.

(b) MELANCHTHON in Epiſtolâ ad FRIDERICUM S. *Ægidii* Abbat. dedicatoriâ. —— *Non alii de rebus humanis mereri judicandi ſunt, quàm qui bonos Libros ad poſteritatem transmitti curant. Neque enim ſinè illis ſtare Religiones, aut Civitates teneri, regique poſſunt. Sed ego ſemper ita exiſtimavi, optimos eſſe ferè Auctores, qui vetuſſimi eſſent: & multo verius eſſe de Libris, quàm quod* Germani *dicunt, veteres aureos probiſſimos eſſe. Certè hôc tempore in hôc tanquam civili bello literatorum uberrimus proventus eſt, non tantùm nugaciſſimorum Librorum, ſed etiam perniciosiſſimorum. Proinde ſoleo conſulere Typographis, ut potiùs ſumptus faciant in veteribus Codicibus edendis. Idque fieri optârim in primis in Theologicis, quos non leve ſcelus eſt ſinere perire* &c. 1527.

(c) OBSOPŒUS ad GEORG. March. *Brandenb.* —— *impetravi ab ornatiſſimo viro* Joanne SECERIO Haganoënſi *Typographo, quo jam multos annos utor familiariſſimè, ut interpretationem Latinam* Nicolai PEROTTI *ad calcem adjungeret, ut eſſet, quò nonnunquam in Authoris ſenſu hærentes reſpicerent.* —— *Ejus generis Authores priſcos ſolidæ eruditionis refertiſſimos debebant noſtri quoque Typographi tandem per* Germaniam *excudere, ut optimi Codices iterum in lucem reducerentur, haberéntque etiam inopes, unde mediocri impendio bonorum Librorum copiam ſibi parare poſſint. Nullo verò modo ferendum eſt ipſis, ut ſuæ Officinæ omnibus pateant aſinis, & chartarum carnificibus.* —— *De iis mihi ſermo eſt, qui omnes angulos complent ineptis* ϰαὶ ἐφημερίοις *paginis, & omnibus prelorum Officinis faceſſunt negotium. Quin potiùs iis Authoribus excudendis locent operam Chalcotypi, unde non tantùm quæſtum corradere, ſed nominis quoque immortalitatem conſequi, & apud omnes literarum ſtudioſos laudem & gratiam impetrare queunt. Moveat eos, ac moneat exemplum* Aldi MANUTII *viri clariſſimi, cujus nomen nonniſi unà cum bonis Authoribus ex hominum memoriâ abolebitur.* —— *Nullus è doctorum & literatorum candidatorum numero ullum Libellum ex illius Officinâ invulgatum intuetur, legit & aperit, qui non illi ingentes agat gratias, illius etiam cineri non bene precetur, bene ominetur, bene optet, bene de eo cogitet. Quod quidem qui non fecerit, meritò ingratiſſimus habendus eſt, literarum parenti optimè merito debitas gratias denegans. Nônne verò extremò pudendum eſt flagitium, hoc divinum* Germaniæ *noſtræ inventum, hoc nobile artificium, hanc præclariſſimam artem transfundendorum in mille Exemplaria Codicum, quorumlibet etiam rudiſſimorum aſinorum abuſui & libidini eſſe expoſitam. Discant ergo tandem vel communi Jureconſultorum Proverbio Typographi, neque omnia neque paſſim, neque ab omnibus oblata imprimenda eſſe.* — 1529. Huic POLYBII Editioni *Joannes* SAPIDUS præfixit Epigramma, cujus hi ſunt Verſus,

*Hâc igitur terſus ratione* Polybius *exit,*
*Sumptu &* Joannis *munere* Secerii.

*Vinc.* OBSOPŒUS *Onoltzpachii* habebat Scholam ex quâ data eſt ad *Georg.* VOGLERUM *Brandenburg.* Cancellar. Epiſtola MARCO Heremitæ præfixa 1530.

(d) Excuſ. *Hagen.* per *Tho.* ANSHELM. *Badenſ.* 1518.

(a) REUCH-

Jo. Socerius Lauchen. *literarum ſacrarum ſtudioſis.*

„ Qui cupit Hebræam ſeſe duce noscere Linguam ,
„ In capita primùm Biblia Hebræa ſecet.
„ Deinde Rudimenta Judaica (a) *Capnionis* ,
„ Tum ſeptem Pſalmos expoſitos relegat.
„ Extremum Liber his conſummat rite laborem :
„ Sermo Voluminibus quatuor iſte patet.

Joannes Petreius Helii Eobani (ann. 1527.) & Bilibaldi Pirkheymeri (ann. 1530.) quædam , Aristophanis *Plutum* Græcè & Latinè , Tho. Venatorio interprete, (ann. 1531.) *Noribergæ* impreſſit.

A *Germaniâ* in *Italiam* converſus invenio Typographos , neutiquam in Græcis Libris edendis ſegniores.

*Romæ* ſpectatos ſe dederunt Angelus Barbatus (qui anno 1520 Theonis *Progymnasmata* Græcè vulgavit) Demetrius Ducas (qui Libii Podochatari *Cypri* Archiepiscopi & *Rhodi* Metropolitani operâ uſus Liturgias Græcè veteres rubricis ſuis ornatas anno 1527. induſtriâ ſuâ edidit) & Zacharias Calliergus, ambo hi *Cretâ* oriundi. Hic , *Venetiis* (b) primùm , elegantiſſima protulit Typographiæ Opera : poſtea hôc ſæculo ineunte *Romam* migravit ; ubi in ædibus Augustini τοῦ Κιώου , ejusdem & Cornelii Benigni *Viterbienſis* impenſis anno 1503. (c) Pindarum , & ejusdem Benigni ſumptibus anno 1518. (d) Theocritum, utrumque cum Scholiis Græcè vul-

(a) Reuchlin vocabatur Græco cognomine Capnio, nam rauch Germanicè *fumus.* Ejus Scuto inſcribebatur ARA CAPNIONIS. Vide ejus *Lib. de Heb. Accent.*

(b) Vol. I. *Annal. Typogr.* p. 260.

(c) Hujus Editioni præfigitur hoc Octaſtichon.

Λαμπρίδιος Κορνηλίῳ Βενίγνῳ τῷ Οὐιτερβιεῖ.

Ἔνδοξος Θύμβρις πάρος οὐκ ἐχάρασσεν ἀχαιοῖς
Ἑλλήνων μόχθους χαλκογράφοισι τύποις.
Ἦν τόδε μὲν τέρας , ἣν καὶ τῷ Δία πολλὸν ἀκαίως.
Ἔργον γὰρ μεγάλη Ῥώμη ἔοικε μέγα.
Νῦν δέχε τοῦτο τέρας πέλε σοῖς , Κορνήλιε, δώροις·
Χ' ἡμῖν χαινοτόπου κάλλος ἐπῆλθε πόνου.
Ὡς δ' ἄλλοις προφέρῃ λοιπῶν πόλις ἄστη ἄνασσα,
Οὕτω καὶ βίβλοις φαιδροτέραις κρατέῃ.

(d) In Græcâ , quam ſcripſit , hujus Præfatione agnoscit Benigni beneficium : *Aldinam* priorem Editionem, quídque huic in ſuâ adjecerit , memorat.

Ζαχαρίας Καλλιέργης Κρὴς τοῖς ἑκασταχοῦ φιλομαθέσι χαίρειν.

Τὰ Θεοκρίτου εἰδύλλια τὰ παρὰ τοῦ μακαρίου προτυπωθέντα * Ἄλδου , καὶ ἡμεῖς δεύτερον ·

* Anno 1495.

vulgavit. Anno deinceps 1516. (a) Thomæ Magistri Eclogæ, & 1523. (b) Phavorini Lexicon, Calliergi labore, in eruditorum manus (hactenus inedita) venerunt.

Calliergus, præter Aquilam bicipitem, quam ſuis ante ann. (c) 1500. Editionibus affigere ſolebat, aliud poſtea ſibi adſumpſit typographicum Inſigne, Mercurii ſcilicet Caduceum alatum binis Serpentibus cinctum, cum Stellâ ſuperimpoſitâ. Caduceum huic non multùm abſimilem uſurpabat Joannes Frobenius.

*Neapo-*

πρὸν ἐτυπώσαμεν. Οὐχ ὡς εὕρομεν, (ἐσχάτης ἂν τοῦτο νομισθείη παρὰ πᾶσιν ἄξιον κατηγορίας.) ἀλλὰ κατὰ τὸν εἰωθότα τρόπον καλῶς ἅμα τούτους καὶ ἐπιμελῶς εἰς κοινὴν ὠφέλειαν ἐπιδιορθώσαντες, χεῖρ' ἐπικουρίας ὀρέγοντος Κορνηλίου Βενιγνίου τοῦ Οὐιτερβιέως. Οὐ πόνου γὰρ μόνον τοῦτο δεῖται πολλοῦ, ἀλλὰ καὶ δαπάνης. Τοῖς πολυχρόνοις ὠδῖσι παρ' ἡμῖν τυπογραφίας, δεύτερον καὶ ἡμεῖς, ὡς φθάσαντες εἴπομεν, τοῖς πᾶσιν ἕτοιμα προτιθέμεθα, σὺν ἄλλοις Θεοκρίτου ποσὶ τοῖς μήπω τυπωθεῖσιν. Ἡρακλίσκον φημὶ, Ἡρακλῆν λεοντοφόνον, Βάκχας, ἠλακάτην, παιδικὰ, Δάφνιδος καὶ κόρης ὀαριστύν· τὰ σωζόμενα αὐτοῦ ἐπιγράμματα εἰς ἑπτακαίδεκα ὄντα τὸν ἀριθμὸν, πέλεκύν τε καὶ πτερύγιον. Καὶ πρὸς τούτοις ἔτι, τὰ εἰς αὐτὰ εὑρισκόμενα σχόλια· ἅτινα ἐν πολλοῖς διεσπαρμένα εὑρόντες ἀντιγράφοις, πόνῳ πολλῷ εἰς ἓν συνηγάγομεν. Τὸ μὲν γὰρ, εἰς τοῦτο· ἐκεῖνο δ' εἰς ἄλλο εἶχε σχόλιον. Ἐφ' οἷς εἰ χαίρετε, εἰκὸς ἔργῳ δεικνύειν· ἵνα καὶ εἰς τὸ μέλλον προθυμοτέρους ἡμᾶς εἰς τοὺς κοινωφελεῖς τύπους καλούς τε κἀγαθοὺς ἀγῶνας ποιήσητε.

(a) Has *Michaeli* Sylvio inſcripſit, cujus impenſis excuſæ ſunt.

Τῷ σοφωτάτῳ καὶ λογιωτάτῳ κυρίῳ Μιχαήλῳ τῷ Συλβίῳ, πρεσβευτῇ τοῦ θεοπρεπεστάτου καὶ ἀνικήτου Ἐμμανουήλου Λυσιτανίας βασιλέως, Ζαχαρίας Καλλιέργης Κρὴς χαίρειν.

Οὔμοι δοκεῖ προσήκον εἶναι, βέλτιστε, τὸ πᾶν ἐκεῖνα, ὧν ἔνδειαν οὐκ ἔχομεν, ἀλλ' ὧν ἐνδεεῖς τυγχάνομεν ὄντες, ὡς οὕτω παρά τινος μέχρι καὶ τοῦ νῦν τυπωθέντα. Διὸ καίπερ ἐπίπονον ὂν τούτου χάριν, ὅμως τῷ συνήθει τοῦ φιλοπόνου χρώμενος τρόπῳ, τὰς Θωμᾶ τοῦ Μαγίστρου ἐκλογὰς χρησίμους εἶναι νομίσας ὡς ἔθος τὸ

Ἀτθίδος διαλέκτου, χαλκοτύποις γλυφίσι τυποῦν ἠρξάμην. ἅπερ εἰς ἀγαθῇ τύχῃ πέρας εἰλήφασιν ἀφειδέσι δώροις, χάριτί τε καὶ ἐπικουρίᾳ τῇ σῇ &c.

Λακταντίου Πτολεμαίου τοῦ Σεναίου.

Λυσιτανῆς γαίης Μιχαῆλε φαεσφόρος ἀστὴρ,
Συλβιαδῶν βλάστημ' εὐγενὲς ἀρχεγόνων,
Αὐσονίδος μέσσης σεμνὴν πόλιν, Ἀτθίδος ἄρτι,
Ἐς δὲ νέωθ' ἱερῶν καὶ Σολύμων πρόπολος·
Ζαχαρίας ὁ κλυτὸς μολυβογράφος ἀρτιπόνητον
Σοὶ βίβλον ἦνι καμὼν τήνδε δίδωσιν ἔχειν,
Ἀντ' εὐεργεσιῶν μεγάλων μικρόν τι χάρισμα.
Οὐδὲν γὰρ πενίη φεῦ! ποτ' ἔρεξε μέγα.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ζαχαρίας ὁ Κρὴς, ὁ καλοῖο φερώνυμος ἔργου,
Τορνεύσας τὸ δὶς γράμμ', ᾧ γράμμ' ἀπὲρ ἴυπτον ἀτθίδων
Δράγματα περισσάζον λογοδαίδαλα κηρία μουσῶν,
Δίζετο ὃν κατὰ θυμὸν, ὅτῳ μερόπων γέρας ἔσται.
Θυμῆρες φρενοθελγὲς, ἐράσμιον οὐκ ἀπόβλητον.
Ταῦτα δὲ πορφύροντι μελαίνης νυκτὸς ἀμφὶ
Φοῖβος ἀκερσεκόμης ὄναρ ἔννεπε, καί τά δ' ἔνισπεν.
Τὴν νῦν Πιερικὴν δίζῃ, κλυτότεχνε, μέλισσαν,
Δήεις ἐν σίμβλοισιν ἐκείνοις, ἔνθεν ἀρύειν
Νᾶμα Τάγοιο φέριστον, ὅταν διψῇς γε, θεμίζεις.

(b) Huic Lexico præmittuntur Græca in Phavorini Authoris laudem Epigrammata à *Joanne* Lascari, *Angelo* Politiano, & *Scipione* Carteromacho conſcripta.

(c) Vol. I. *Ann. Typogr.* p. 260.

(a) Hanc

* *Neapoli* ann. 1526. *ex Officinâ* ANTONII DE FRITIIS CORINALDINI *Civîſque* Neapolitani, *ſummo ingenio artificis* prodiit PLUTARCHI Libellus *de Virtute Morali* Græcè, cum Latinâ ejuſdem Tranſlatione & Commentariis per ANDREAM MATTH. AQUIVIVUM *Hadrianorum* Ducem *Melfienſium* Principi ſuo genero antea inſcriptis, & poſtea per ANTONIUM DONATUM AQUIVIVUM JOVIANUM Comitem ANDREÆ filium P. SUMMONTIO hortatore editis.

*Sabienſes* Typographi *Venetiis*, *Veronæ*, & *Romæ* maximè ex Græcis Editionibus Philoſophicis & Theologicis inclaruerunt. JOAN. ANTONIUS & fratres DE SABIO, ſub typographico braſſicæ Signo, SIMPLICII Exegeſin in EPICTETI *Enchiridium*, anno 1528. *Venetiis*; STEPHANUS & fratres DE SABIO (a) CHRYSOSTOMI in omnes PAULI Epiſtolas interpretationem anno

(a) Hanc CLEMENTI VII. inſcripſit DONATUS *Veronenſis*; in cujus Epiſtolâ dedicatoriâ legimus GILBERTUM *Epiſcopum* Veronenſem *tertium abhinc annum hæc Commentaria imprimenda curâſſe; ſed ab his publicandis fuiſſe probibitum, per rumores quoſdam, qui poſt impreſſionem illico diſſeminari cœpere, non tantam Librariorum in ſuo fungendo munere, quantum oportuit, diligentiam fuiſſe.* —— *Nunc verò* (ait DONATUS) *tandem, quum perſpecto opere & magnâ cum diligentiâ per ſingulas paginas explorato, planè compertum intellectúmque eſt, eorum potiùs, qui accuſabant, nonnullum fuiſſe errorem in accuſando quàm eorum, qui accuſarentur, in ipſo Opere abſolvendo* —— *tam longam expectationem ſtudioſorum omnium non ampliùs fruſtrandam eſſe & quaſi ludificandam decrevit. Nam quum ſit Opus inventu rariſſimum, ac præter unum illud Exemplar, ex quo tam multa hæc deſcripta ſunt, nullum fortaſſe uſquam extet, quod omne hoc quaſi corpus contineat: videbatur ſibi* GIBERTUS, *conſcientiæ quoque ſuæ jacturam quandam facturus,* —— *ſi tam præclarum Opus diutiùs apud ſe delitescere pateretur. Statuit ergo unà cum reliquis iis, quæ hôc ipſo tempore longè diligentiùs, aliis tamen ad id corrigendi munus deſtinatis viris, partim emendata jam atque impreſſa, partim propediem abſolvenda, domi habet; tuæ Sanctitati, quemadmodum à principio conſtituerat, dedicare: jámque tandem favente Deo in lucem emittere: rumoréſque illos, de quibus diximus, contemnere, ac planè pro nihilo habendos exiſtimare. Equidem me quoque ipſum, ſi fortè quis roget, auſim ſinè ullâ cunctatione affirmare; quamvis Operis hæc mea emendatio non fuerit; tamen non modò omnia, quæcunque objici ſolent, errata tam parvi momenti eſſe, ut nunquam propterea quiſquam tam egregii diviníque operis ſtudioſus à legendo deterreri aut averti debuerit* &c. Ad tertii Voluminis calcem hæc modeſta adjicitur erratorum excuſatio.

Ἐν Βερόνῃ ὑπὸ τοῦ Στεφάνου τοῦ Σαβιέως, καὶ τῶν αὐτοῦ ἀδελφῶν ἐνετυπώθη, οὐ μέν τοι ἄνευ ἐπιμελείας πολλῆς, ἀλλ' ὅμως ἀνθρωπίνης, καὶ ταῦτα τοῦ βιβλίου, ἐξ οὗ ταῦτα παρειλήφθησαν, παλαιοτάτου ὄντος, καὶ ὑπὸ τοῦ γήρως ἤδη σαθρῶντι καὶ ἡμιβρώτου καὶ τόδε μέγιστον, μόνου τοῖς ἐντυποῦσι παρόντος. Ἐπειδὴ δὲ ἄνθρωποι τυγχάνομεν ὄντες, καὶ τὸ σφάλλεσθαι ἀνθρώπινον μάλιστά ἐστι, τοῖς μὲν χαλκογράφοις, εἴ τι πῃ ἀδιορθώτως συνέβη, συγγινώσκειν προσήκει, τῷ δὲ Ἰωάννῃ Ματθαίῳ τῷ Γιβέρτῳ τῷ τῆς Βερόνης ἐπισκόπῳ πανευαρέστῳ καὶ θεοσεβεστάτῳ πλείστην εἰδέναι χάριν, ὅστις δαπάναις μὴ τῆς μιᾶς φεισάμενος ἐσπούδασε, ὥστε οὕτως ὠφέλιμόν τι καὶ πολύτιμον συγγράμματα εἰς τὰς τῶν εὐσεβῶν καὶ σπουδαίων χεῖρας ἐπιξιέναι.

De hôc GIBERTO ſic ERASM. in Epiſtolâ ad BRIXIUM ann. 1530. (p. 1308.) *Præſuli iſti* Veronenſi *bene faxint omnes Superi, qui de privato ſuo curas utilitatem publi-*

anno 1529. & Jo. (a) DAMASCENI Libellos anno 1531. hos & illas curante DONATO *Veronenſi*, *Veronæ*; iidem (b) PSELLI Opus in quatuor Mathematicas Diſciplinas, anno 1532, *Venetiis*; STEPHANUS DE SABIO, ſuo ſolius nomine, (c) ALCINOUM de PLATONIS dogmatibus, & BASILII (d) Opera quædam anno 1535. *Venetiis*; (e) STEPHANUS NICOLINUS SABIENSIS Chalcographus Apoſtolicus, ſub pontis coronati ſigno voce SABIO coronæ inſcriptâ THEODORITI *Cyrenſis*

*blicam, ſuisque impenſis tam inſigne beneficium parat ſtudioſis omnibus. Utinam hoc exemplum æmulentur Abbates & Episcopi noſtri prædivites! Suspicor eundem eſſe, qui quondam apud* CLEMENTEM *Pontificem functus eſt Datarii munere, méque non ſemel ſuis Literis dignatus eſt, ex quibus licuit eximiam quandam hominis & gravitatem & prudentiam cum humanitate ſingulari conjunctam colligere. Nomen, ni fallor, eſt* Joannes Matthæus GIBERTUS. Et idem ad REGINALDUM POLUM ann. 1531. (p. 1416.) ——— *Biennium eſt, quod totus* CHRYSOSTOMUS *Græcus promittitur nobis è* Veronâ, *idque auctore* Matthæo GILBERTO, *quondam Pontificis Datario, nunc Episcopo* Veronenſi, *ſed nihil adhuc prodire video.*

(a) Hos quoque CLEMENTI VII. nuncupavit idem DONATUS nomine ejusdem GIBERTI; —— *Alumnus tuus, Beatiſſime Pater*, Joannes Matthæus GIBERTUS *Episcopus* Veronenſis, JOANNEM *hunc* Damascenum, *eâ ipſâ, quâ ſcripſit, Linguâ, hoc eſt, Græcâ, quum antehac in noſtram duntaxat converſus legeretur, apud nos publicari nunc primùm voluit: tibique omnis noſtræ Religionis, totiúsque Chriſtianæ reip. Principi dicandum curavit: ut tuis ipſe videlicet quaſi egregius artifex præclaris Operibus lætarere: & quod nuper in* CHRYSOSTOMI *Græcâ in* PAULI *Epiſtolas Editione, ac deinceps in* EUTHYMIO *Pſalmorum interprete, quem Latinum factum accepiſti, expertus es, nunc item in* Damasceno *ſuâ Linguâ loquente, & à nobis in eâ pro viribus emendato, collatisque pluribus Exemplaribus ſuæ integritati reſtituto experirere.* Ex his verbis conjicio DONATUM in *Sabienſium* Officinâ munere correctorio functum. DONATUS præterea Epiſtolam Græcè τοῖς φιλίστορσι conſcripſit: ——— πολλὴν μέντοι χάριν ἔχειν τοῦ πόνου τούτου οὐ μόνον τοῖς πάλαι συγγράψασι τὰ τοιαῦτα, ἀλλὰ καὶ τοῖς νῦν ἐπανορθώσασιν, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ τῷ τῆς τοσαύτης δαπάνης χορηγῷ καὶ κυρίῳ Ἰωάννῃ Ματθαίῳ τῷ Γιβέρτῳ τῷ εὐσεβεστάτῳ καὶ μεγαλοπρεπεστάτῳ Οὐηρώνης ἐπισκόπῳ. Οὗτος μὲν γὰρ τῷ μακαριωτάτῳ πατρὶ καὶ ἄκρῳ ἀρχιερεῖ ἡμῶν Κλήμεντι ἐδόκει χαριζόμενος καὶ ὑμῖν δηλαδὴ οὐχ ἧττον ἐχαρίσατο. Καὶ ἡμεῖς δὲ τοῦ αὐτοῦ Γιβέρτου δαπανήσαντος καὶ κελεύσαντος πολλὰ ἀντίγραφα καὶ παλαιὰ συγκεράσαντες καὶ παραβαλόντες, ἐν τάχει διεγράψαμεν, καὶ τῶν σφαλμάτων ἐκκαθήραμεν, ἅπερ τοῖς νῦν λεγομένοις Χαλκογράφοις ἐξεδώκαμεν, ὥστε μὴ δεῖ τὸν Δαμασκηνὸν αὐτὸν τοῦ πόνου καὶ τῆς διορθώσεως λυπήσαντα &c.

(b) *Franciscus* CONTARENUS, in hujus Libri initio, *Nicolao* REDULPHO Cardinali breviter commendat ARSENIUM *Monembaſiæ* ſive *Epidauri* Archiepiscopum ſenio, paupertate & podagrâ confectum, qui Librum ipſum REDULPHO Græcâ Epiſtolâ dedicavit.

(c) Eidem etiam idem ARSENIUS hunc Philoſophum dicavit adhuc ineditum: ——— ἐπεὶ οὖν ἡ τοῦ Ἀριστοτέλους καὶ Ἑρμογένους ῥητορικὴ, Σώπατρός τε καὶ ἄλλων οὐκ ὀλίγων συγγράμματα τῶν ῥητορικῶν, πρό τε τοῦ Ἀφθονίου ἤδη τετύπωται προγυμνάσματα, Πλάτωνος δὲ πάλαι τυπωθέντος [illos enim anno 1508, hunc 1513 ALDUS excuderat], ὁ λόγος οὗτος μέχρι καὶ τήμερον οὐ τετύπωται, ἔδοξέ μοι τοῦτον τυπωσαμένῳ, ἀποστεῖλαι σοὶ τῷ ἄλλῳ Σταγειροπλάτωνι. &c.

(d) Hæc ad quinque Exemplariorum fidem caſtigata ſunt, & *Gaspari* CONTARENO Card. dicata.

(e) An *Stephanus* NICOLINUS SABIENSIS cum *Stephano* DE SABIO idem ſit, Lectori erudito discutiendum permitto. Eodem certè Signo typographico, & hic & ille uſus eſt.

(a) Hos

*ſis* (a) Dialogos, anno 1547, *Romæ*, impreſſerunt. JOANNES ANTONIUS DE NICOLINIS DE SABIO expenſis (b) MELCHIORIS SESSÆ anno 1538. : Græcè excudit Nov. Teſtamentum; cujus initio Inſigne felis ore murem tenentis præfixit.

*Venetiis* magnam laudem adeptus eſt JOANNES FRANCISCUS TRINCAVELUS cujus ære & diligentiâ, in ædibus BARTHOLOMÆI ZANETTI *Caſtergazenſis*, ann. 1535. ARRIANI de ALEXANDRI aſcenſu Hiſtoria, & EPICTETI *Enchiridion* cum ARRIANI Commentariis, ann. 1536. STOBÆI Sententiarum Collectiones, ann. 1537. HESIODI Opera cum MOSCHOPULI, PROCLI, TZETZÆ, DIACONI, &c. Scholiis, Græcè omnia, lucem acceperunt.

Libri Inſigne typographicum gerunt puerum nudum manu ſiniſtrâ trunco innitentem, dextrâ ramum avulſum ſurſum tollentem, his Lemmatibus adjectis, (c) ἀρχὴ ἥμισυ παντός; οὐ μετὰ πολὺ σὺν θεῷ ἀνὴρ ἐσόμενος, alludendo ad puerum, qui aliquando vir futurus.

ARRIANO JO. BAPT. EGNATIUS præfixit ad ANDREAM FRANCISCUM magnum *Veneti* Senatûs Cancellarium Epiſtolam, in quâ VICTORIS TRINCAVELLII *ſibi veteri conſuetudine & ſingulari eruditione conjunctiſſimi* diligentiam & ſtudium in Hiſtoriæ illius impreſſione curandâ laudat. *Nam quum* (ait) (d) *honeſtiſſima hæc Ars primùm* Venetiis *annum abhinc ferè ſeptuageſimum nata liberalitérque educata foret, mox collapſa, ut ferè mortalium omnia ſe habent*, ALDI *olim viri optimi & ſtudioſiſſimi operâ ſuis natalibus reſtituta eſſet: nunc eam capite propè diminutam & planè extinctam idem* VICTOR *ſic ab Orco revocare contendit, ut quæ Ars apud nos alita, apud nos honeſtiſſimè ſemper habita eſt, ea in ſuo natali ſolo* TRINCAVELLII *operâ feliciùs aliquantò reviviſceret. Deſinent igitur poſthac* Italiæ *inſultare noſtræ (utì ſpero) plerique. Deſinent hi etiam huic obtrectare Urbi, qui*

(a) Hos *Camillus* PERUSCUS Cardinalis ARDINGELLO Græcâ Epiſtolâ nuncupavit.

(b) Hujus mentio antea. *Venetiis* 1516.

(c) *Dimidium facti, qui cœpit, habet.* De hôc Adagio lege ERASM. Adag. (Edit. 1629. p. 10.)

(d) EGNATII verba puto attentiùs eſſe expendenda. Annus ſeptuageſimus ab illo, quo hæc ſcribebat, tempore erat 1465. quo (juxta EGNATIUM) Ars excudendi *Venetiis* primùm nata eſt & educata: ſcilicet per *Nicolaum* JENSON, & *Spirenſes*, quos conſtat primùm *Venetias* hoc inventum adduxiſſe. Quod autem ſcribit Artem mox collapſam, non ſatis intelligo; cùm *Nicolaus* JENSON (præter alios, qui interim *Venetiis* inclaruerunt) usque ad ann. 1581. floruerit; neque poſt ALDUM, qui usque ad ann. 1515. vixit, defuerit, ipſius ſocer ASULANUS multíque in Libris excudendis diligentiſſimi, quorum induſtriâ factum eſt, ut Ars illa non modò non capite propè diminuta & planè extincta foret, ſed etiam ſuam usque dignitatem tueretur.

*qui hâc in re veterem obſoleviſſe induſtriam noſtram clamitabant. Nunc verò tuæ partes erunt, Vir Clariſſime, reliquorúmque, qui bonas litteras honeſtáſque diſciplinas colunt, providere, ne hæc ipſa ſuſcepta tanto ſtudio opera* VICTORI *fraudi ſit: ſed ut illi potiùs omnes faveant noſtrates, quò palmam hanc ejus operâ receptam conſtantiſſimè noſtra tuatur Civitas.* —— *Jam & illud tibi reliquiſque attendendum, quòd, ſi hæc ipſa indicatura feliciter, utì ſpero, ceſſerit, multa alia expectare habeas, ut non fortaſſe meliora, ſic certè politiora, quæ* VICTOR *ipſe partim hodie ſub prælis habet, partim cotidie meditatur: ut hæc ipſa, ſi tu modò faveris, juſtæ legittimæ'que operæ præludia dici veriùs poſſint. Quare abs te peto pro ſingulari humanitate tuâ egregiâque bonitate, ut cum ipſo* ARRIANO VICTOREM *etiam ſuſcipias, digniſſimúmque illum putes amore benevolentiâque tuâ; præſertim quum pauciſſimi hodie ſint vel potiùs nulli, qui ſuo periculo & impenſâ in tanto vitæ ſomno & ignaviâ conſulere aliis jam velint. Bene vale,* Venetiis M.D.XXXV.

EPICTETO, STOBÆO & HESIODO VICTOR ipſe TRINCAVELLUS præfatus eſt; primúmque (a) GEORGIO à SELVÂ *Vaurenſi* Epiſcopo, *Gallico* apud *Venetos* Oratori, ſecundum (b) PETRO BEMBO, tertium (c) PETRO VICTORIO nuncupavit.

Apud *Belgas*, *Antuerpiæ* MARTINUS CÆSAR typis nitidis, minore formâ, Horas in laudem Virginis cum aliis quibuſdam, Græcè anno 1528 JODOCO VELAREO recognitore impreſſit. Ejus prelo (d) aliquando expenſas ſuppeditavit GODEFREDUS DUMÆUS. Ei Inſigne typographicum erat Scutum de arbore pendulum,

(a) In TRINCAVEL. ad illum Epiſtol. —— *Ne penitus otioſus & ſupinus degere videar, decrevi ego quoque hujuſcemodi fortunam ſubire, undè cùm omnibus ferè conſtitutum ſit, plurimùm hâc in re poſſe optimorum Librorum lectionem ſtudiúmque ſtatui, ut ſi quæ mihi offerentur optimorum Authorum monumenta, quæ diutius in tenebris latuiſſent, quæ'que mihi viderentur huic negotio apta, ſtatim curare, ut in lucem prodirent, & à mendis, quàm maximè fieri poſſet, expurgata, & pulcherrimis formulis excuſa, ut hâc etiam ratione homines ad ſui lectionem allicere poſſint. Cùm igitur, Vir clariſſime, ſuperioribus fortè diebus ad manus meas perveniſſet Libellus* ARRIANI *ex doctiſſimâ & copioſiſſimâ tuâ Bibliothecâ depromptus, ejus pulchritudine ac elegantiâ allectus, non potui me ab illius lectione continere: quâ cùm mirificè delectatus eſſem* &c.

(b) In TRINCAVELLI Epiſtol. —— *Ego hujuſmodi provinciam Authorum celebrium monumenta ad interitum vergentia in lucem revocandi eâ potiſſimùm cauſâ ſum aggreſſus, quòd te huic honeſto meo deſiderio nunquam defuturum ſperavi, ut quotieſcunque occaſio poſtularet, ab inſigni Bibliothecâ, quæ tuæ tanquam optimarum literarum aſſertoris præcipui à* Veneto *Senatu cuſtodiæ ac tutelæ tradita eſt, quicquid ad rem literariam illuſtrandam & augendam facerent, id omne per humanitatem tuam accepturum me ſemper credideram.*

(c) In TRINCAVELL. Epiſtol. —— *Eam provinciam meis forſitan viribus imparem, præſtantiora Græcorum Authorum monumenta, quæ latebant, ad interitum propè vergentia æneis litteris excuſa edendi, ideo ſanè ſuſcepimus, ut eam quam poſſemus opem reſtoreſcentibus bonis litteris afferremus.*

(d) Vide ann. 1530.

(a) LUC.

| | | |
|---|---|---|
| Hiſtoriæ Auguſtæ Scriptores : *per Hæredes* PHILIPPI JUNTÆ. (a) 8.° . | Florent. | 1519. |
| JUSTINI Hiſtorici Epitome in TROGI POMPEJI Hiſtorias ; LUCII FLORI de rebus Romanis Epitome ; SEXTI RUFI Viri conſularis libellus : *impreſſit Chalcographus fideliſſimus ANTONIUS AUSSURDUS impenſis* JOANNIS PARVI. (b) fol. | Pariſ. | 1519. |
| Opera *Salluſtiana* cum Expoſitione ASCENSII : *per* JOANNEM MARION. (c) 4.to . . . . . . | Lugdun. | 1519. |
| TITI LIVII Decas tertia : *in ædibus* ALDI & ANDREÆ *ſoceri.* (d) 8.° . | Venet. | 1519. |
| POMPON. MELA, SOLINUS, ANTONINI Itinerarium , VIB. SEQUESTER : *per Hæredes* PHILIPPI JUNTÆ. (e) 8.° | Florent. | 1519. |
| FRANCISCI ALBERTINI Opusculum de mirabilibus novæ & veteris Urbis *Romæ* : *induſtriâ & impenſâ THOMÆ WOLFF Chalcographiæ gnari exaratum nuper.* (f) 4.to *ex propriâ Officinâ Urbis* | Baſileæ. | 1519 |

Cum

(a) D.XIX. *ſupra mille : menſe* Januarii.

(b) *Væneunt in ædibus* JOANNIS PARVI *in Viâ ad divum* Jacobum *ſub Signo aurei Lilii. Hæc omnia ad vetus Exemplar repoſuit* Petrus DANESIUS: cujus Epiſtolam ad AUSSURDUM Typographum habemus JUSTINO præfixam , alteram FLORO ad *Franciſcum* HAMONEM *Nannetenſem* Epiſcopum. Ad JUSTINI finem ; *ad Idus* Maias M.D.XIX. Ad FLORI, *octavo Calend.* Julias , *anno ſupra milleſimum* D.XIX. Indici , qui claudit omnia præmittitur Epiſtolium. DANESIUS *candido Lectori S.* —— *Meminiſſe te velim , Lector , dum noſtram hanc recognitionem evolves, nullam poſſe tam exactam præſtari diligentiam , ut nihil omnino deſideretur. Id certè argumento eſt. Dederam ego Chalcographis noſtris fideliter repoſitum Exemplare quod imitarentur. At interim dum abeſſ, per occupationes meas non licet (tertia enim mihi temporis pars docendis juvenibus impenditur) notæ quædam irrepſerunt , ſed non tanti ponderis , quæ Lectorem ipſum , vel mediocriter eruditum , remorari poſſint. Itaque candide Lector , boni conſules, ſiquid in Orthographiâ & punctis peccatum erit ; meâ quidem culpâ, ſed impreſſorum potiùs indoctâ feſtinatione. Concinnavimus hunc quoque litterarium Indicem, quò faciliùs digniſſima quæque notatu inveniantur. Vale.*

(c) *Anno* M. *quingenteſimo* XIX. *Die verò* VII. Julii.

(d) *Menſe* Februario.

(e) *Anno* D.XIX. *ſupra mille ; menſe* Aprili.

(f) Martii *viceſimo ſecundo.*

(a) *Men-*

Cuthbert. Tonstall. in laudem Matrimonii Oratio habita in Sponſalibus Mariæ Henrici VIII. filiæ & Francisci Regis *Francorum* primogeniti: *apud* Jo. Frobenium. (a) 4.to . . . . Baſil. 1519.

Guidonis de Columnis *Meſſanenſis* Hiſtoria Deſtructionis *Trojæ* à Petro Nuñez Delgado Hispanicè verſa. (b) fol. . . . . . Hispali. 1519.

Stephani Serva Sacerdotis Vita & Miracula Ubaldi Episcopi: *per* Franciscum Ugoletum. (c) . . Parm. 1519.

Cicer. Epiſtol. Familiar. cum *Aſcenſianis* Introductiunculis recognitis & auctis & Argumentis illuſtratis, ex tertiâ Recognitione: *in ædibus* Matthiæ Schurerii. (d) 4.to . . . . Argentor. 1519.

Georg. Vall. de expeditâ argumentandi ratione libellus: *apud* Jo. Frobenium. 4.to . . . . . Baſil. 1519.

Epiſtolæ à Reuchlino & ad Reuchlinum: *ex Officinâ* Thomæ Anshelmi. (e) 4.to . . Hagenoæ. 1519.

Epiſtolæ Jacobi Antiquarii *Peruſini*: *impreſſæ apud LEONEM operâ COSMI* Veroneñ. *cognomento BLANCHINI.* 4.to PERUSIÆ. 1519.

Bartholomei *Anglici* Ordinis Fratrum Minorum Opus de proprietatibus rerum: *per* Fridericum Peypus *Civem* Nurembeg̃. *impreſſum expenſis providi viri* Johannis Koberger *ejusdem Civitatis Incolæ.* (f) fol. . . . Nuremberg. 1519.

Ho-

(a) *Menſe* Februario.
(b) *Bibliothec. Sicul.*
(c) *Cremon. Litterat.*
(d) *Menſe* Auguſto.
(e) *Menſe* Maio.
(f) III. Idus *Maii.*

(a) *Anni*

dulum, binis utrinque Leonibus ſuſtentatum. Scuto inſerta erant Imperii ſigna cum litteris M. K: ſuper-impoſitis dextris duabus junctis, cum lemmate, *Sola fides ſufficit.* MARTINUS CÆSAR ante ann. 1537. menſ. *Jun.* obiit, quo tempore ejus Vidua excudebat *Antuerpiæ*, & ann. 1539. expenſis JOANNIS COCCII. Ad finem *Lilianæ* Grammaticæ tunc impreſſæ, Inſigne vidi, Patientiæ imaginem cum Lemmate (a) *Per patientiam veſtram poſſidete animas veſtras.*

*Lovanii*, SERVATIUS ZASSENUS anno 1530. floruit, cùm GEMMÆ PHRYSII Cosmographia à JOANNE GRAPHEO excuſa apud ipſum vœniret. ZASSENI Editiones celebrantur non tantùm Latinæ, (utì duarum CAMPANI Lucubrationum, ann. (b) 1548.) ſed etiam Græcæ, quales DEMOSTHENIS de *Rhodiorum* libertate & pro *Megalopolitis* Orationum anno 1546. Ad calcem *Utopiæ* ab ipſo impreſſæ, Inſigne adjicitur, Homo manu dextrâ laxâ aſtacum, lævâ compreſſâ anguillam tenens, cum his Epigraphis; *Si laxes, erepit. Si ſtringas, erumpit.*

(a) Luc. C. xxi. 19.

(b) Eodem anno MORI *Utopiam* excudit impenſis Viduæ *Arnoldi* BIRCKMAN (de quâ poſtea) & ann. 1569. EUSEB. Hiſtor. Latinè impenſis hæredum *Arnoldi* BIRCKMANNI.

*FINIS PARTIS PRIORIS.*